
HOMILIAE CLARISSIMI VIRI, CELEBERRIMIQ; in orbe concionatoris, fratris Hieronymi Sauonarolæ Ferrarienſis ordinis prædicatorum in totum libellum Ruth, ac in totum Michæam, & in tria alia ſcripturæ loca, opus nũc primùm ex Hetruſca lingua in Latinam verſum, interprete fratre Alfonſo Mugnozio Teuario familiæ item prędicatoriæ.







Philippi Monti

SALMANTICAE,
Excudebat Ioannes à Canoua.
M. D. LVI.

Fratris Zachariæ



ON Pedro de Yllanes, maestrescuela de la yglesia de Ouiedo, licẽciado en derechos, prouisor, official y vicario general en la ciudad y obispado de Salamanca por el muy illustre y reuerendissimo señor don Francisco Manrrique de Lara obispo de la dicha ciudad, del consejo de su magestad. Por quanto parescio ante nos Alexãdro de Canoua, impressor de libros en esta ciudad, y presento ante nos vn libro que se dize Sermones de fray Ieronymo Sauonarola de Ferraria, de la orden de los predicadores, traduzidos de lẽgua Toscana en lengua Latina, por fray Alonso muñoz de la dicha orden, el qual dicho libro parece auer visto y examinado los muy reuerẽdos padres fray Thomas de Chaues Presentado, y fray Frãcisco de Tordesillas del cõuẽto de san Pablo de Valladolid, y por otras p̃sonas desta vniuersidad de toda erudiciõ y christiandad, y por ellos visto, examinado y aprouado, damos licẽcia y facultad al dicho Alexãdro de Canoua, para q̃ pueda hazer, y haga imprimir el dicho libro, y impresso vendello publicamẽte: como obra corregida y aprouada, sin que por ello caya en pena alguna. Dada en la ciudad de Salamanca a diez y siete de Agosto, año de mill y quinientos y cinquenta y seys años.

El licenciado Yllanes.

Por mandado del señor Prouisor.
Sancta cruz del Carpio.


SERENISSIMAE DOMINAE D. IOANNAE CAROLI. V. CAEſaris digniſsimæ filiæ, Caſtellæ atque Portugalliæ Principi, &c. Frater Alfonſus Mugnozius Teuarius ordinis prædicatorũ ſalutem, & immortale regnum.



Ompertum habeo, ſereniſsima Princeps, non paucos fore, qui mirentur, auſum me fuiſſe tibi hoc opus dicare. At ſi bene res perſpecta fuerit, ſi notę fuerint cauſæ, propter quas ita animum induxi, mirari deſinét. Principio nanq; Regium eſt patrociniũ Hieronymi, hui9 operis autoris, iã inde ab atauis tuis: atq; adeo ex eo tẽpore quo Ioãnes Braſauola Quadrageſimale op9 Hieronymi eiuſdẽ in Amos & Zachariam Iſabellæ Aragonię diuina gratia Reginæ Siciliæ, &c. dicauit. Id quod ſub id tẽpus fuit, quo primum ferè excuſæ ſunt Hetruſca lingua Hieronymianæ conciones. Hũc accedit, quòd tuo ſtemmati ingeneratus eſt propenſus quidam fauor in vniuerſam ſtudioſorum nationem eorundemq; monumenta, ea præſertim, quæ ad pietatem proximè ſpectant. Teſtes rei huius locupletiſsimi ſunt Sigiſmundus, Albertus, Fridericus, Maximi

lianus, Philippus, Pater tuus Carolus quint⁹ quidem numero, gloria verò primus, Philippusq́ue frater item tuus, qui tantopere literis ac sapiētiæ semper fauerūt. Adhæc, Hieronymus ipse vsq; adeo est excellēs autor, vsq; adeo in vniuerso orbe terrarū celebris & venerādus, vt nefas, penè dixerim, videatur, ipsius opera principibus non dicari. Rerum itē huius libri vtilitas, sublimitas, & maiestas ea est, vt quando patrociniū aliquod libro ipsi daturi sumus, vt moris est, tuum omnes illę petant, tanquā vnicè idoneū. Rebus enim magnis protegendis, protecto etiam magnus petendus est, & optandus. Suscipe igitur Augustissima Ioanna, cōcionatorē disertissimū, et incomparabilē, ipsumq; protege vt Romanis quidē vocibus, tuis autē auspicijs toti fermè orbi, ceu rediuiuus denuo inclamet, vitiaq; cōpescat, probitatē autem facundia mirabili in astra ferat. Debeat tibi hoc Italia, debeat tibi hoc Hispania, debeat tibi hoc vniuersus orbis. Bene vale eiusdē Hispanię nostræ mirificè splēdor, & Austriaci nominis insignis gloria. Salmāticæ apud inclytū D. Stephani cœnobium. 16. calē. Nouemb. Anno salutis humanæ. 1556.

Frater Alfonsus Mugnozius Teuarius candido lectori. S. P. D.



Peræprecium erat cādide lector, vt quoniam nunc primum conciones hæ Hieronymi Sauonarolæ Ferrariēsis toti orbi Latinè loquuturę prodeūt aliqua fusius de eruditione, vita, & pbitate ipsius præfaremur. Mirum enim in modū oblectatur lector, notitia pleniori autoris, quem legit. Cæterum quia propediem integram ipsam publicæ luci daturi sumus consilium fuit parcius hæc prę libare. Adde, quòd ipsum opus haud obscure significat, exprimitque ipsius autoris mores. Fuit igitur Hieronymus omnium bonarum disciplinarū peritissimus Theologiæ præsertim. Quod inter alia inde probari potest, ꝙ impense fuit deditus doctrinæ diui Thomæ, & sacrarū scripturarum lectioni, cūque acri esset ingenio multisque annis huiusmodi studiis dederit operam, credere par est eximium thesaurū veræ sapientiæ ab ipso fuisse comparatū. Testantur quoque hoc plurimi sapientes ex his, qui scripserunt aliquid posteritati. In primis Georgius quidam cognomento, Placidus, & iuxtà aliā appellationē, Georgius Benignus ex ordine. D. Francisci doctor & concionator qui simul cum Hieronymo Florentię cōcionabatur qui etiam librum iustum edidit in laudes ipsius Hieronymi adhuc viuentis nempe vno anno fere ante mortē Hieronymi, quas omnes fusissimè prosequitur ;& inter eas, hanc etiam mirificæ, & cælestis doctrinæ illi tribuit. Audiebatque hic doctor frequētius ipsum Hieronymum, vt ipse in illo libro testatur, & quoniā hic ipse liber à paucis ni fallor, visus est in nostra saltē Hispania, præter ea quæ in illo libro dicit in laudē Hierony. accipe donec tibi hoc quicquid est polliciti, præstemus, ex innumeris hæc verba. Virū, inquit Georgius, Vbertine mihi proponis, quē ego ob suas sublimes virtutes, semper, vt nosti sum vene

ratus.Hũc hominem ad nos à Deo optimo missum esse ex multis constare potest. Quod inter cætera ostendit vita sua insignis,& ipsius spiritus ingens feruor. Et infra. Cuius inquit,integritas,cuius admirabilis conuersatio. &c. Ac postea.Scimus hunc omnium literarum fuisse studiosissimum neque ignorantia peccare posse.Angelus etiam Politianus qui Hieronymi cõsuetudine aliquando fruebatur,insignem doctrina,atque sanctimonia virũ, & egregium cælestis doctrinæ prædicatorem appellat. Marcus Antonius itẽ Sabellicus historicus quantiuis precij eminentem ingenio, & doctrina asserit fuisse Hieronymum. Petrus Crinit⁹ pręterea singularis eius tẽporis autor,qui cũ ipso etiã Hieronymo sæpe colloquiũ miscuit, mirẽ hominẽ probitatis & doctrinæ laudibus prosequitur. Et ne prolixior sim, Antonius Bruciolus, Ioãnes Brasauola, Bartolomæus Gualterotus Florentinus, Bartolomæus Italus Mutilianensis sacerdos, Laurentius Violius Florentinus huius operis exceptor ex ore Hieronymi cõcionãtis, Ioãnes Thomas Mediolanensis locupletissimum Hieronymo doctrinæ ac probitatis elogium tribuunt. Iam Picus ille Mirandulanus fama super æthera notus quanti Hieronymum fecit, non modò probitatis, sed illustris doctrinæ maiestate adductus? Ioannes vero Franciscus Mirandulanus ex fratre Pico ipsi nepos, dici non potest, quibus sanctitatis & sciẽtiæ laudibus eum extollat. Sub hæc Marcus Guazzus Historicus Hetrusca lingua minimè cõtemnendus non modico virtutis eruditionisque testimonio Hieronymũ effert. Adde, ꝙ F. Lucas Bethinus Florẽtinus familiæque prædicatoriæ alumnus prætet ingentia gesta Hieronymi in vita, & stupẽda post mortẽ miracula quæ ei tribuit, cælestem ait esse doctrinam eius. Roffensis quoque Episcopus,& vt puto, Christi martyr nullius fere autoris doctrinam ita contrariam Luthero ait, atque doctrinam Hieronymi Sauonarolæ. Doctrina vero huius libelli vt verbo dicam, pars est eius quam hic extulimus, egregiè illi respondens. Idest, elegans, varia, subtilis, vtilis & verè Christiana,& in qua nihil desiderare queas, nisi, vt aliqui sentiũt vt parcius loqueretur Hieronymus de rebus Florẽtinis. Atqui idem ferimus in Chrisostomo

vt

vt videre est in mirabilibus illis orationibus ad Antiochenũ populum,& idẽ in Augustini speciosissimis cõfessionibus,& denique null' fere est præclarus autor,in quo ad similia nõ sit alicubi conniuendũ, præsertim cum etiã vbi hoc accidit, semper aliquod vitiũ reprimatur,aut aliqua virtus exaltetur. Spiritus præterea in dicendo Hieronymo tantus fuit, vt propter hoc solum concionatoribus esset legendus.vt statim primoribus cuiusque homiliæ verbis patet.Tanta etiam fuit huius spiritus efficacia, vt omnis post apostolorum & primitiuæ ecclesiæ tẽpora antiquitas, penè victa fuerit.Et Aristarch' ille seculi Erasmus dubitat,an expediat in tantam spiritus & corporis commotionẽ adduci populũ à concionatore,in quantam adducebat (inquit) Hieronymus Sauonarola,vt referũt, (ait)qui eum audierunt. Sed de his satis. Tres homiliæ peregrinæ,quæ interrumpebant expositionem Michææ, cum aliis quatuor itidem extrauagantibus in alium tomum reijciuntur, quem ipsum & tomum etiam in Amos statim sumus prælo commissuri. Nunc hoc quicquid est nostri laboris accipe,& bene vale perhumane lector.

Obseruationes F. Alfonsi Mugnozij Teuarij ordinis prædicatorum in aliquot loca huius operis.

Concione illa 14. vocatur Ephratha pagus, seu viculus Bethlehem, vt est videre in exemplari Hieronymi. at vero id non ita habere, sed esse omnino eandem ciuitatem constat, diuinis & humanis testimonijs, & nescio an vitio exceptoris Laurētij Violij, an vero scriptorū, irrepserit hoc erratū, an forte lapsu memoriæ Hieronymi, erat enim homo. Vtcunq́ sit omnino rei veritas hæc est. Vnde satius mihi fuisset, etiā si interpretē egi, illud ingulare. Corrige ergo tu sic locū illum, donec in alia editione castigatū videas.

Circa homiliā. 8. vbi dicit Hiero. Ita Christus sua & sanctorum, &c. Adnota particulam vt nihil aliud dicere quā consequentiā malitiæ prauorū. Ac si dixisset Deus miro artificio condidit suas scripturas, gestáque res suas, in improbis tamē ob ipsorū malitiā cōsequuta est hallucinatio implicatio, cæcitas & peruersitas. Reperiū similis phrasis in scriptura. Cuiusmodi est illud. Creaturæ Dei in odiū factæ sunt, & in tentationem animæ hominum & in muscipulam pedibus insipientium. Sapientiæ. 14.

Fo. 206. pro quicquid fecit reponendū, id quod fecit, nēpe Balaā, tametsi sanè captis verbis poterat relinqui, quicquid, sed vt morē geramus morosis, sic reponito. Itidem, fol. 27. a. lin. 13. post temporale, adde solum, etiam si Hetruscum exemplar non habeat hoc.

Cum concione. 16. citatur Habacuc intellige citari non inter arrogantes, sed solum inter interrogantes Deum.

Circa homiliam 22. fo. 37. vbi Hieronymus dicit pesti non esse medicinā repertā, vt aiunt, inquit medici. Credo Hieronymū ab aliquibus medicis, id audisse, qui id nō satis explorauerāt. Aut certè intelligenda est ipsorum assertio sic, vt intelligant eam de peste, quæ iam totum aliquem locū infecit, ac peruasit, & quia tunc adeo medela est difficilis, vt censeatur ferè impossibile ipsam auertere dicitur, non esse medicinam eius. Aliò qui, Galenus, Auicena, Manardus, Vlstadius, Fuchsius, & multi alij de eius amotione, vt de re non impossibili magna fiducia loquuti sunt. Hæc dixerim ne quis statim aut cōtemnat Hieronymum, aut etiam nimia oscitantia & fiducia statim eam propositionem medicinæ vt sonat, amplectatur, eamq́ tutetur mordicus.


¶ *Contenta in hoc opere hæc sunt.*

¶ *Si quid inconcinnum, aut absonum offenderis, consule errata.*

❦ HOMILIAE CLARISSIMI VIRI, CONCIONAtorisq; celeberrimi, Fratris Hieronymi Sauonarolę Ferrariēsis, ordinis Prædicatorū, habitæ Florentiæ, anno. 1496. post q̃ à labore quadragesimæ requieuerat mensem vnum. Incœpit autē denuo concionari. 8. die Maij, eiusdem anni.

Homilia Prima.

Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis, credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. 2. Paralipomenon. 20.



NNOTANDVM VOBIS EST DILEctissimi in Chrō Iesu, in ordine rerū naturalium, quò corpora subtiliora sunt, atq; simpliciora, eò superiorem locum tenere. Aqua terræ superfunditur, quia simplicius, & subtilius corpus est: aër est super aquam, quia est corpus simplicius aqua: orbis lunæ super ignis elementum est, & deinde cœlū aliud supra aliud, instar tunicarum cepæ. Id ipsum in causis videas, vt pote quæ aliæ super aliis à Deo ordinatæ sint. Et quanto celsior hæc illa, tanto maioribus viribus, & dignitate maiori pollet. Vniuersalis causa vniuersalē sortita est vim, & peculiaris peculiarē. Vniuersalis est superior, & dignior, peculiaris inferior, & indignior. Et vt de phisicis causis proprie loquamur, circunscripta ex harum serie prima id est, Deo, dicimus, causam vniuersalem nil facere citra particularem. Cuius rei hoc nobis exempli loco sit. Cœlum est causa vniuersalis, &

Ingeniosa probatio necessitatis assiduarum concionum in ecclesia Dei.

Causa vniuersalis naturalisq; nihil agit sine particulari.

lucis adminiculo generat. Atqui si hæc lux terræ infulgeat, & in terra non sit tritici, aut oliuæ semen, hoc est, causa particularis, neque triticū, neque olea generabitur, quia vniuersalis causa sine particulari nil producit. At vero si terræ granū tritici, aut alius herbæ, vel arboris semē cōcredideris, cōtinuo cœlū, quod vniuersalis causa est, triticū, & alia generabit, quæ citra particularem causam, generare non posset. Quocirca nō semel te docui, astrologos operā suam ludere in prospectādis dūtaxat cœlis, & in vniuersali causa tatūmodo cōtuenda, vt de mūdi rebus decernāt. Nō possunt hi causas peculiares cernere, atque adeo frustra vexātur. Nō sic res habet in mētibus angelorū. Nam superior angelus videt absque inferiore, & plura, & perspicacius. Quemadmodū si fingas plura specula alterūque altero maius esse, & luculentius, quibus tu diuersa obiectares lumina, hoc pacto, vt prope clariora specula maiora essent lumina, cerneres in tersiori & maiori speculo multo clarius, & expresśius omnia, quam in reliquis, sic in angelo tāto meliùs res vidētur, & distinctius, quāto ipse eminentior est. Vnde si astrologus videre posset angelum superiorē, certius intueretur res, q̄ in causis naturalibus. Sed mens nostra auspicatur cognitiones suas à cōfusaneis, & gradatim progreditur ad magis peculiaria. Et ponitur ab his philosophis exemplum. Dum tu eminus vides hominē, cognocis primum esse corporeā rē, deinde esse animal, mox esse hominem, vltimo vero esse Petrū. Sic dialectici, cū rē aliquā cōmostrare volūt, prius substituūt propositionem, mox assumptionem, vltimo conclusionem, & sic proficiscuntur ab vniuersalibus ad particularia. Sic in rebus naturalibus vsu venit. Nā ad tritici generationē op⁹ est sole, terra, pluuia, semine, & ad particulare deuenitur. Hoc etiā modo in spiritualibus

In angelis aliter habet res.

Simile.

Exempl. ex Arist. 1. phisi. tex. 5.

bus se habēt causę vniuersales christiani. Primo quippe est Deus, mox subsequūtur angeli, quorū hodie festū colimus, deinde arcanæ literæ, postea sacramēta ecclesiastica, vltimo anima instar terrę, psalmista teste, qui ait. Anima mea, sicut terra sine aqua tibi. Vniuersales has causas opus est postea peculiaribus adiūgi. Et prior inter peculiares est cōcio sacra, & verbū Dei, & vt in causis naturalibus peculiarem causam vniuersali necessarium est adiūgi, sic etiam in spiritualibus, si fructus sperandus est. Necessaria ergo est populo verbi Dei mulgatio, vt animæ fructificēt. Atqui dicit Augustinus. Si doceamus pro cōciōe assidue, velescit doctrina, si raro nō sufficit. Opus igitur est eius iteratiōe frequēti, quare n⁹ exegerit necessitas. Et hac tēpestate præsertim eget concionibus ecclesia, quando tot rerum conuersiones, & pericula existunt, quibus occursari par est, neque obsistendi viæ natura, aut scriptura luculentæ sunt. Quapropter necesse est, vt in hisce temporibus supranaturale quodam lumen Deus mittat illuminādis hominibus. Et hoc semper solēne fuit Deo iuxta illud Amos. 3. Nō faciet dominus Deus verbū, nisi reuelauerit secretum suū ad seruos suos prophetas. Quo circa dicit. D. Tho. 2. 2. semper ob ecclesiæ necessitates missitatos prophetas ad illustrandos populos, quibus populi adhibere debent fidem, quia fidē adhibentes, illuminabuntur à deo. Quare bene dicit Paralipomenon liber. (Credite in domino Deo vestro, & securi eritis, credite prophetis ei⁹, & cuncta euenient prospera.) Illis omnibus, qui prætcritis prophetis non crediderunt, male vertit.

Psal. 142. *simile.* *Conciones necessariæ sunt.* *Amos. 3.* *D. Th. 2. 2. q 174. ar. vlt.* *2. Para. 20.*

¶Sed cur tu hoc dixisti monache, & q̄re cō pbasti necessitatē cōcionū? Dicā vobis, si mihi attēdere volueritis. Age dū, nos tādē adsumus, neq; fuga nobis cōsuluimus. Tot vero mēdacia hi iactarūt, vt iā sufficere par esset.

Aiunt nos numiſmata exportauiſſe q̃ plurima. In quo iacturã nõ modicã vr̃am videre eſt Florentini, qui me cõprehẽdere neſciuiſtis. Huc igitur regreſsi ſumus: & libet vobiſcũ hoc mane familiare colloquiũ ſerere, nõ cõcionari. Ac breui hoc ſum factur⁹ collegiorũ iſtorũ cã, quæ ſunt diſceſſuræ. Prima ratio, quæ me huc cõcionatũ reduxit, ſunt hi noſtri æmuli, qui nihil aliud, quã obtrectant effrenes. Ego dixi filiis noſtris omnibus vti ne obmurmurẽt veritati, ſed potius ipſam tutẽtur ſine detractione & ira. Nos benedicimus, & maledicimur, perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. Chriſtus, cum maledicebatur, non maledicebat. Itaq; filij mei ne obtrectetis, vt noſtri aduerſarij faciũt. Verũ eſt, quandoq; oportere, vt illis reſpondeatur, quandoq; vero patiẽter ſunt ferendi. Vnde, cum nos aliquandiu patientiam exhibuerimus ſilentes, tempus mihi apparet iam, reſpondendi aliquando. Ait Salomon: Ne reſpondeas ſtulto, iuxta ſtultitiam ſuam. Et idem ipſe, è veſtigio. Reſponde ſtulto, iuxta ſtultitiam ſuam. hoc eſt. Quandoq; fer æquo animo ſtulti verba, quandoq; vero pro meritis eius ſtultitiæ, reſpõdeto ei. Qđ maxime tũc faciẽdũ eſt, quãdo verba eius cõtra honorẽ dei ſunt. Itaq; alias reſpondẽdum eſt, alias non. Altera ratio quæ me huc impulit eſt, quia contemplatus ſum, & oculis vſurpaui proſtratum populum. Quippe, quãdo aqua concionum deficit, vniuerſa inareſcunt. Vnde dicit Iob. Si continuerit aquas, omnia ſiccabũtur. Itaque refrigeſcit populus. Cuius rei improbi maxime ſunt in cauſa, in dies bona ſubuertentes. Hodie eſt trigeſimus dies, ex quo non ſumus concionati. Ad hæc, ſunt aliqui, qui cum primum aliquid, vel minimum perſentiſcunt, linquuntur fide, & dicunt. Actum eſt de nobis, & animo concidunt, apparetq; illis, ſe eſſe tribulationibus circũcluſos: & diffidentes

Cur velit præterea concionari Hiero.
1. Ratio,
1. Cor. 4.
Aemulorũ Hiero. effrenis maledicẽtia.
1. Petri. 3.
Prouerb. 26.
2. Ratio.
Iob. 12.
3. Ratio.

dentes obliuiscuntur monita accepta, & sic deciduͣt. Et *Roma. 15.*
quia quęcuq; scripta sunt, ad nr̃am doctrinã scripta sũt,
ideo huc sum regressus. Præterea, qm̃ pentecoste appe *4. Ratio.*
tit, iuuit me aduenire, ad exomologesim & synaxim sa
cram vos excitaturũ. Nanque, vt alias dixi vobis, quãto
meliora opera feceritis, tãto min⁹ tribulabimini. Dicã *5. Ratio.*
vobis adhuc veritatem. Cõciones ipsæ mihi vsui erũt.
Dum enim non concionor, nequeo viuere. Dixi vobis,
& modo iterum dico, me non hic impediẽdum cõmen
dationibus aliquorũ. Ne mihi negotium facessatis. Di-
xi vobis sæpe, me ista non curaturũ. Et quidẽ si, quod fa
re nõ est animus, quicq̃ ex me vos magistratibus his re
nunciaturos misero, vobis hic palã dico. Nolite obedi-
re nobis. Non em̃ libet mihi his implicari. Sic itẽ vobis *Ocium cõcio-*
prædico me vestris negotiis minime occupãdum. Dixi *natorum.*
vobis, vt in omnibus oraretis; & postea vestra concilia
iniretis & om̃ia, vobis eueniẽtia potiora putaretis. Hoc
ex me habetis, neq; aliud habebitis. Itaq; non opus est vt
mihi exhibeatis negotiũ. Habetis, quã vobis tradidi, gu
bernationẽ bonã. Hoc vobis sat est. Vnde dico hac me
rõne si cõcionatus fuero, noxã deprecaturũ, qđ cõciona
turus sim. Et mẽ nõ tãto afficietis angore. Deniq;, si qui
me de animę arcanis cõsulẽt, à decima octaua hora vsq;
ad vicesimã primã libẽs audiã quotidie. Postea aũt ne
mihi negotiũ facessatis. Dicã vobis verũ, ego nihil am-
plius possũ. Alios habetis. Ipsos adite. His ergo de causis
huc redij. Sed omniũ maximã nõ vobis protuli. Audite
igitur attẽti, & dicã eã vobis. Hæ rationes neque sine re
spõsione, neque sine dissolutione sunt. Verũ, quã confe
stim adiũgam, insolubilis est. Maxima igitur causa, q̃ re
ego huc veni est, vt dicto sim audiẽs. Quibus? Magistra
tui? Ne credieris? qđ ad hoc spectat, ab vllo homine, vt *6. Ratio.*
sinerẽ me persuaderi. Fecisti tandẽ hoc, quotuis præ-

ſidib⁹ obtēperares? Nullus me⁹ prçſul hoc edixit mihi. ſed ſcito, me huc veniſſe, quò præfectorū antiſtiti, & ſũmorū pōtificum pōtifici ſummo obſequerer, qui mihi rei meo ingenio aduerſātis autor eſt. Equidē libēs quiete mea fruerer. Sed nequeo tamē ſecus facere. Oportet eñ me obedire. Aduētuſque hic meus diuerſus eſt à prçcedētibus, qui mihi neque inhonorifici neque inglorij erāt, hic aūt perſecutioni mihi eſt. Scito hæc præcepta nūc grauia eſſe. Nā, qui eis obluctaī, dat pœnas. Et quæ mihi p̄cepta ſūt, minime ſunt leuia. Nā, vt pſpicuū eſt, inde ego odia, faſtidia, opprobria necisq; diſcrimina lucrifacio. Atq illi inde, iſti hinc mihi obgāniunt. Ego qd dicā ingnoro. Ego ad deū cōuertor, & dico Poſuiſti me in opprobriū oibus gēribus. Si futura vaticinor oēs me vecordē dictitant, ſi alia oēs oblatrāt. Verū ego hoc potius abſte credo omnia eſſe dñe, quò plus rebellionis video. Dicite mihi tantiſper ſycophantæ. Vbi ſub veſtra tēpora vidiſtis maiorē obluctationē, & maiorē ſonitū hominis in vna aliqua ciuitate concionātis cuius tamē vox in tota Italia, & extra Italiā exaudiatur? Oēs aduerſantur. Et hic quidē dicit, hic ſexaginta mille aureos ab ſportauit, ille vero, me pōtifici obtrectaſſe ſũmo, & cardinalib⁹. De his autē, q vere pōtifici, & cardinalib⁹ palā etiam obloquūtur nulla mentio, & omnes de me hoc credunt, de illis nullus. Nec deſunt qui coram populo in hoc ipſo ſuggeſto Pontifici ſummo nuncupatim obtractarint, qui tamen ipſi noſtrū apud ipſum violarunt nomen, dicentes, me illi obgāniſſe. Quamobrē exoſus ego habeor, illi autem habētur chari. Vide rerum proceſſum. Sunt deinde nonnulli, qui ſcribunt Romā. Et ſi tu noſſes qui ſint hi, & quā ſtulta ſcribant, ſubiret te admiratio. Sunt homines abſq; nomine, intus, extraq; more cimicum putentes. Nunq̄ obdormiſcunt, ſolidā no-

Lucra concionatoris veri in hoc mūdo.

Fama Hiero. longe lateq́ extenſa: Mendacia aduerſus Hiero. aperta.

Hieronymi. aduerſarij quales.

ctem

ctem circūcursant,& huc illuc vadunt, nullū amicum omittentes. Quod si quando aliquis ad meliorem se frugē reducit,nō deest,qui dicat. Ille in insaniā versus est. Hoc vobis dicēdum habeo,qui propter improborū obtrectationē animo linquimini. Nunquid vos latet, caput illorū diabolū esse,& caput recte agentiū Christū? & vter victurus est Deus an diabolus? Profecto credi oportet,victurū deum. Videris etiam eos qui aliquam probitatis,& rationis portiūculam habent sectātes hāc veritatem. Si ergo à nobis videris vniuersos bonos viros,ab alia vero parte improbos calumniantes,quid est cur animū d̄spōdeatis? Quid versatis animo? Annō creditis Deū suppetias bonis potius laturū quā malis? Probi ergo ne expauescatis,& vobis improbi dico,omnipotentem Deū facturū,vt vobis male vertat. Iam alias dixi vobis, & hoc matutino repeto,deū ipsum dicere male vos ab ipso infine accipiēdos, ni in cœptis desistatis malis. Iam admonuit,iā vobis portēdit,iā significauit. Quare attēdite vobis. Non est,quod postea de me conqueri possitis,si vobis quod prænuntio aduenerit. Cui cordi non fuerit quies ciuitatis Dei, siue ille intus,siue extra sit,male habebit. Hoc igitur mane hunc tibi nuntium habe. Modo audi ex me tria verba.

Caput malorum hominū diabolus, bonorum vero Christus.

¶(Credite in dn̄o Deo vr̄o,& securi eritis,credite prophetis ei⁹,& cūcta eueniēt prospera.) Tria verba. Forti animo esto in his tribulationibus Florētia. Primū verbum,quod tibi habeo dicēdū illud est,vt confidas. Confide Deo tuo,& crede illum solum tuū fore assertorem ab his ærumnis. Credis me ad palinodiā recinendā venisse? Ne credas. Imo vt,quæ tibi dixi,iterū dicā, veni Qui suis viribus fidit,& non deo insolens est,& oīs inso lētia debilis est,ideoq; corruēt illi, qui sibi ipsi cōfidūt. quia tenet eos supbia. Qua si vacarēt cōcordiā haberēt,

Pax ciuitatis Dei.

2 Paral. 20

Vana confidētia fascitissime eliditur.

Assero tibi, oportere, vti in sese null' cōfidat, sed in deo & ab ipso auxiliū habeat. Attēde huius rei specimē in rebus his naturalib', & creatis. Quo creatura aliqua superior est alia, hoc maioris virtutis est. Et sunt constitútæ creaturæ sic, vt altera super alterā sit, in modū numerorum. Nam omnis inferior alterā sibi virtutē propriā vendicat, alterā mutuatur à superiore, & si superior cessaret virtus, proprie nihil ageret. Si cælū, & lumē ipsius cessarent, semen virtute propria nil posset operari. Liquet, vbi sol, non affulgeat, nihil generari. Quare, si suapte dūtaxat virtute operari vellet creatura aliqua, & superior non aspiraret, nil ageret. Si diceret planta, Nolo terræ immersa esse, & solē cælique influxū auersor, nihil faceret. Sic homo, qui suis vult viribus virtutis propriæ inniti, relicto Deo, & nihil agere potest, & imbecillis relinquitur. Aspice, vt lucifer debilis remāsit, quia sibi voluit fidere. Atqui nihil in naturalibus reb' illo fortius. Angelus quippe natura adeo potēs est, vt soluēdo huic toto orbi nedū his magnificis ædibus esset, vel momento temporis, modo illi per Deum liceret. Verum enim vero, quia ad propriā se virtutem cōuertit & superiorē noluit, adeo vilis, & infirmus māsit, vt nunc obnoxius sit igni rei olim sibi subditę, & minim' seruorū Christi victū conculcet, & fœmina quælibet illū nihil timeat. Quocirca filij mei subdite primū colla fidei. Nā dictis nostris fidem non adhibere, non potest aliūde, quam à superbia progredi, aut certe ab aliaquapiā radice mala.

Mundi mirabilis nexus.

Luciferi quā misera ruina

Eccl'i. 19. Sed dices. Qui credit cito, leuis corde est. Et ego tibi di-
1. Cor. 13. co. Charitas oia credit. Oportet credere diuinis vaticiniis. Si tu bene cōstitutus: & rectus esses corā Deo, tu crederes, vel certe non obsisteres, & si crederes fortior
Marci. 9. esses. Scriptū est em. Omnia posibilia sunt credenti, & qui fidē habēt oia ab illo impetrat. Fidite ergo illi soli,

& in eo tantũ sperate. Nolo aũt dicere, vt vobis necessaria nõ curetis, sed vt prouisionẽ diuinã primo loco habeatis, secũdo vr̃as. At vero quia prouidentiis humanis hodie res gerũtur, & relinquũtur diuinę, & suis viribus hoẽs confidũt, relinquetur Italia pudefacta, & superbiã principũ prosternetur, & muliercularũ more fugient ipsi & pauxilũ pœnitentiæ, & orationis cẽtum cohortibus præstabit, & tãtillum fidei cunctis excellet nummis. Confidite ergo illi quia scriptũ est. Qui confidũt in domino sicut mons Sion, non cõmouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Audi modo, vt deus fidentes ei fortunet. Si recte commemini, dixi vobis illam historiam cuius misticum sensum vobis pollicitus sum, quare hoc mane narrare illam vobis, & mistice enarrare est animus.

Ita fuit, vt pandunt historia.

Psal. 124.

¶Tertij regũ. 20. legit Benadad regẽ Syriæ pugnaturũ exisse cõtra Samariã, Cũ. 32. regibus & exercitu maximo. Samariæ aũt rex erat Achab rex Israel, homo improbus, vxor quoque eius pessima, quæ interficiendos curauit multos ꝓphetas, & licet ille improbus esset, missit tamen illi prophetã Deus, cui credẽs victoria potitus est. Cogita nunc, quid faciet probis Deus, si improbis ob tãtilium probitatis victoriam largitur? Misitque rex hic Benadad Samariã ad regẽ Achab quosdã nuntios, qui eius nomine illi dicerẽt. (Argẽtum tuũ, & aurum tuũ meũ est, vxores tuę, & filij tui optimi mei sunt, id est, rex Benadad vult sibi argentũ tuum, aurũ tuũ, vxores tuas, & liberos tuos. Expauescẽs rex Achab respõdit. Placet. Tuus sum ego & omnia mea. Tunc rex Benadad renũtiauit illi postero die, eadẽ illa hora, se missurum seruos suos cõuasaturos, & exportaturos quæcũque animo sedissent, in tota regia, & in vniuersis domibus famulorũ regis. Tunc rex Israel concilium coegit

Adnotanda historia ex. 3. Regũ. 20. d humilitate & fide diuinus habenda.

ſeniorũ omniũ,& narrauit illis omniaquę Benadad renuntiarat ei,qui reſponderũt.Noli facere.Nos nihil horum faciemus.Vxores quippe nolumus ei tradere. Porro ſi auro,& argẽto contẽtus erit dabimus ei, ſinautem noluerit meliuseſt bellum bonum,quã iniqua pax.Hoc intellecto,dixit Benadad. (Hæc faciãt mihi dij,& hæc addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ pugillis oĩs populi,qui ſequitur me.)Hic erat quidã modus iuriſiurandi, acſi per arrogantiã diceret. Tam grãdis mihi ſuppetit exercitus,vt ſi ſinguli ex eo,pugnũ pulueris apprehẽderint,adeo excelſum aggerem muris adiũgam Samarię, vt cras per ipſos introgredi valeã.Tũc reſpõdit Achab his,quę nũtij Benadad dixerãt.(Dicite ei.Nõ glorietur accinctus æque,vt diſcinctꝰ.)Hoc eſt. Ne glorietur Benadad accinctus æque vt diſcinctus. Ne glorieẽ miles, dum tẽpus eſt,vt accinctus ſit ad inſtãs pręliũ.Sed expectet tẽpus,quo recincto liceat illi eſſe, peracto prælio. Voluit deniq; dicere.Ne ſe iactet ante victoriã. Benadad epulabatur,& per potabat,& ebrius, & temulentus edixit militibus.(Circundate ciuitatem)Samariã.Subid tempus, venit propheta quidã ad Achab regẽ Samariæ,cuius nomẽclatura textus vacat,verũ vnanimi cõſenſu dicitur fuiſſe Micheas,qui dixit regi.Vt ſcias deũ eſſe auctorẽ omnium.Ipſe dicit ſe daturũ tibi in manus hodie totum hunc exercitum magnum Benadad.Rex hic mox ſimplici verbo prophetę fidem adhibuit, quãuis eſſet improbus & Deus opitulatus eſt ei. Quid igitur tu credis facturum Deum viro bono,& qui pœnitus ipſi fidit? Dixit itaque rex hic prophetæ. (Per quem?) id eſt quo pacto, aut per quos hanc victoriã obtinebo? Dixit propheta. (Perpediſſequos principũ prouinciarũ,)quos tu præibis,prælium ipſe primo incepturus.Recenſuit ergo illos, & reperit numero ducentos trigin-

ta duos. Recenſuit deinde reliquum populum,& erant in eo.7.milia virorum,& proceſſerunt ad prelium.Intellexit hoc ſuperbus rex Benadad, qui adhuc in taber naculo ſuo erat ebrius,& dixit militibꝰ ſuis.Ite,& (ſiue ꝓ pace veniũt,apprehẽdite eos viuos,ſiue vt prẹliẽtur, viuos eos capite.) Collatis igitur ſignis Samaritæ obuios cũctos trucidare adorti ſunt,& occidit vnuſquiſq; eũ qui cõtra ſe veniebat,eoq; cædis graſſatũ eſt,vt fugã Aſſyrij inirent,& Benadad cum ſuis regibus ægre euaſit viuus.Et Iſraelitæ inſequuti ſunt eos vſque in Syriã, & regreſsi ſunt victores.Vides nunc,quãtum Benadad ſuperbia eiꝰ elatioque noxia fuerit, & quãtũ profuerit Achab ſubmiſsio ſpũs,& fides cãdide ꝓphetẹ adhibita. Hæc eſt hiſtoria. Cõferamus nũc pedem cũ allegoria.

¶Vos maxime paueritis.Fidite deo.Benadad interpretatur filius ſpõtaneus.Hic eſt ſymbolum diaboli, qui ſemper eſt ſpontaneus & vltroneus ad male agẽdum,& eſt caput improborum. Membra eius ſunt improbi, eius aſſeclæ,ſed ſunt omnes debiles,quia, vt ſupra tibi dixi, ſuperbia debilitat,quoniam ſuperbus, relicto deo,fidit ſibi.Benadad igitur filius ſpõtaneus,quia diabolus operatur mala ſpõtanee,placet enim illi male agere, & ex amore ꝓprio male agit.Exercitus Benadad ſunt improbi,& eſt magna eorũ multitudo,quia plures ſunt praui, quam probi.Habet ſecum. 32.reges. Hi ſignificant ſatrapas, & capita.Triginta, quia ſemper ſacræ triadis fidem impugnare contendunt, & duos, quia duo præcepta charitatis Dei, & proximi violant. Nulla eſt alia hominum natio, quæ ſic fidem populetur,atque ſatraparum & primatum, ſi malos eſſe contingat. Equi exercitus Benadad ſunt improbi eccleſiaſtæ, qui his aſſentiuntur, & cœlant illos veritatem. Currus qui in illo exercitu erant theologiæ ſunt profeſſores, quia

Expoſitio figuræ vberrima.

Benadad diaboli figura.

Exercitus Benadad typus miniſtrorum diaboli.

Triginta duo reges quid.

Equi diaboli concionatores aſſentationi primorum vacantes.

hi

hi currus habebāt quaternas orbitas. Ita hi quatuor euā gelia in gratiā & aſſentationē principum exponūt. Vo lo hic ſuggillatos prauos, nō bonos. Samaria interpreta tur, cuſtodiēs dominum. Samaritæ igitur ſunt boni obſidione vallati prauorū. Rex huius Samariæ eſt Achab, quod nomen interpretatur, frater patris. Hi ſunt præfecti, & contionatores probi, qui ſunt fratres Chriſti, qui eſt pater illorum ob creationem. Horū quidā ſatagunt, bene agere, verū fide ſunt imbecilles, & deficiūt animo, videntes impreſsionē exercitus in Samariam. Dicit Benadad, id eſt diabolus his. (Argētum tuū, & aurum tuū meum eſt.) Aurum ſymbolū eſt ſapiētiæ. Argentū eloquētię. dicit igitur his eccleſiaſtis. Sapiētia, & eloquētia veſtra mea eſt, ideſt. Aut cōcionandi functione te abſtine cōcionator, ait diabolus, & erūt meæ: aut certe ſi cōcionatur⁹ es, aſſentare primoribus, & ſub meā cogi tyrānidē, & veritatē eis occulæ, & ſic eloquētia, & ſapiētia tua, erūt meæ. Vult adhuc diabolus cōtionatorum vxores, quæ ſunt animæ ſed ſunt variæ vxores, quia ſunt varij ordines. Alius virginū, Alius viduarū, alius nuptarū, alius monacharū, alius laicorum proborū, alius bonorū puerorū. Hos ordines, inquit diabolus, ego mihi ipſi volo. Cōcionator, qui nō didicit caput obiectare ꝓ Chriſto, aſsētiri potius diabolo eligit, quā vitā fundere. Nec vellet quidē peccare, & ideo cūctatur, & tacet, & nō patefacit animoſe veritatē. Sed diabolus; qui nunquā obdormiſcit, ait. Ego volo illas cras, & ꝑgit vrgere ruinā animarū. Atq; hoc pacto oēs improbi hi, nunquā obdormiūt ſemperq; nouas thecnas adinueniūt. Et vos Chriſti ſerui ceſſatis, & dormitis? Diabolus inſtat operi & ait. Expedi me. Tūc Achab recurrit ad cōcilium ſeniorū. Quāobrē cōcionator cōſule, & tu ſeniores. i. à Spū ſctō plenos. Dicunt hi ſeniores Achab regi. Ne acquieſcas

Samariæ interpreta.
Achab interpreta.
Antiſtites & conciōatores.
Argentū et aurum quarū rerū ſymbolū
Contionator aduerte.
Cōtionatoris fortitudo & vigilia.

vnquam.Ne ſic feceris.Et reſpondit. Minime faciam. Præferoque iniquæ paci iuſtum bellum. Abi ergo. Nō eſt mihi anim⁹ tibi hęc tradere:Antiquius mihi ēſt,deo obtēperare, & ob veritatem occūbere,& in ea permanere,& ſartam tectāque ſalutē animarū curare.Hūc in modū loquūtur filij mei,&filię meę.Nōne ſic?Maxime. Dicit mox Benadad. (Hæc faciāt mihi dij & hęc addāt. &c.).i.Aduerſi ſint mihi dij, ſi puluis Samariæ pugillis exercit⁹ mei ſuffecerit.Sic multi hodie tibi loquūt Florentia,& volūt vndique Samariam obſidere.Omnes tibi dicunt.Florentia tu in veſaniam verſa es. Florentia inſana,Florentia monacha.Veruntamen expecta modicum,& tute dices.Florētia eſt ſapiens,Ipſa in prędſentiarum rē acu tetigit. Hi volunt factorum tuorum puluerem. Puluis ſunt diuitiæ, quæ puluis exiſtimari debent.Sed reſponde cum Achab.(Non glorietur accinctus &c.)Hi,qui te expugnatam volunt,ne ante victoriam peana concinant. Dum iam iam deglutienda videberis,abripietur aliquis naſo,& dicetur ei. Retrocede huc, & tantiſper dum expecta. Hi in tentoriis manent epulātes,& Bacho vſque ad ebrietatem indulgentes,ſcortis immiſcentur,vt & Benadad faciebat,qui dixit.Ite(circundate ciuitatem)Samariā.Tunc Michēas propheta dixit regi Achab. Deus vult exercitum hunc in manus tuas tradere.Et ecce prophetam vnum dicentē tibi. Notaque bene Florētia,inique illos agere,qui te obſident, & abſorptam cupiunt.Quare prædico tibi, deum in manus Florentinorum, horum bona traditurum nonnulla.Ipſi ſunt iniurij,dum nocere tibi cupiūt. Quare,agente Deo,exigenteque iuſtitia,illorum bona vobis cędēt,& tūc pnoſceris me vobis à deo miſsū. Sed per quos id agetur?Reſpōdeo tibi.(Per pediſſequos,)vt dixit Micheas Achab. Pediſſequi principū ꝓuinciarū facient

Probi quomō reſpōdent Satanæ tētāti.

Adaptatio ad Florentiā.

facient,vt hac victoria potiaris.Non illa tibi tua ſapiẽtia,nõ tua prouidẽtia,non tua pecunia eueniet. Nõ tua ſapientia te adiutã hucuſque,tuis oculis hauſiſti, & niſi bonorum adfuiſſent pręces,actũ erat de te.Adeſte dum o improbi.Actũ de vobis erat,niſi inter vos fuiſſent boni.De⁹ igitur eſt,Florẽtia,qui te gubernat, & principes prouinciarũ ſunt apoſtoli,martyres, & eccleſiaſtici doctores. Pediſſequi & illorũ ſerui ſunt illi boni,qui eorũ pedes &veſtigia ſectãtur.Et ideo ꝑ bonos,&bonam eorum vitã ereptio,&ſalus cõtinget huic ciuitati.Achab, id eſt,frater patris,frater Chriſti.Hi ſunt boni eccleſiaſtę,qui dicũtur fratres Chriſti.Iuxta illud,Vade aũt ad fratres meos,&dic eis.Aſcẽdo ad patrẽ meũ,& patrem veſtrũ.Hic Achab cõgregauit ducẽtos triginta duos pediſſequos,qui totũ probũ clerũ nobis effigiãt. Centenarius numer⁹ eſt ꝑfectus. Bis ſumpto cẽtenario numero illi repræſentãtur, qui perfectionẽ, & doctrinã veteris ac noui inſtrumẽti habẽt. Triginta, ſunt illi qui adhuc imperfecti ſunt. Sed boni tamẽ per fidẽ ſanctæ trinitatis.Duo,ob duo pręcepta charitatis.Reſidui populi erãt ſeptẽ milia.Quo ſignificãt̃ reliqui ex populo qui.7.chariſmata ſpũs ſancti habebũt.Et miſit eos extra ciuitatẽ. Dixit tunc diabolus hic,atque hic Benadad. Ite capite eos viuos.Hoc ſignificat diabolũ velle animas.Confligxerunt,& pediſſequi hi plurimos Aſſyriorum neci dederunt.Hoc innuit,verbi gladio àvobis probi necandos,id eſt,ad bona reſtituendos vitæ plurimos.Et maxime orõne,re ad oĩa validiſsima.Et ſi cõuerti voluerint vos trucidabitis eos precibus contra illos fuſis. Siquidem vos Deus exaudiet. Hoc primum eſt verborum à me hoc tibi mane dicẽdorum. Pergamus ad ſecundm.

Principes ꝑuinciarũ qui, — *Concionatores Christi fratres.* — *Ioannis.20,* — *Triginta duo pediſſequi clerus bonus.* — *Reliquus populus.* — *Victoria pediſſequorum quid ſignificat.*

¶Fides,ꝑcatio,patiẽtia,hæc ſũt Florẽtia arma tua.Hęc ſunt quæ tibi ſunt auxilio futura.Hęc vel ipſos nũc improbos

Arma Chriſtiani.

probos iuuāt. Dū adhuc plāta terræ immerſa manet, & ſole ꝑcutit̄, augeſcit in dies. Ita nūc improbi terra alun tur, & ſole precū piorū. Verū ſi plāta terra extrahat̄, ſol quo ante creſcebat, & viuebat ipſam arefaciet. Sic erūt orōnes ꝓborū, Nā cū aduerſus improbos cōuertent̄, & dicēt, extermina illos dn̄e, quò vita nobis cōtingere poſ ſit, videbis potētiā improborū. Age, nos deniq; veſtrā correctionē adorſi ſum⁹. Sed eſt, qui velit vos nō corre ctos. Fœminę vr̄a inſtitutio edita eſt p vos, libeat vobis oībus ad ei⁹ abſeruationē adaptari. Et videte, vt eā ar- cti⁹ in dies cuſtodiatis. Pueri & veſtrā vobis ob oculos poſuim⁹. Seruate & vos veſtrā, & finite volētes obloq. Op⁹ eſt pauxillū mali ꝑpeti. Bn̄ quippe viuere eſt, bene facere, & mala pati. Dū ad illud bonū tēpus [illegible]ntū erit, tāto afſluem⁹ bono, vt malū hoc memo[illegible]a nr̄a labaſcat. Eia igit̄ vnuſquiſque ꝓ eccleſia, pro Florētia, ꝓ ſe fun dat ꝑces. Mō ꝓcedam⁹ ad ſcd̄m verbū, poſtea ad tertiū, q̄ breui⁹ trāſigā q̄ primū, horū cōtēplatiōe collegiorū.

Simile de vario fructu ꝑcum proborū

¶ Verbū ſcd̄m eſt, vigilātia. (Credite i dn̄o deo vr̄o &c.) vſq; proſpera. Credite dn̄o & eius prophetis. Credite, perpeti vigilia vobis op⁹ eſſe. Vtrū putatis vos violēti⁹, & feruidius, amorē an odiū? Amor ꝓfecto, ſi abſolute loquamur, fortitudine & feruore præſtat. Amor in bo- nū vergit & à meliori fōte manat, odiū in malū propē- det. Amor ergo feruore odiū vincit. Deinceps, cā potē tior eſt effectu, vel virib⁹ ſaltē ipſū ęquiparat. Atq odiū ab amore fluit, qa niſi aliquāpiā vnā rē amares, illi op- poſitā nō poſuſeſſes. Feruidior ergo amor. Adhęc, odiū diſcedit à bono & amor ad ipſum, vt ad finē tēdit, & qa finis eſt id, qd̄ vehemētius amat̄, iō feruidior eſt amor. Verū noſti tu, quare feruidius & fortius appareat amo re odiū? Quia odiū amplius ſentit̄, vtpote, qd̄ plus obſi- ſtat. Amor aūt, cū ſit homini genuin⁹, nō adeo ꝑcipitur.

Bene viuere quid.

Amor odio fortior.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Cur videtur odiū fortius amore.

simile egregium. Eticha febris, licet calore excellat tertianæ, verũ quia in ingeniũ abiit, min⁹ quã tertiana sentitur, quãuis hæc minorem calorẽ inferat. Sic est odium, quod licet minus sit feruidum, quam amor, plus tamen, quam ille sentitur. *simile.* Tu scis dæmoni vehemẽter humanam naturam exosam, quam ob rem nunquam dormit. Ita principes quibus est inuisum bonum, nunquam dormiunt, quo illud vastent. *Osores boni similes diabolo.* Sic etiam se habent iniqui ciues, cladi huius gubernatus, & boni perpetuo studẽtes, homines improbi, qui semper mala cogitant. Si hæc ergo odium facit, quid faceret amor qui viribus vincit, & maxime amor Christi qui maximus est? *Amor Christi præstantissimus quid faceret, in cis in quibus esset vere.* Quare si vos hunc amorem haberetis, semper vos cura teneret bene viuẽdi, & perstandi, nunquanque dormiendi, vt vigilaciores essetis improbis, & illi bonę vrę vitæ nõ obstarent. Habete ergo hunc amorem, & vigilate in orationibus, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit *1. Petri. 5.* quęrens, quem deuoret. Opus est, inquã, vigilia. Opus etiã est, cogitare transacta vna tribulatione aliam sequuturam. Vide modo quam apposite sequatur hæc textus, quem assumpsimus.

¶Vt vidit Micheas transactã primam ærumnam regis Achab & ipsum victoria potitũ, & ærumnã aliam vẽturam, adiit regem ipsum Achab, & dixit ei. Facio te certiorem dominum mihi inspirasse regem Syriæ sequẽti anno arma in te resumpturum. Tu nequiter viuis, & ideo veniet in te calamitas. Verum spera in domino. Nam ab eo sperare debes auxilium, potitus semel victoria, attamen ne parcas ei, sed trucida eum potius. Hoc monstrat textus infra. Appetente ergo iam tempore à propheta signato dicebant serui eius. i. diaboli Benadad ipsi, qui nunquam dormiunt. Opus est tibi in Israel regredi. Vehementer enim pudefacti sumus ab illo.

(Dij mõtium, sunt dij eorũ,) & ideo nos victi sumus,in 3.Reg.20.
mõtib⁹ prçliãtes.Si in cãpestrib⁹ instauremusbellũ,vin
cem⁹. Vide q̃ stultas phãtasias habebãt. Qđ ob defectũ
fidei illis accidit. Et sicut alias dixi tibi, Impossibile est
citra fidẽ bene viuere.Vide q̃ stulta hi effutiebãt,deũ.s.
montiũ,nõ esse deũ campestriũ.Sic etiã attẽde,quç deliramẽta
hi mali hoĩes quãdoq; efferãt,dum obloquuntur.
Dixerũt prætereа ministri isti Benadad. Amoue reges
omnes ab exercitu tuo, veluti si dicerẽt. Sunt enim
delicati,& quod amittãt habẽt,& ideo pauẽt, & imbelles
sunt.Sed ꝓ illis coopta principes,idest,minores dominos,
suæ magnitudinis auidos,honoribusq; propriis
inhiantes. Itaq; diaboli isti reduxerũt Benadad contra
Israel.Quãndoq; angeli boni exercitus ducũt,quãdoq;
mali. Tũc Micheas regressus est ad Achab. Et ait. Dñs
deus,licet tu nõ merearis,& licet improbus sis,tñ ob Syrorum
blasphemiã , quã protulerũt,dicẽtes.Dñm Deũ
Israel,nõ esse deũ campestriũ,vult exercitũ illũ in manus
tuas tradere,vt & tu agnoscas, ipsum esse deũ vniuersorũ,
Vide deũ velle venerari ab hominibus. Fecit
ergo Achab binas cohortes,quasi duos greges caprarũ,
& dirigebat eas septẽ diebus.Septima aũt die cõflixere
cũ Syriis,& extinxerunt cẽtum milia ex ipsis vno die.
Et residui, qui fuerunt vigintiseptem milia ciuitatem
Aphec infugerunt, & cecidit murus illius vrbis super illos,
& interfecit eos.Benadad fugitauit è cubiculo in cubiculum.
Hoc est in aliquod subterraneum penetrale.
Hæc est historia.dicamus allegoriam.

¶Inspice quç quãdoq; faciat diabolus. Adeũt Benadad *Mystice oĩa hæc.*
regẽ serui ei⁹,& dicũt ei.(Dij montiũ &c.) Sic improbi
isti mẽbra diaboli faciũt.Et aiũt.Dij horũ,sunt dij montiũ,
idest,diabolus q̃ est velut mõs superbiæ, est ille,qui
ducit hos hypocritas,& est deus illorũ,&foris ostẽtant

Dux hypocritarum diabolus. bonitatẽ qua intus vacãt. Aggrediamur nos agere hypocritas. Nolum⁹ & nos ad mõtana cõscẽdere prçliaturi, & nolum⁹ ampli⁹ insolẽtes nos ostẽdere. Sed humiliari volum⁹ etiã nos. *Vox hypocritarum.* Et posset hoc in multos presbyteros, & monachos dilatari de his, q̃ hic adsunt, & de his qui absunt. *Vana accusatio cõtra Hiero.* Sed studeo breuitati. Dicam⁹ de nr̃is dũtaxat ciuib⁹. Qui dicũt. Hypocritæ isti apud diuũ Marcũ noctu cõcilia agitãt. Ah optarim ego, vt tu modicũ vigilares & dephenderes fœderationẽ huiusmodi. Et q̃a si sũt hypocritç oportet, eos esse nequã, & horas immutare, & modo cõcilia hæc inire hora. 1. modo. 2. opus est, vt in foro sis solidã noctẽ. Dicũt ergo improbi hi. Agam⁹ & nos hypocritas, & adhibebit̃ nobis fides, eamus cõflictũ in cãpestrib⁹, id est, humiliemur, & dicamus. Nos sumus ex illis ꝓbis, & rẽ hãc protegimus, & tutamur. Dñs, qui omnia nouit, prophetã Michẽam mittit, & dicit Achab regi. *Retegit dominus hypocritas & debellat ipsos.* Hos vobis ob ipsorũ scelus tradã. Ne hæsitetis. Ita tibi ego dico, deũ velle bonis suppetias in præsentiarũ ferre, & in improbos animaduertere, & ex his tribulationibus octo partes eos cõtingent. Et id crede mihi fieret, si ante tribulatiõis ipsius aduentũ, vel vnus quilibet pœnitẽtiam prius ageret. Fecerũt hi Israelitæ duas cohortes instar duorũ gregũ caprarũ. *Capra peccatoris symbolum.* Capra, quippe cum sit olida resipiscentẽ refert peccatorẽ. i. istos, quos vos hypocritas nũcupatis. Hi nõ vocãt se probos, sed peccatoribus se adscribũt. Altera istorũ cohors, sunt clerici, & boni monachi, q̃ leuato ad deũ spũ in his ęrumnis cũ improbis cõflictãt. Altera est laicorũ hominũ. Qui licet in seculo versentur, dei tñ dono boni perstãt, & precibus quisq; suis cũ improbis signa cõfert, quo illos ad deũ pertrahat. Hęc sunt cõsilia, quę agitãt cũ oratione & cũ spũ. *Cõcione. 44. in tomo Amos, habita in Parasceue.* Hi septẽ diebus in assyrios dirigũt acies. An exciderũt animo septẽ illi grad⁹, quos te in Parasceue edocui?

Hi

Hi sunt. 7. dies. Primus dies est fides, idest, vt maxime Deo fidatis, & credatis ipsum adeo esse bonū, vt si bene egeritis oīno vobis suppetias sit vēturus, nec vos interire passurus. Secūdus est necessitas. Nouimus enim necessariū esse omnino pati in hoc seculo, atq; adeo meli⁹ est ꝑpter deū quā propter mūdum hūc pati. Qua de re, paratos nos esse oportet ad obsecundādū ei⁹ volūtati. 3. est cōformitas. Debemus em̄ nos cōformare eius volūtati, & obueniētia nobis placita ipsius interp̄tari. 4. est prōptitudo. i. prōpte agere, vbi iā volūtati eius cōformis eris, & aduersus ærūnas ꝑcedere. 5. est humilis fiducia, idest, vt ex prōptitudine non iam tibi ipsi fidas sed deo dūtaxat. 6. est mansuetudo, id est, vt māsuete geras te, neq; ira excādescas, neq; cōmouearis in defensione veritatis. 7. & vltim⁹ est perseuerātia, & hoc est in præliū tandē ꝑcedere, vbi Samaritæ cētum millia Assyriorū confecerūt. Quod significat à bonis per precationes, & bonorū operū specimina plurimos à vitiis ad virtutes reducēdos, & hoc ipsum erit interficere ipsos impro bos, & ī viā Christi cōuertere. Infugit tūc rex Benadad ciuitatē Aphec. Aphec interp̄taē furor nou⁹. Hi qui hāc ciuitatē infugerūt, fuerūt. 27. millia. Et significatur hic maxima multitudo nolētiū ad deū conuerti, sed confugiētium potius ad opes, & auariciā, & nouum furorem. Quare irruet in eos mur⁹, & durities auaritię in inferna detrudet ipos. Benadad abscōsus est, è cubiculo se conferēs in cubiculū. i. diabol⁹ in infernū latitaturus, se ꝓripiet, & vr̄a ciuitas sospes manebit. ¶ Tertiū verbū à me vobis dicēdum est, vt iustitiā colatis. Sicuti vobis ꝑpetuo dixi. (Credite ī dn̄o deo vr̄o &c. Vsq; ꝓspera.) Oīa, quę vobis ex deo dixi vera sūt, & op⁹ fuit mihi vobis ea dicere, licet aīo meo repugnāte. Testes sūt mihi angeli q̄ adsūt, quos aduersū me ī testimoniū apello, ni vera di

Gradus ad fœlicitatē Christianam.

Internitio Assyriorum quid.

Nolentium conuerti pœna.

co. Testor etiã vniuersũ hũc populũ in die iudicij ante tribunal Chri ni vera loquor, adeoq; percitus adloquẽdũ, quoties vos iustitiã admoneo. Et si ipse fallit, fallor etiã ego. Verũ ipse errare nequit. Neq; ego erro dũ quę ipse loquit tibi dico. Tu Romã scribes, me dixisse deũ errare, si ego erro. Tene me, recte scio me posse errare, & in mul is iudicio labor. Verũ in hac vna re assero me nõ errare, quippe q̃ qui nõ aberrat deus, imo neq; errare põt, asserit. Quãobrem adhibere deberes mihi fidẽ, quia dño ita placet. Ego sæpe vobis dixi queãdmodum Deus aliũ angelũ sub alio cõstituit, & aliũ ab alio illuminari voluit, & inferiorẽ superiori credere, sic est stabilisse vt homo fidẽ habeat angelo illuminãti, & homini ãdeo misso. Verũ tamen quãdo tu non assentiris diuinis, abste defectus est ille. Leuia summa petũt, grauia infima. Vnde qui impugnat diuina, veluti signo dignoscitur aduersarius dei. Quod ab aliquo peccato est. Atqui probus est, vel se illis afformat, dũ illa intelligit, vel sectatur illa, aut certe nõ obsistit illis. Si vos verbis fidẽ nõ habetis, at operib⁹ habete, & ne faciatis, vt scribæ, & pharisæi, qui neq; operibus neq; verbis voluerũt crede re. Ego vobis assero hucusq; vos non animaduertisse in prauos. Assero vobis, deũ velle, vt in ipsos animaduerta tis. 2. vobis hoc iã dico. Libet deo videre iustitiæ cultũ, & vt blasphemi, lusores, sodomitico crimine impuri, & vniuersi ei, eiusq; gubernatui aduersantes, pœnas dent. Dico tibi, deũ velle, vt puniãtur. Et bon⁹ gubernat⁹ hic est, supplicia đ sontibus sũmere, sodomitico crimini dã tes operã ac scelerosos è medio tollere. Multi pceres, quibus cordi fuit intelligere, quonã pacto, hoc fieri ab ipsis opporteret, modũ me interrogarũt. Oibus idẽ respõdi. Et vt mihi dictũ est, ita tibi dico. Et nisi feceris dicet tibi, vt hic dixit Micheas Achab regi.) Erit aĩa tua p

Simile đ adhibenda fide.

Cultus iustitiæ commendatur.

anima eius.Forſitan à me hoc dico tibi. Angelos appel 3.Regũ.20.
lo teſtes aduerſum me,ſi à deo ipſo hoc nõ eſt, vt modo dixi tibi. Vis tu clarius hoc tibi dici? Dixerunt miniſtri Benadad vt viderunt iam deploratam rem. (Reges domus Iſrael clementes ſunt.) Et iuerũt ad Achab. (Et accinxerunt ſaccis lumbos ſuos, & poſuerunt funiculos in capitibus ſuis.) Qui erant modi captandæ commiſerationis, & dixerunt Achab. (Seruus tuus Benadad dicit. Viuat, oro te, anima mea.) Achab reſpondit. (Si adhuc viuit, frater meus eſt.) Pepcitque illi, & fecit ipſum ad ſe adduci, & imponi currui ſuo. In hac clementia Achab. c. &. l. elementa in. d. ſunt conuerſa, id eſt, fuit dementia & veſania eius ignoſcere illi. Dixit tun Benadad. (Ciuitates, quas tulit pater meus à patre tuo reddam, & platéas fac tibi in damaſco ſicut fecit pater meus in Samaria.) Et icit fœdus cum Achab, & ait. Volo tradere tibi ciuitates quas pater meus à patre tuo abſtulit, & volo vt emporia facias apud Damaſcum. Quo facto, vnà venerũt Samariã. Tunc Deus ſuſcitauit prophetam, qui abiit & reperit quendam cui dixit. (In ſermone domini. Percute me,) id eſt, percute me, quia ſic iubet dominus. Ille noluit eum percutere. Sed dixit neutiquam faciam. Quamobrẽ propheta ipſe reſpõdit illi. (Quia noluiſti audire vocẽ domini, ecce recedes à me, & ꝑcutiet te leo.) id eſt, interficiet. Et ſic factum eſt. Cumq; paululum receſsiſſet ab eo inuenit eũ leo, atq; percuſsit. Dices tu. Tenebatur ergo ille credere prophetę, & eum petere? Tu rẽ intellexti. Vade. Cũ Deo diſcepta de hac obligatiõe. Reperit deinceps & aliũ ꝓpheta ipſe, & dixit illi. (Percute me, qui ꝑcuſſit eum,) & excuſsit ſanguinem ei. Ne credas multũ ab illo læſum. Sed propheta hoc egit, vt hoc prætextu obnuberet ſibi caput, ſeque inquinaret, vt ine à rege agno

Pulcherrime taxatur iniuſta & ſtulta clemẽtia hoc exemplo.

Homilia secũda in die Ascensionis dominicæ, habita anno.1496.12. die Maij.

Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Ephes.4.



Vriosi orbis scrutatores vocati philosophi, Dilectissimi in Christo Iesu, omnia creata in duas partes secreuerunt, alteram substantiæ, alteram accidentis nomine nuncupantes. Substantia est illa res, quę nulli rei nixa per se stat, ceu terra, aqua, aer, cœlum, animantes, saxa, plantæ, & similia. Accidētia ea sunt, quæ à se non stant, nisi aliqua alia re suffulciantur, non quidem vt partes, sed vt res, quæ insunt. Huiusmodi sunt albedo, nigredo, odores, sapores, & similia. Et quia nostra omnis cognitio à sensibus oritur, & sensus non percipiunt, nisi accidentia, ideo accidentia prius in sensus nostros incurrunt, nosque prius ipsorum quam substātiarum cognitionem vsurpamus. Oculi intendunt coloribus, aures sono: nasus dat operā odoribus, lingua saporibus: tactus, calori, frigori, graui, duro, molli. Et postquam sensus cognitionem suam accepit, transfert hæc in phātasiam, phantasia vero traducit eadem ad intellectū (qui dicitur intellectus quasi intus legens,) quia ea phantasmata illustrat, & iudicat, & in substantiæ notionem peruenit. Verū quia intellectus exiguam lucem habet si à corpore abstractus esset, pertingeret ad substantiæ notitiā, sed confusaneā. Qua de re indita est corpori anima, vt sensuum adminiculo sciētiam cū distinctiorem, tum absolutiorē capessat. Et si anima plus extra corpus perciperet, incassū corpori abderetur. Quia tñ Deus, & natura nihil agunt frustra,

Diuisio rerū nobilis & cōmunis.

Cur prius cognoscimus accidentia.

Cur anima corpori coniuncta.

ideo dicimus animam corpori coniūctam, quò melius discat. Sed neque corpori adhuc sociata exactā cognitionem habet. Quare fatentur hi philosophi, intellectū nō peruenire in vltimas vsq; diferētias. Et proprietates intraneas p exoticas agnoscimus. Materialia quoq; im perfecte percipim⁹. Cogita modo, quāto imperfectius immaterialia cognoscat homo. Nō capit homo angeli substantiam, neque modū eius, licet creatura finita sit. Quanto ergo minus diuinam substātiam, neque creatā, neque finitam pernoscet? Quod si diuinam substātiam non cognoscimus, neque etiā multa, quæ in ipso infinita sunt capimus. Nimirū ergo si multa sint in deo, quorum intellectus noster non sit capax, neque si multa de spectantibus ad orthodoxam fidem non intelligamus, ac denique si non omnia cognoscamus. Et ideo magn⁹ Deus, qui misericordia maxime affluit, cernens quam exiguam eius notitiam haberemus, carne conuestitus humana, aduentu suo, & substantiæ suæ cōmunione & nōnulla ei⁹ ostensione nos est dignatus. Ideo in mundū venit, humanam assumpsit carnē, & propter nos diem obire, & deinde resurgere voluit. Multa itē alia fecit, quibus aperte suū corpus humanitatemque suā verissime reuixisse testatum reliquit. Plura præterea egit suā diuinitatē indicantia vti nos à sensibilibus abstrahēs, ad æternā vitā traduceret. Sed quia apostoli Chrī vindicis nostri ob eius familiarē consuetudinem cū ipsis, nimiū carni eius affecti erant, & sensili amori acquiescebant, neque ad spiritualem multū adspirabant, necesse fuit, vt caro illa cælum peteret, vt sensibus mentem sursum abduceret, illum tanq̄ Deum iā amaturā. Et quia huic negotio naturæ lumen impar erat, dona luminis super naturalis electis suis dedit. Et ideo dicit Apostolus. (Ascendens Christus in altum captiuam duxit cap. idest,) prædam

Immateria-lia nobis co-gnitu perdifficilia.

Cur Deus hō.

Causa vna Ascensionis Christi.

Ephes. 4.

prædam animarum, quam diabolus egerat ob noxam protoplasti parentis. (Dedit dona hominibus.) id est, septem dona Spiritussancti, vt quæ sunt mūdi abijcerent, & sursum leuati Christum in cœlum sequerentur beneficio luminis venientis à fide, quām ipse dedit. Qui ergo optima viuaq; fide, & qualis exigitur, polleret, proculdubio Christū sequeretur. Opus itaque est fide. De qua hoc mane libet loqui, vt nostrum assertorem sectemur. *Ibidem.*

¶Surge qui dormis, & illuminabit te Christus. Ne carni huic amplius indormias. Ipsa & hi sensus te soporāt. Relinque sensum. & insequere Christum sursum, & illustrabit te. Cernis hanc Christi carnem sursum ascendisse. Ascendit Christus in altum. Quid vos dicitis philosophi? Omne graue pessum it, & ecce caro ascendit. Canon vester in præsentia defecit. Aiunt prætereа isti philosophi, nō esse corporum penetrationem localem. Ecce penetrauit Christus cœlum, transiens ipsum, sine scissura & laceratione cœli, aut mutatiōe. Quare fefellit & hic canō modo, maxime si teneas corpora cęlestiá esse solida. Addunt isti. Extra cœlū nihil est. Fallit hodie etiā hic canon. Ecce Christus ascendit super om̄es cœlos, vbi nō est loc⁹, neque opus habet Christus loco, neque continēti corpore, atque fouente, quo super esse, viuereque posit. Diuinitatis siquidem suæ virtute superat, seu seruatur, & est super cœlos Christi corpus. Vide ergo quātam nobis spem facit omnipotens Deus. Si quidem, si illuc caput nostrum ascendit, spes est, eōdē conscensura & membra. Hoc nos præstolemur, hoc speremus, hoc prædicemus, ob hoc omnia operemur. Scito in cœlum te conscensurum Homo, si tibi placuerit, Nam ibi Christus noster est. Sed scito natura te non illuc subiturum, nec pecunia, aut virtute tua. Quomodo *Ephes. 5.* *Canones physici in Christi Ascēsione defecerunt.*

ergo? (Dedit dona hominbus.) Tu illuc ascendes si volueris per charismata tibi à Christo collata. Ipse dedit tibi dona Spūsſancti. Dedit donū intellectus quo te illustrat, & scopum tuum luculēter tibi commōstrat, & se ipsum in cœlū migrasse, & si tibi cordi erit, illò etiam te cōmigraturum, & roborat intellectum tuum. Deinde dedit tibi donum sapientiæ, quo finem tuum ames, dulcescatque tibi finis ipse. Est nanque opus amore. Ait Christus homini. Me dilige, & missa fac, quæ mundi huius sunt. Sequere me in cœlum. Et quia mundum hūc nihil esse, vt cognoscas necessarium est, addidit donum sciētiæ, quo hominē hinc cito abolendum nihilque hic stabile esse pernoscas. Et quia homini per varia rerū discrimina, & dubia, trāseūdū est multaq; est agitaturus, vt noris consilium capessere dedit tibi donum consilij. Adhære ergo huic consilio, & sectare Christū. Tibi assero, hoc cōsiliū vtile esse. Diuitias tibi hui⁹ mūdi ipse nō pollicetur, sed sempiternā gloriā, & fœlicitatē nullo fine claudendā. Quid ergo tu vis facere homo? Mitte hūc mundū. Veni famulatū Christo. Ego te inuito. Ipse te operitur, tuorū tibi præmia obsequiorū largiturus, vtpote qui munificētissimus agonotheta sit. Conetur vnusquisq; Christo seruire. Sed quia omes curam salutis fratris habere, ipsumq; ad Christū pertrahere cōstringimur, ideo pietatis donū tibi dedit, quo tu fratrē, vicinū, amicūq; exhorteris, & ad Christū pellicias. Dedit etiā ipsum in hoc, vt tu, qui vxorem habes, eam ad Christi famulatum commonefacias, & deniq; vt alter alterū non tepide sed feruenter ad eadem monitis inducat. Sed quia hoibus in hac vita inter secunda aduersaque iter faciendum est, dedit tibi timoris donum ad prospera, quo casum semper formides, & te transuersum agi, & rapi à Christi amicitia per secunda minime sinas

Fines donorum Spiritus sctī et primo intellectus.

Donum sapiē...

Donum scientiæ.

Donum consilij.

Donum pietatis.

Donum timoris.

ſinas. Cõtra aduerſa autem fortitudinis donum tibi dedit, quo obſiſtere valeas. Quid ergo agitis homines? Quin noſtrũ Chriſtũ ſectamini, qui cœlum aſcendit, vobis & locum, & fœlicem quietem paraturus? Quin tu homo ad Chriſti famulatum venis? Quin tu credis hæc? Si tu ea crederes, non te hęc ocioſa tepiditas teneret. Tu es incredulus, & ingratus, & dignus exprobratione, vt diſcipuli, quos Chriſtus hoc mane in euangelio carpit, (qui exprobrauit incredulitatem illorum.) Quocirca iuuat me, tui cordis duritiam, & quam ſis ingratus Chriſtum, qui ad tantam tibi parãdam gloriam præceſsit, non ſequens, hoc tibi mane, dum euãgelium enarro, commonſtrare. Ego vos viri fœminæq; inuito. Ipſi vos turbatis. Quid trepidatis? Qui credit Chriſtum ſurſum eſſe nihil pauet. Veniat ergo vnuſquiſque ad Chriſti famulatum. Sed vt tu, quæ tibi dicam, amplius capias, typum quendam ob occulos tibi ponam è numerorum. 22. capite. *Donum fortitudinis.*

¶Videns Balac populũ Iſrael Erythręũ traieciſſe mare timenſq; ipſum dixit Balaã per nuntios, vt veniret ad deuouendũ, & abominandum populũ illũ. Angelus alloquutus eſt illũ, & dixit ei, vti ne iret. Poſtea vero indixit illi aditũ, & interdixit deuotionem populi Iacob. Et iuſsit, vt ſolũ loqueretur quæ Deus illi ſuggeret. Adornauit ergo iter Balaã, & ſtrauit aſinam, qua veheretur & duxit ſecũ pueros duos. Sed ibat, vt noceret, maloq; animo. Quamobrem angelus præhenſato gladio aſinæ obſiſtens, non ſinebat eam tranſire, & neque Balaam, neq; eius pueri angelum videbant, ſed vna aſina. Et huius rei poteſtas eſt angelo, vt ab alio ex præſentibus ſibi videatur, ab alio minime. Aſina ergo hęc, vidẽs angelũ, ſe illi opponentẽ, nolebat progredi, quin potius ingreſſa eſt agrũ, quam videns Balaam cœpit fuſtigare, dicẽs. *Num. 22.*

Redi

Redi huc, Regredere in viã. Asina inclusit se intra duas macerias. Angel⁹ denuo se opposuit asinę ensem tenẽs. Quæ nolens pergere adhæsit maceriæ, & attriuit pedẽ Balaã. Qui incandescẽs cœpit secũdò asinã suste cædere, & dicere. Huc remea. Et deniq; in viam volebat retrahere, donec in angustam viam perueniret in qua neque huc, neque illuc declinare præloci iniquitate poterat. Et hic iam tertio angelus se opposuit asinæ quæ dũ neque huc, neque illuc ire posset, genua ante angelum curuauit. Et asina se in solum iactante, pedibus Balaam læsus est. Tunc vehementiùs ira percitus verberare asinam adortus est. Et tunc dominus asellæ sermonem dedit, & sic loquuta est. (Quid feci tibi? Cur percutis me ecce iam tertio? Respondit Balaam. Quia commeruisti.) Tu mihi imposuisti, tu facta mea delusisti. (Vtinã haberem gladium vt te percuterẽ.) Cui respõdit Asina. (Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti vsque in præsentem diem? Dic quid simile vnquam fecerim tibi.) Quasi vellet dicere. Aliquid nunc est noui, & insolentis. Respõdit Balaam. (Nunquam.) Tu nũquam vsque ante hac sic fecisti. Tunc dominus aperuit ei oculos & vidit angelum, districtum ensem habẽtem, & e uestigio flexis poplitibus adorauit eum. Qui ait. (Cur tertio verberas asinam tuam?) Nisi asina à via declinasset, qua tu volebas ipsam pergere, ego te trucidassem, & ipsa seruata esset, viueretque. Respondit Balaã. (Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me.) Veluti diceret. Ego regrediar, si tibi, vt procedam, nõ placet. Cui mox angelus. Perge, & ne mala imprecerìs populo, sed solum renunciabis Balac, quæ tibi ego suggeram. Hæc est historia, modo concinnemus ipsam euangelio.

Ibidem.

Euãgelio adaptatur figura.

¶(Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis,

Marci vlt.

cordis,quia his,qui viderant eum resurrexisse,non crediderant.) Seruator noster carpsit hos discipulos,quia non habebant fidem illis, qui eum resuscitatum viderant. Opus est grandi annotatione horum verborum. Quia dominus vult fidē. Opus est,dico tibi, fide. Alioqui nequit fieri vt deo placeamus. Sed poterant dicere discipuli illi.Sumus ne fidē nos habituri fœminis,idest Mariæ Magdalenæ, quæ dicebat,exuscitatum se illum vidisse, vel illis discipulis referentibus, se vidisse eum dum Emaūta peterent? Aiunt isti philosophi,nihil esse in rebus creatis capacius intellectu: quia quadantenus infinitus est,non quia infinita intelligat, sed quia quò plura illi adieceris, capacior semper restat, neque, vt saccus, cum multa illi inserseris, vlteriora non capit. At intellectus hominis plura capit, quo plura percipiēda apponas. Et ideo est capacissimus ille quidem,nō tamē prorsus infinitus,solus naq; Deus est mēs vnde vnde interminata. Mens beata,& si infinita potest in diuina natura cernere,ea tamen non omnino,seu simpliciter,infinita sunt, sed vnus Deus infinita nouit, quia cōprehendit se. Quare multa sunt beatis ignota, vt sunt cogitationes cordium, solus enim Deus animam penetrat, neque angeli adhuc eas nosse possunt, nisi superna illustratione. Quia intellectus, & volūtas hominis sunt libera,neque nosse potest angelus, quò certo inclinabitur homo. Ignorant etiam angeli, quæ ancipitis sunt euētus,quia illorum causæ sunt indifferentes. Vnde, cùm Deus in ecclesia sua aliquid præter naturalem ordinem,vult facere,prius reuelat illud superiori angelo,& postea superior inferiori. Et licet inferior non videat illud in deo, certior tamē fit à superiori, ad ipsum inferiorem cōuerso, vt illuminet eum,& ipse ei fidem habet ob quatuor. Primò quia lumen gloriæ in eo irradiat,

Intellectus capacitas.

Vnus Deus plane infinitus.

Sola dei sciētia vndique infinita.

Angelorum scientia.

Cur angelus inferior credit superiori docenti.

diat,quo illi luculētum sit,illud esse certū, vt natiuo lumine bis duo in quatuor euadere, tibi innotescit, & vt prima illa hominū axiomata tibi manifesta sunt. Dein
2. Causa. de,quia angelus inferior certo scit superiorē non posse errare,quia in exactissimā suam virtutem peruenit, & neq; simulare aliquid,neq; mētiri potest. Mox,quia tan
3. Causa. tam aduersus seipsum esse bonitatē dei nouit, cum iam
4. Causa. beatus sit, vt minime ipsum decipi passurū credat. Tandem credit, quia nouit rē per superiorem sibi cōmonstratam,esse verosimilē, & non impossibilem,& ecclesiæ dei necessariam. Ita facit propheta,qui lumine supe
Cur ꝓpheta credit angelo,qui eum docet. riori à deo illustratꝰ. Principio,lumine prophetico certus est eorū, quæ ab angelo ipsum illuminãte perdocetur, vt tu certus est lumine visus,albū sit ne hoc an atrū. Secūdo,quia propheta nouit, nequire eū aberrare, no-
2 uit etiã eū in dei gratia cōstabilitū esse. Deinceps, quia
3 bonitatē dei erga se pernoscit, & scit, si recte se ad deū ipse habeat,nō ipsum labare in errorem passurum, maxime circa salutaria,& multo minus,quãdo ex illo,totius alicuius populi salus pēdet. Dicit enim seruator no
Ioannes. 7. ster. Qui quęrit gloriã dei,hic verax est,& iniustitia nō est in illo,nēpe quia deus in omnibꝰ ipsum dirigit. Quade re scit,nō posse bona nūciantem angelū errare, neq; se in errorem à deo sinēdum induci per ea quæ angelus
Exemplū naturæ. ei nūciat. Idipsum vsu venit in rebus naturalibꝰ. Nulla quippe causa effectū bene dispositū aberrare sinit, nisi quouis alio obice vetãte. Verū cū deus aptū videt hominē,& recto aĩo,nō sinet ipsum in magnis rebus,& maxime si ad ecclesię suæ salutē vergãt,labi. Vltimo,ꝓphe
4 ta videt verisimile,& nō impossibile, vtile itē dei ecclesiæ,quod asserit angelus,& iccirco credit, & pro certis,quæ dicit habet. Vt autem hoc modo propheta illustratus est, vult deus ab hominibus illi habitã fidē circa
ea,

ea,quæ ex deo illis nũtiat.Cædo,quid tu credis Ioanni, & arcanis literis? Tu profecto dices. Quia Deus loquutus est,quæ Ioãnes,& quæ literæ illæ asserũt. Dicito mihi,qui scis? Dices. Primo quia ita per priscos patres nostros memoriæ proditũ est. At posset à proteruienti respõderi,errare potuisse,qui scripserũt patres. Quocirca opus est dicere,hãc nrãm cognitionẽ à lumine fidei venire,quod nobis àdeo rei certitudinẽ in nobis generãte infulsit. Secũdo ita credimus,dices,quia credimus tales probos viros minime in suis dictis vel monumẽtis falsa tradidisse & illorũ grã sanguinẽ fudisse propriũ. Præterea,quia cũ ꝓbitati operã nauarint iustã,dissentaneũ ratiõi est,à deo relictos errasse. Adhęc,qa q̃ bona sunt docemur,ideo credim⁹ eis. Et iccirco quę ad bona nos trãsmittũt,credam⁹,& si quãdoq; falsa,quę sic credim⁹ esse cõtingeret. Sic etiã,licet fides Chr̃i nõ esset vera, quod nequit fieri credẽda,sic ꝑdicata, esset,quia ad bona nos traiicit. Et hæ sunt rationes, quãobrem Chr̃i discipuli exacte credere tenebãtur,minimeq; vacillare, præsertim cum probitatis nuntiãtium resurrectionem Christi,& rectitudinis fœminarum gnari essent. Et ideo hoc mane seruator incredulitatis eos coram appellauit.

Reductio fidei ad Spiritum sanctũ.

Quam iuste Christus incredulitatẽ discipulorum exprobrauit.

¶Haud dubiè si Christ⁹ secũdo in terrã descẽderet, magis,quã discipulos,qui resurrectionẽ sibi nũtiatam,non credebant. Vos incredulitatis corã arcesseret. Vos suggillatione digniores estis. Discipuli siquidẽ à fœminis, & à duobus Emaunta cõtẽdentibus discipulis ea audierunt. Vos oia illa percepistis, & præterea, quæ Christus postea in orbe toto gessit. Equidem non semel vobis testatus sum, & testor, q̃d vidimus, & tractauimus manibus nostris. Quod si testificor vobis,hoc esse verũ, nẽpe Christũ esse verum deum,& verum hominẽ,& in cœlo esse,nec lumine modo fidei, sed alio etiã lumine

Christianorũ aliquorũ exigua fid[illegible]

id certo

id cèrto scio. Quid ergo nos facimus? Quin ad Christi famulatũ imus? Scitis causam? Ecce, ipsam docet euangelium. (Recumbentibus vndecim.) Vos estis vndecim, qui numerus in mysticis literis trãsgrẽssionem ideo præceptorum legis notat, quia est supra decem. Ecce ergo quare nõ exacte creditis. Quia criminibus pleni estis, neque obseruatis præcepta dei, quamobrem fidei charisma non meremini. Veram fidẽ opera subsequuntur. Ego vellem videre opera tua fidem sequentia, quam tibi asseris. Nam licet, quæ sunt fidei calleas, eiusque scriptóres errare non potuisse, noris, & Deum esse bonum, fidemque ad bona homines inducere, te non prætereat, tamen ob tua scelera illo vacas lumine, quod te, ad obseruandam illam duceret, & moueret. Tu vitiis es immersus, auaritia, & venere, & aliis huius mundi curis es ebrius, & denique fastigio statuique anhelas. Quid opus tibi tanto fastigio? Nisi fide careres, tu nõ ita fastigiũ quæreres. Scires nanque, te habiturũ longe amplius Ex istis peccatis est incredulitas, & cordis durities. Et ideo dum de fide incidit sermo, verba illa non penetrant in cor tuũ, quippe quod peccatis obduraris. Cor tibi est saxeũ, & ferreum, quare tu nihil fidei habes. Exue crimina ista, & probitatis iter arripe, & cædet tua durities, dabitque tibi Deus donum fidei. Discipuli ignorantes aberrabant, tu fortiora habes argumenta quibus cædas. Ad parabolam modo Balaam nostra reuertatur oratio. Balac sonat inuoluentem, qđ diabolum innuit, qui homines peccatis inuoluit, & implicat. Balaam interpretatur deuorans gentes, deuorator populi. Hic mihi ob oculos ponit omnia illa magna diaboli mẽbra, idest, prępotentes illos, qui christianę fidei aduersarij fuerunt, nempe scribas, pharisæos, principes, tyrannos, philosophos, doctos & indoctos, qui

Vndecim quid significat ĩ scripturis.

Peccata impediunt ne diuina illuminatio cor penetret.

Ex peccatis durities & incredulitas.

Expositio figuræ.

Balaã quorũ typus.

qui fidei Chriſti ſe oppoſuerũt. Duo Balaã pueri, iniqui mihi ſunt Hebræi populares, quos alter ipſorum refert, alter vero, nequam illos ex gentibus, ſatraparum & primorum erãt aſſeclę, & adminiſtri. Aſina ſimplicitatem ſignificat, & eos, qui ex vtroq; populo per ignorantiam peccabãt, & qui ad crimina, & idololatriã, & deniq; quò capitibus eorum collibitum erat, ducebant ante aduentum angeli. At poſt angeli aduentum, id eſt, Chriſti, aſina aliam viam ingreſſa eſt, ſimplices viã aliam adorti ſunt, & in agrum intrare tẽtarunt, Balaam, id eſt, impiis principibus, ſcribis & phariſęis, & ſapientibus huius ſeculi inuitis, & aduerſantibus, id eſt, ne populi ſectarentur veritatem, obſiſtẽtibus. Vnde, ex his nullus ad bonã ſe recipiebat frugẽ. Inde illa phariſęorũ vox: Nunquid ex principibus aliquis credidit in eũ? Ideoq; ab recta vita populos auocabãt. Sed angelus erat ante aſinam intentato gladio, id eſt, Chriſtus erat ante populũ iudiciũ ei minitans, & vna aſina aperuit oculos, & cõſpexit angelum, Balaam & eius pueris nihil videntibus. Vbi typum videre eſt populi reſipiſcentis, & ad Chriſt um ſe conuertentis, aliis impiis in incredulitate manentibus perpetuo. Aſina, quippe quæ ſimplex erat, volebat ꝑ bonam viam gradi Balaã autem, qui iudicio ſuo ſapiebat, volebat, per prauã ire. Ita & tu ſapiens falſum te deprehendes, vt Balaam. Fuitque dictum aſinæ. Vade per agrum, id eſt, fuit edictũ apoſtolis. Ite & concionamini, quacunq; orbis patet. Aſina ingreſſa eſt intra duas macerias. Et angelus demum ante illam ſtabat. Id eſt dictum eſt apoſtolis, & Chriſtianis, vt per nouum vetuſque inſtrumentum gradientes, mala caueant, bona ſectentur. Declina à malo, & fac bonum, vt amantes, timenteſque procedant, & geminum dilectionis præceptum conſeruent, alterum erga Deum, alterum erga

Duo pueri Balaam.

Aſina Balaam.

Angelus obiectus.

Ioannis. 7.

Vibratus ab angelo gladius quid.

Matth. vlt. & Mar. vlt.

Pſal. 32. & 1. Petr. 3.

Canti.2. proximũ.Et hæ ſunt duæ maceriæ.Aſina affulta eſt parieti, id eſt, Chriſti humanitati, iuxta illud, en ipſe ſtat poſt parietẽ noſtrũ.Et compreſsit, & contriuit pedẽ Balaam,ideſt,principum affectũ, qui iniquo ferebant animo, vt apoſtoli, & reliqui Chriſti aſſeclæ rectà irent.

Afflictio Christianorũ à tyrannis. Deinde venit aſina hæc in arctã viam, ita, vt neq; huc, neq; illuc declinare poſſet,ideſt,eò anguſtiarũ apoſtoli,& martyres à tyrannis coacti ſunt, vt proſterni in terram fuerit opus.Et angelus erat ante aſinã cum enſe,id

Angelus ob uius. eſt,Chriſtus ante ſanctos ſuos.Et dicebat.Hic eſt paradiſi fœlicitas, qua ob hãc fidẽ occumbentes potiemini, illic aũt infernus,quò detrudemini,ſi ipſam abiuraritis. Et ideo hæc aſina in tãtam arctitudinẽ deducta eſt, vt

Martyrum triumphus. in terram flexis poplitibus ſe cõſtrauerit.Hoc eſt. Dixerunt tyrannis martyres.Exquirite crucitatus omne genus,& ad horridiſsima quæque tormẽtorũ genera quæ noſtis,in nos graſſamini,noſq; contrucidate. Volumus enim in hac fide fortes perſtare.Ita faciebant virgunculæ illæ,& tot martyrũ chiliades, qui ad necem ob Chriſtũ currebãt,& hoc pacto aſina fuſte petebatur à Balaã, id eſt,martyres continenter à tyrannis affligabãtur,& mactabantur.Qui reſpondebant,vt aſina reſpondit Ba-

Innocentia martyrum. laam dicẽs ei. (Quid feci tibi? Cur percutis me?)id eſt. Quid in vos peccauimus?Nos caſte degimus, nos egeſtatem amplexamur, nos precibus vacamus, nos non veſtris fortunis inhiamus, nos ſceptra veſtra nolumus. Quid fecimus?Tunc ait Balaam aſinæ. (Quia commeruiſti.)ideſt,dixerunt tyranni martyribus.Vos cõmeremini hanc necem,qui,à Moyſi lege deſciuiſtis.Vos ceremoniarũ eius proceſſum inhiberis, vos noſtris idolis

Tyrannorum rabies. illuditis, & eò temulentiæ prouecti erant,vt dicerent. (Vtinam haberem gladium, vt te percuterẽ,)ideſt,con cupiſcebant,non ſolum corpus,ſed etiam animam neci dedere.

dedere. Sed martyres respōdebant, vt asina. (Nōne animal tuum sum? Dic quid simile vnquam fecerim tibi?) Hoc est. Vos profecto credere deberetis ò tyrāni. Nam nobis non substantiam, non honorem, non liberos perdere cordi esset, nisi certò cōtemplaremur, quæ nostra nos fides edocet. Cædite, quando vobis obstitimus? In qua alia re nos hoc idē facere videtis? Nos ab ista via non secedimus, nisi ob Christū. Vidētibus ergo principibus Christianorū in tāta obluctatione in dies hoc pacto, numerū adolescere, reuelati sunt eorū oculi, & multi ad Christū conuersi sunt, vidētes incremēta fidei in tāta conflictatiōe deniq; existere, & dilatari. Romani quidē oppugnabant hanc fidē: & voluerūt reliqua vniuersa sua numina, idest idola, in pantheo reponere: hūc autem Deum, minime vnquā. Congregata esse Romæ cætera dæmonia, & idola aliarū ciuitatū nihil morabatur diabolus, sed Christū ibi, cuius est inimicus, adesse, non parui pēdebat. Et vniuersus orbis, obruere hanc fidem nisus est, victrix tamen perpetuo ipsa euasit, & sanguine defensa est. Quid ergo nos cessātes torpem⁹? Quin ad Christi famulatum contendimus? Apertis igitur oculis Balaam, idest, principum, dixit angelus, id est, Christus. Ego veni ablaturus regnum Romanis, & ita factum est. Itē dixit angelus. (Nisi declinasset asina) Idest, nisi proborū precatio intercessisset tu interfectus esses, (& asina viueret,) idest regnis vestris essetis abdicati. Quia bonorū preces regna suffulciūt, & poplus me⁹ fide viueret. Sed perge, & ne deuoueas populū meū, & loquere, quæ tibi ego suggerā. i. Edictū est principib⁹. Ite concionamini, inuulgantes vbique gentium Christi euangelium. Et factum est ita. Si ergo hoc verum est, quid tu vis facere ò homo? Quid tāta tepiditate torpes? Quin Christo feruidissime famularis? Tu vides, nō

Conuersio paganorum ex Christianorū constantia.

Pulcherrimū hodie templorum Romæ.

Preces pborū

paucos substantiam, vitamq; propriam ob ipsum expo suisse. Christus cælos conscēdit, quò nos etiã illuc efferret. Relinque igitur sensuum affectus, & viam Christũ sequuturus, carpe. Incipe inquã, nõ amplius manere in desidia, incipe hodie, & ne in diem crastinum differas. Si tu fidem habes, non amplius procrastinabis. Aio tibi, ipsum in cælo residere, teque ab ipso expectari. Hæc de priori euangelij parte. (Exprobrauit incredu. illorum.) Si tu recto esses corde, largiretur tibi Deus fidei lumen, deinde ostenderet tibi, non esse credendum, eos qui ante nos hanc fidem præstiterunt, verba nobis dedisse, neque enim sanguinem pro ea tutanda fudissent. Mox agnosceres, deum non passurum, vti decipiaris recte gradiens. Vltimo videres, homines euãgelio fidem habentes, per ipsum euangelium probos euadere, & re ipsa nosceres nihil esse, quamobrem tibi sit hæsitandum.

Fructus sinceritatis.

Expositio. 2 eiusdem figuræ num. 22.

¶Modo aliter tropum hunc, nempe allegorice, explicem9. Scriptura ita est à deo cõstituta, vt omni tẽpori subseruire queat. Adesto dũ, arrogãs. Quid tu vero credis, te esse? Oportet planè humiliari, alioqui nihil agas. Quære ex philosophis his, & dialecticis, quid de hac enunciatiõe, homo est animal, afferãt. Aiũt quippe, esse verã, necessariam, veritatisq; perẽnis, quia ponit substãtiã essentiãq; rei. Verum hæc, Sortes est, non est perpetuæ veritatis, quia non ponit nisi existentiam, quam vocant, Sortis ipsius. Esse nãq; distinguitur ab essentia. Et omne esse creaturæ, radius quidam est diuinæ naturæ. Et solus est ille, qui est, & omne esse siue substantiale, siue accidẽtarium, dependet secũdum suam rationem, & naturam, ab esse diuino. Atq; à deo omnia creata, nihil prorsus sunt per sese. Vnde est illud diui Dyo. Deus est esse omnium. Si vitrum sciret iactare se, & diceret.

Lux, quam ego habeo, à me est, certe falleretur. Quia il luminatur à sole, & non à se. Qui plātat, & qui rigat, nihil est. Sed, qui incremētum dat, deus. Ille igitur dignatus est, dare carni huic, vt sit. (Et ascendens Christus in altum, captiuā duxit capti. Dedit do. hom.) Tu superbe simulas te sapientē & magnum. Tu nihil es. Vnus Deus gloria dignus & plenus est, & ideo deus tuus fastum improbat. Deus superbis resistit. Credis tu saltem aliquid te scire? Tu nihil scis. Deprime igitur te. Balach est diabolus, Balaam superborum principumq; iniquorum, & perfectorum, & concionatorū, & doctorum improborum effigiem sustinet. Duo ministri signant sectatores, administros, & palpones eorū, & præcipue sacrificos, & monachos, qui populo adblandiuntur, & extrinsecus sunt bene morati, & ceremoniarum cura soliciti, velāt tamen veritatē. Adsimiles sunt & aliqui ciues, qui in speciem probi sunt moribus, intus tamen superbia latitat. Verum quia non probris luculentis sunt notati, habentur sapiētes, ceremoniis externis oculos intuenctiū præstingentibus, ambitionem quę tegentibus, qua occupantur. Et hi per duosministros intelligūtur. Hi, inquā, hoc est, impius clerus, & improbus populus, hi sunt dæmonis membra. Dęmonium non edit, non bibit, nō dormit, non libidini, non pecuniæ cupidini vacat. Verum tamen superbus est. Ita & hi. Sunt ergo dęmones. Asina typus est simplicium. Quæ ducta erat per iter peccatorum ceremoniarum, quas improbi ostentant, neq; cultus internus pluris fiebat quam externus, imo ipse duntaxat in precio habebatur, quia illi nihil curabant præter liturgias, exequias, & condonationes, quibus lucellum aliquod affulget, quibus etiam non implicabūtur, nisi panis pecuniæ, & ceræ gratia. Et aiebant. Funde has preces, amicire huius instituti induuiis offer dño vel al-

Ex luce visu eximium simile.

1. Cor. 3.

Iacobi 4.

Balach, & Balaam quorum symbolum.

Duo famuli Balaam adulatores & Hip.

Asina simplicium Typus.

taris vel sacerdotis ornamentum, extrue in templo sacellum, & sic omnino barathrũ effugies. Ne credideris huiusmodi externas rerũ facies tãtum, in quietem illã almã te perducturas. Sola est & vnica dei gratia, quæ hoc est præstatura, nõ tamẽ dãno ceremonias ecclesiæ.

Cum ceremoniis debet iũgi internus cultus.

Neq; vero hoc de gratia miraculorũ, aut ꝓpheticę intelligas. Sed de illa, cui adsit charitas & humilitas. Oppositus erat asinę angelus stricto ense, id est, Christus dicit Italiæ. Ne gradiaris per peccatorũ viã. Instat quippe tibi flagellum immane. Asina sola vidit angelũ, id est, simplices primo statim exordio verba Christi intelligere cœperunt, sed Balaam, & reliqui eius administri, id est, improbi noluerũt percipere. Hæc igitur asina, & hi simplices cœperũt dimmittere viã prauã, & ingredi agrũ, hoc est, viã dñi. Simile est eñi regnũ cœlorũ thesauro abscondito in agro, quẽ, qui inuenit hõ, abscõdit, & præ gaudio illius vadit, & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. Cœperũt ergo hi ingredi agrum scripturæ arcanæ, & dicere. Sinite nos paulisper intueri, quem fructum protulerint huius agri flores, quem fructũ protulerũt nostri patres, đ indigetibus loquor. Ne tu mihi alios patres præter adscriptos sanctorũ cathalogo referas, nempe prophetas, apostolos, & martyres, qui ob veritatis patrocinium libẽtes occubuerũt. Aspice etiã, quid contigerit sub Ioanne. 22. pontifice summo, vt in quibusdam nostri instituti annalibus refertur, cum Ludouicus Bauarus potiri rerũ voluit, homo improbo & quod est deterius, hæreticus. Põtifex illi, & sacris, & hominum consortio interdixit. Fuerunt tunc quidam ex patribus nostris, qui contra Ludouicũ tutelã veritatis suceperunt, qua de causa ipsos idem insectatus est, atq; odio nõnullos ex eis in vincla coniecit. Totaq; nostra familia afflicta est ab ipso. Ipsi vero fratres nostri minime

Angelus obstans moraliter.

Matth. 13.

Exemplũ nobile fidei Zelo.

nime abfterriti funt à veritatis defenfione. Ludouicus vero eos, gratia aucupandi beneficia à pontifice, hoc facere iactabat. Cōtigit, vt tunc lubitum fuerit pontifici, hæreticum de beato vifu paradoxō fulcire, & quia noftris fratribus in errorem collapfus apparuit, aduerfum ipfum etiam infurrexerunt, & animus eorum ferebat, vt pontificatu abire cogeretur. Tunc Bauarus videns hoc dixit. Arbitrabar hos in pontificis gratiam mihi aduerfari, & nunc veritatis amore mihi obiectos video. Hi ergo funt illi, qui in agrum tendunt, & veritatis gratia neq; mortem formidant. Itaque contemplare, quid in illa vfque tempora fiebat. Hoc etiam noftra hac tempeftate vfu venire videas. Multi fiquidem occulere veritatem nituntur, & cum ecclefiaftes quifpiam vnam aliquam vrbem adit, vbi & principes, & fatrapæ praui funt, dicunt ei tepidi. Heus pater oportet, hoc taceri, illud etiam minime attingi. Huic enim aut illi ex primoribus accerbum erit. Mihi etiam ipfi dictum eft. Heus tu nihil de hoc in concione, caue omnino, ne per fomnium quidē attigeris. Dicito mihi, eft ne deferenda veritas in gratiā hominum? Chriftus ob ipfius manifeftationem voluit occumbere. Tu nofti bene, quāta mihi funt dicta, & qualiter infectatio noftri exorta fuerit, cum primum concionari adorti fumus. Libet ergo prorfum veritatē prodere, & in hūc agrum intrare, quem afina Balaam petiit.

Veritatis tutela ordinis prædicatorū natiua.

Aliqui ftulte admonent cōcionatores, ne veritatem dicāt, & vitia forti animo carpant.

Chriftus ob tutelam veritatis occubuit.

¶ Profecto minime opportet ftultos nos ꝓpter hoc credi, neq; par eft, velle nos hanc rem fuftentare, citra fundamentum bonum, putemur. Cędo, nifi verum ego dicerē, nōne effet hæc cæli terræq; in me ipfum irritatio? Creditis clam me hoc effe? Creditis me effe amētem? Satis video verba mea toti orbi aduerfari. Omes nanque mihi obloquntur. Et quidem fi ego orbi per men-

En caufa & feminariū odij aliquorū in Hieronymum.

dacia reluctarer, ſcio mihi aduerſum futurum Chriſtũ & ita cœlum, terraq; mihi aduerſarẽtur. Igitur quî poſſem ego reſiſtere? Creditis me væcordem hanc gratis aleam ſubire velle? Credite ergo quæ vobis dico, quia vera ſunt. Credite quæ vidimus. Vidimus enim & manibus contrectauimus hanc veritatem. Credite itaq;, quæ vobis dico. Credite me non eſſe vęſanum. Ni vera dicerem, ego non modo mortis corporeæ, ſed animæ diſcrimini eſſem ſubditus. Ego in hoc nihil hæſito, & omnes, præter mea peccata, mei ſimiles eſſe vellẽ. Venite igitur omnes ad Chriſti famulatum. Venite ad veritatem. Venite. Ego enim vos inuito. Tu noſti dũ Apocalypſis, & aliarum ſcripturarum enarrationem adorſus ſum, fuiſſe nonnullos, qui dicerent. Pater tu penitius intras, atq; ꝓfundius, quã par ſit. Angelus oppoſitꝰ erat aſinæ, & volebat, vt ipſa in agrum ingrederetur, Balaã autẽ ipſam fuſtigabat. Tu ſcis, me tunc ſæpe ceu petitũ fuſte. Tepidi fuerunt primi, qui incęperunt, & dicebãt. Emotæ mentis eſt ille. Alij vero dicebant. Nouator eſt rerum. Aliunde erãt debiles & corde ſimplices, qui credebant, & aiebant. Hoc demũ poterit fieri. Mox aduerſus ciues, & illius tempeſtatis ſatrapas, quibus meæ conciones non arridebant, bellum geſsi. Erã inter duo cæmenta. Et angelus dicebat. Heus tu, hâc perge, ne iſtâc eas, quia necaberis, & percutiebar. Tu noſti ſub quãtó fuit diſcrimine vſq; ad exilium & omnem ærumnam, quia tamen me victurum ſciebam, dixi ſemper, rem illam minime humanis viribus amoliendam. Balaam cæmẽto compreſsit pedem, quia ſatrapæ mihi infenſos ſe exhibuerunt. Sed fac, vt libet. Aio tibi, ego conteram tibi pedem. Ego parieti ſum affultus. Ego Chriſto affultus ſum. Gratiæ eius fido. Non oportet, te iraſci, aut minitari. Neutiquam abhoc me pariete ſeiunges. Ego vobis

Initia concionum Hiero. plena contradictionis.

Primores cõtra Hier. ſub initia contionum.

bis omnibus loquor. Venite ad hanc veritatem. Missa vestra vitia, missas vestras simultates facite, alioqui im minentē vobis calamitatem prænuncio. Tibi Italia, tibi Roma, omnibus dico. Pœnitentiam agite. Vlterius res hæc procedet. Ne speres, eam posse opprimi. Neque enim retrorsum vertetur. Oportet veritatem prodere. Neq; ictus curare. Tertiò nos vndiq; percussi fuimus etiā ab spiritali parte. Vere res est nos parua, inter claues Petri versari. Hæc est angusta & arcta via, vbi affli gitur asina Balaam. Et oportet eam imitari, prosterni, & dicere. Ecce me. Ego ob hanc veritatem occumbere paratus sum. Attendite. Cum asina prostratam se in terram conspexit, & vidit pręterea se à Balaam peti, dixit. (Quid feci tibi?) Ita ego tibi dico. Homo ades dū. Quid feci aduersum te? Quid me cædis? Diserui tibi veritatem, ad bonam te vitam meis concionibus induxi, Christo quæ homines asserui. Respondet vero ille. Tu nobis obtrectasti. Et ideo, cęderis. (Quia cōmeruisti.) Ego nemini obtrecto, neq; hic quēquam nuncupatim tango, ego loquor, & in vitia generatim inuehor. Si tu scelera admittis. De te vno conquerere. Ego enim te minimē nuncupatim traduco, sed tua te potius produnt crimina cædo. (Nonne animal tuū sum?) Ne scis, me, ceu iumentum tuum processisse huc, atq; illuc pro tua voluntate? Nescis nunquam obedientiæ superiorum meorum me obstitisse, meq; mea olim pace fruitum esse? Tu nosti me nihil simile aduersum te molitum esse. Oportet te credere hoc non sine magna esse ratione. Notum est non paucis, qui me norāt me in priori via, altiori pace potitum esse. Honor autem mihi erat pro votis. A sex igitur annis in hoc vsq; tempus nihil admisi simile. Credito igitur, me hanc manu veritatem cōtrectasse, neq; vllo pacto circa eā hæsitare. Vides ab illo tempore

Animus vere concionatoris circa veritatis tutelam.

Num. 22.

Ibidem.

Ibidem.

Quanta passus Hiero. ob veritatem.

pore in quot angustiis fuerim cōstitutus, quod oblocu-
Iere. 15. tionibus vallatus, vt cū Ieremia fas mihi sit dicere. Væ
mihi mater mea, quare genuisti me virū rixæ, virū di-
scordię in vniuersa terra? Vę mihi mater mea, quid me
genuisti? Ab omnibus siquidem vir discordiæ apellor.
Parentes illi dicunt me ab ipsis abstulisse filiū, illa queri
tur maritū suum mea opera ab ipsa separatum, idemq;
alius de vxore mihi imponit, alius vero dicit Tu nos
inuerecundos redis. Vnusquisq; eorū quibus notus sum
scit, me his vacare criminibus. Quare credere te opor-
teret hāc à me veritatē vel manu contrectatam esse. O
monache vere creditu est p difficile, oīa, quæ tu asseris
adimplēda esse. Fateor, hō non potis est illa facere, deo
vero parua res est. Ab asina igitur sola videbatur ange-
lus. Aperi ergo oculos. Multi sunt qui aperuere oculos.
Vidistin plures sapientes apud se, & doctos huic nego-
Fructus concionum Hieronymi mirabilis. cio, oppositos? Ipsi tn̄ modo assentiūtur. Ita multi sunt
è primoribus, qui primo rē hāc tulerūt acerbe, modo se
modeste gerunt. Non etiam vidisti vanitate plenas fœ
minas ad simplicitatem se contulisse spreta vanitate?
None vidisti pueros primitus dissolutos, modò recte
constitutos, aliterq; moratos, & re vera multos huic
institutioni, quæ quamlibet impugnata, semper per-
Cur seruos suos præser- tim veritatis patronos impugnari sinit Deus. stitit tamen, se subdidisse? Atque hoc ideo, vt tibi te-
statum fiat eam Christi esse doctrinam, cui sic repu-
gnatum est. Quod ideo facit deus, vt semper victricis
in omnes alias sapientiæ suæ specimen præbeat. Et
vult impugnatos seruos suos, vt humilitatem condi-
scāt & patientiam: atq; etiam, vt doceantur, non expa-
uescere ob ipsius amorem, necem. Viri, fœminæq; ego
vos ad hanc veritatē, & doctrinā inuito. Et finite tandē
Ita fuit. hos prauos pro libidine sua illā oppugnare. Ego vobis
prædico, deum vēturum ad eorum conterendā super-
biam

biam. Ego prædico vobis superbi gladio,pesti, rerum caritati,belloq; vos tradendos,nisi resipiscatis. Et euertetur Italia.Cuius rei nulla me tenet hæsitatio.Quã nisi certo scirem,minime prędicerem.Oculos igitur aperite, vt Balaã aperuit cum dixit angelus. Nisi obstitisset asina, egò te interfecissem. Ita ego aio vobis improbi.Nisi interfuissent pij,nisi intercessissent proborũ præces,væ vobis.Respondit Balaam. Si hæc via nõ est bona, reuertar. Ita & tu dicito,te ad dñm reuersurum nisi via fuerit recta.Et loquere angelo.Quid me vis facere?Respõdit angelus. Ne deuoueas populum,sed loquere,quæ tibi suggessero.Hoc monet,vt bonis operiribus, vaceris & cæteris,vt itidem faciant, suadeatis & concionemini,& mala perpetiamini. Quia Christiana vita est benefaçere,& mala pati.Quid ergo vis me facere,monache?Opus est,inquã,bene agere, & bona opera fratri suadere,& veritatis gratia mala tolerare,& sic ad mortem vsq; persistere.Ecce igitur hodiernũ euangelium,quod docet vos ad bona exhortari opera reliquos,idq; per totum orbem.(Euntes in mũdum vniuersum,prædicate euangelium omni creaturæ.)

Pænitētia tẏpus.

Vita christiana quæ sit.

¶Quid tu velles monache? Optarim, vt feruide Chrõ famularemini, & minime tepide. Optarim, vt minime collachrimareris & eiulares, dũ frater,dũ filius tu⁹ ad Christi famulatum se cõfert,neq; id solum optarim, sed vt supplices manus ad cœlũ tẽderes, & Deo ageres gratias.Cęlo,si Christi seruis se addit,quid ille poterat meli⁹ facere?Vbi igitur fides? Mater mea nõ vno dũtaxat anno me fleuit.Ego flentẽ posthabui, donec cognouit,vt iã credo cognoscit,se errasse.Itaq; nollẽ, vos flere. Et tu fili mi veni tandẽ ministratum Christo. Fidẽ ego tot rationibus explicaui tibi, vt iã vel manu ipsam contingere fas tibi sit.Et fere dicere potes,te eò pductũ

Non sunt fiēdi qui monachorum instituum amplexantur.

Exemplũ fortitudinis ĩ cõuersione ad Deum.

quo

quo Auguſtinus, antequam ad Chriſtum & fidem noſtram adueniret. Qui in ſuis exomologeſibus fatetur poſt multarum in fidem rationum inueſtigationem, eò ſe tractum eſſe vt nulla ſophiſmata, nulli elenchi ſuppeterent contra fidem: & volebat in Chriſto renaſci, & agnoſcebat fidei veritatem, & tamen in vitæ auſteritate Chriſtianæ ſolum hærebat, pondusque illius, vt impar viribus ſuis extimeſcebat. Et quamuis extra Manicheorum errorem, quo prius tenebabatur iam eſſet, tamen adhuc ceſſabat, neq; veniebat, & intraſſe dicebat. Hæc vita fluxa eſt, & à morte in paradiſum vel infernum omnino eundum eſt in æternum. Quid igitur tu Auguſtine reſtas? Et ſic ſecum plorabat. Cumq; ei quadam diem multa à diuo Antonio miracula edita narrarẽtur, dixit. Quid facim⁹? Quid patimur? Surgũt indocti, & rapiunt cœlũ, nos autẽ ſocordia torpemus? Hei mihi, quid hic perſto? Ego vellẽ, & nollẽ. Quid tu vero mihi Alipi? Hic erat quidam ſocius eius. Quid tu credis meũ hoc, velle, & nolle eſſe? Credis ne monſtrum hoc eſſe? Reſpondit Alipius. Non monſtrũ eſt Auguſtine, ſed eſt volũtas bona ſed imperfecta. Aiebat Auguſtinus. Sine modo. Cras fiet. Quare nõ hodie, ait, quare non modo? Equidem, inquit, modo vellem. Atq; omnia ſua peccata Auguſtino ſeſe obiiciebant ob oculos, omniſq; valuptates tranſactæ. Aiebat libido. Vis ne tu nos relinquere? quamdiu? Alternum? Vis tu celebs æterno agere? Sic honores etiã dicebant vis ne tu nos & æternum ſpretos? Aliunde autem Auguſtinus aiebat. Sic ad aſtra tenditur. Cerno fidei veritatẽ. Qui faciam aliter? Equidem præoptarim ad ſalutem tendere, ſed vita ſe mihi acerbam offert. Abiit ad Simplicianũ integræ vitæ hominẽ, qui animũ illi adiecit, dicens. Quot pueri, & quod puellæ in eccleſia Dei hoc faciunt?

Pulcherrimũ exẽplũ Auguſtini de cõuerſionis procraſtinatiõe.

Delucta hæc ſpiritus & carnis in Augu. legendus ipſe in. 8. Cõfeſ. à cap. 8. vſq; ad. 12.

ciunt? Tu certe vides tot pueros hanc & vitam & religionem Christianam ferre, feres & tu. Quid igitur in te ſtas & non ſtas? Proiice te in deum, & eripiet te, & eruet te. Quid ceſſas Auguſtine? Pueri qui Chriſtianã vitam tolerant, & religionem, non propriis viribus, ſed ope diuina tolerant. Ne igitur tibi innitaris, ſed te totum in deũm iacta. Quid ſtas igitur, & non ſtas? Sic, inquam, Auguſtinus totus accenſus, & lacrymis plenus, in biuio hærebat, & volebat, & nolebat, idq; adeò vt die quodam in hortum ſe contulerit, atq; ibi ſub ficu quadã plorabũdus vociferaretur. Cõuerte me domine. Neq; enim ipſe me poſſum ſolus ad te conuertere. Conuerte me, conuerte me modo, ne incraſtinũ differas. Trahe me ad te. Cumq; ſic perſtaret percepit cælo delapſam vocem, ſibi dicentem. Tolle lege, Tolle lege. Et cum liber adeſſet aperuit eum, & in oculos eius primo incurrerunt verba illa. Induimini dominum Ieſum Chriſtũ, quaſi diceretur ei. Matura iter ad Chriſti fidem. Hoc viſo, clauſit codicem, ita dicens. Nolo amplius legere, Hoc mihi ſatis eſt. Cui Alipius. O Auguſtine quid tu legiſti? Sine, & me legere. Et recluſo volumine, vidit poſt illa verba, hęc inſequi. Infirmum in fide aſſumite, ideſt, peccatorem eundemq; erronem ad fidẽ reducite. Propter quæ verba dixit Alipius. Ego ipſe ſum ille infirm⁹. Et ideo tecũ & ipſe volo ire, & luſtrali vnda perfundi, & Chriſto nomen dare. Inde tandem ad matrem profecti, ſocia ipſa, ad diuum Ambroſium vnà contẽderunt & baptizati ſunt. Ecce ergo quomodo opus eſt ad famulandum Chriſto ire, & minime procraſtinare. O monache tu aſſeclas tuos inuitaſti. Ego vniuerſos ad Chriſti famulatũ inuito. Nihil aliud dico. Oportet non tepide illi ſeruire. Feruide vnuſquiſq; ad ipſum regrediatur, & ad bonam ſe conferat vitam. Tempus ſiquidẽ inſtat, quo

Ex eodem Aug. lib. 8. cõfeſſi. c. 12.

Rom. 13.

Rom. 14.

Ex Aug. li. 9. cõfeſſi. c. 6. & 8.

quo Christus vsurus est vobis, non vobis consulens modò, sed hoc etiam prouidens, vt semina vos aliorum faciat. Qui audit, dicat, veni. Cortina cortinam trahat. Alter alterum pertrahat. Adesto dum, magno prædite ingenio, fideiq; minime assentiens. Si omnia huius Euãgelij verba tractare vellē, & sigillatim tibi ipsa aperire, cerebrum tibi obtunderem, & cõmonstrarem, fidē minime posse esse falsam, & Christum, tuũ esse Deum, qui super cœlos residet, & te præstolatur. Credis ne tu, hoc ita se habere? Maxime. Quid ergo cessas? Vbi opera? Fuit quidã monachus, qui cũ satrapa quodã de fide colloquium miscuit, multaq; ei concionabũdus disseruit. Cui satrapa. Vera ne ista? Respõdit. Quì sic? An fidei tu nõ assentiris? Atq; ille dixit. Neq; vos assensi estis. Alio qui recta amplecteremini, & ageretis. Atq; hoc pacto illum suggillauit. Ita ego tibi aio. Si tu credis, vbi nam opera? Iam si tecum o philosophe vellem disputare, vtide vocibus, rebusque notissimis, vt sunt prima scientiarum elemēta, omnibus vel sensu vel inductione, aut naturali luce per se ipsa manifestaria cõueniremus, necesse erat, quēadmodũ philosophus naturæ speculator dixit. Substituam⁹, inquit oĩa, aut quędã moueri. Hoc est. De hac inter nos philosophica veritate cõueniat, omne corpus phisicum, aut saltem aliquod moueri. Quì nosti? Sensu proprio, & consensu cõmuni. Sic omniũ cõfessione Christus à Iudęis est interfectus, & toto adoratus orbe. Atq; eodē consensu, non hoc armis, nõ gladiis, non lãceis, sed egenis, & abiectis piscatoribus cõsequutũ, constat. Quæro ex te ò magnũ ingeniũ, vtrũ ad docēdum de trinitatate, vnitateq; diuina & de sacra hostia, apti videãtur tibi piscatores, qui hæc oĩa docuerũt. Tu astrologe Saturno, & vnicuipiã syderi, ad hãc accipiendam fidē inclinãtibus homines, rem totã tribues? Papè, quam

Apoca. 22. *Exod. 26.*

Exemplũ de viua fide & operibus.

Arist. 1. phisi. t. 12. *Veritas fidei ex multis rebus patet.*

quam es stultus. Influebat ne illud sydus in totū orbē, in quo omnino fides accepta est? Moti ergo sunt homines à deo. Cito hinc me expediā, quia aliàs tuā stultitiā mul tis tibi cōmonstraui. Ecce euāgeliū dicens. (Prædicate euāgeliū omi creaturæ.) Euulgarūt igitur ipsū vniuersis nationibus, Gręcis, Barbaris, Latinis. Opus ergo erat ipsis vniuersas callere linguas. (Et qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.) Nō igitur citra baptisma cō tingit salus. Adde, ꝙ Christianæ vitæ nullā æque bonā, aut inuenire, aut intelligere licet. Oportet ergo dicere, nullius esse sperandā salutē, si optimā omniū vitā degē tibus hominibus, non cōtingeret. Omnes etiam, qui ab hac fide abhorrēt dissentiētes, male viuūt. Quod verita tis fidei indiciū est, à deo illā esse ostendens. Nā qui vere credit, bene viuit. (Eos qui crediderint,) inquit hic dñs (signa hæc sequentur. In nomine meo demonia eiicient.) Hæc veritas re ipsa cōprobata est, & toti orbi manifestata, seruos Christi in nomine ipsius expulisse demonia. (Linguis loquētur nouis.) Est & hoc in apostolis comprobatum. (Serpētes tollēt, & si mortiferū quid biberint, nō eis nocebit.) D. Ioānes hausit venenū, neq; ei nocuit. Et re vera vniuersa hæc miracula sunt edita, vt sunt prædicta. Vera igitur est fides, vtporè cuius attestationi subseruierunt. Quæ si ędita neges, hoc supremū miraculorū est, piscatores citra prodigia tā potētes fuisse vt rē tātā cōficerēt, quāta est fidei efficax dissemi natio. Nam neq; humanæ intelligentiæ, neq; cæli, neq; creaturæ alicuius est, quæ naturali vestigatione capere nequeat homo, hęc ei persuadere. Hoc tm̄ pręstat fides. Quæ te mouet ad credēdum, quæ nō capias, & quæ non cernas, diligere. Oportet ergo dicere hoc à deo esse, vn de rursus asserēdū restat, fidē Chr̄i verā esse, & ipsū esse deū tuū, qui in cælis residēs te expectat. Hęc est euāge-

Palmariæ rationes à fidei veritate.

Elegans argum. fidei.

lij litera. Addamus & nunc verbũ aliquod. Leuiter hoc euãgeliũ sum pretergressus, quia alias tibi ipsum enarraui. Ego, ais, euãgelio credo, & scripturis sed non tuis dictis monache. Dic mihi. Nonne Christianam veritatem te docui? Ita. Num te præterit, quò fuerit res purgatior, hòc pronius in suum finem contẽdere? Terra, quò purior, hòc vehementius in centrum vadit. Ita intellectus quò mundior, hòc veritatis est capatior, in quam natura propensus est. Atqui Christiana vita intellectũ purissimum redit. Si vellẽ itaq; tibi imponere, sciẽs me tot impeti hostibus, nequàquam te vitam Christianã edocerem, quippe cuius maiori obseruantià, maiore puritatis, atq; adeo intelligentiæ veritatis accessionẽ additurus sis. Quod in diuinis rebus maxime verum est. Si te itaq; circumuenire vellem, non hàc te ducerem, & iam tanto tẽporis lapsu reclusa pateret falsitas. Quare cum semper tibi veritatẽ dixerim, & veritatẽ etiam num dicens omnes ad famulatum Christi, & ad hãc veritatem inuito nec modò inuito ad amplectendam, colendamq; Christianam vitã, sed ad religionem præclara, eximia, atq; à vulgi dignitate seiũcta ingenia inuito. Atqui profecto si te decipere mihi esset animus, neq; verum ego sectarer, stultus essem qui huiusmodi homines non longius à me abesse, conarer? Nam crędere me oportebat fucum hunc ab ipsis deprehẽsum iri, si fucus est. Verum enim verò quia veritatem sector oẽs excellenti ingenio homines inuito. Venite, aio. Nihil enim ego reformido. Quinimo vobis asseuero, amplius à vobis hanc percipiendam veritatem, quò propriùs accesseritis. Tu cernis hanc veritatem credentes vniuersos recte agere, & cõtra, qui ei repugnãt, praue, quos inter non pauci sunt, qui vel fidei non assentiũtur. Quæ signa perspecta ad credendum te adducere, par erat. Sed sunt aliqui,

Simile.

Ex Christiana vita purissimus intellectus.

Eximia ingenia ad institutum cœno. vocanda.

aliqui, qui Christi crucem erubescunt,& aiunt. Si nos ista crediderimus, nos omnino vel à proceribus ipsis pudefiemus. Dicito mihi,si scis hanc esse veritatẽ,quin omnes oblatrare sinis, & ad ipsam te adiungis. Inspice quęso ipsorũ vitam. Mane paulisper. Quippe nõ modò, nõ pudefies,sed breui dicetur. Florẽtini sapiunt. Florentini probi sunt. Et dicetur præterea. Væ nobis,qui adhibere noluimus fidẽ. Itaq; non oportet erubescere Christum sequi,crucemq; eius ferre. Ipse non erubuit,prote in cruce mori. Si ergo tu famulus Christi es,ne veritatis eius patrociniũ erubescas. Considera diaboli seruos, qui neq; in foro neq; in curia,neq; vspiã erubescunt obtrectare. Ne igit̃ & te pro tuo dño loqui pudeat. Dicit ille. Habeor Tertiari⁹. Et illa alia. Et me Tertiarij institu ti nomẽclatura vocãt. Proh Chr̃e. Oẽs vnà tecũ in tuã gloriam ire iuuat. Atqui ne vnus quidem est,qui non dicam mori, sed ne tantillum prote pudefieri velit. Illis igitur qui veritatem Christi credunt,ecce quid afferat euangelium. (In nomine meo demonia eiicient.) Eiicere demonia,est peccata expellere. Si credẽtes peccata expellunt,& recte degunt,quæ tu plura signa, quæ tu vis alia miracula?(Serpentes tollent.) Serpentes expellere est expellere de medio tepidos, qui sub specie recti per domos obtrectant, vt virulenti serpentes. Et quidem vides vel à pueris cum ipsis disputantibus, hos eiici.(Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit.) Mortifera & venenata edere vel bibere,esset, accipere hortamẽta illa falsa tepidorum,qui tecum colloquẽtes, sensim ad monachum vsq; perueniunt. Verum,qui fixi perstant in fide,quique sapiunt,aiunt. Vade, bene age, ne propriam,sed Chtisti potius inquire gloriam. Et qui sic facit,verax est. (Super egros manus imponẽt & behabebũt.) Manus operum sunt symbolum. Probi manus

Non est cur Christianus, probitatẽ erubescat.

Serpẽtes tollere est amouere obtrectatores.

Audire obtrectatores & eis credre mortiferum.

ægrotis admouẽt,id est. Aiunt debilibus hisce vacillāti bus. Attēdite operibus. Cernis istarum rerum cū euangelio concordiam. Et ideo his testatum relinquo, me tibi vera dixisse,& hanc esse doctrinam illam,quā Christus ipse nos edocuit. Quod si ita habet,quid vltra ociosus expectas? Quin ad Christi te cōfers famulatū? Age-vero,quid tu me vis facere monache? Audi modò. Nā volo tādem,quid sis facturus,te docere. O monache tú sæpe sæpius fidei nos admones. Attēde Christum,& vide quomodo seipse habuit. Et cernes in omnibus penè eius verbis fidei mentionem fieri. Attende apostolum frequentissime de fide loquentem. Hæc fundamentum est omnium rerum. Quam si tu habueris, recte semper ages. Vides per peccatorum viam gradietes perpetuo, eos qui hac fide vacant. Ergo si cernis credentes bene agētes,par est,& te credere, vt bene agas,licet falsa,quę tibi hucusq; dixi, floreut.

Populus sæpe fidem docendus est.

¶ (Euntes in mundū vniuersum prædicate euāgelium omni creaturæ.) Vocāt hi philosophi hominē mundū minorē. Homo, inquiunt, est microcosmus, idest, mundus minor. Concionare ergo tibi ò homo. Tu fœmina, tu puer, qui vocamini minores mū i,vobis ipsis cōcionamini. Mūd⁹ trifid⁹ est. Quocirca cōcionare primo intellectui tuo. Et dic ei. Adhæresce huic veritati intellectus mi. Tu de fide tot tantaq; intellexti, quid tu cessas? Ex alia vero parte dicito. Volūtas mea cernis, quam sit flūxa vita hæc, cernis stabile in ea nihil. Ne igitur quæ mūdi sunt ames. Ama vnum Christū. Vade famulatum ipsi. Ne in hoc desideas tepôre. Vade age, serui illi seruide. Mox in aliā te partem versato. Et dicito. Memoria mea, recordare beneficiorū dei, neq; tibi eorū, quæ mūdi sunt incessat recordatio. Recurset tibi creationis beneficiū. Recurset tibi tua redēptio, quę tibi sanguinis fuit

Omnibus potentiis suis debet homo concionari.

fuit precio parta. Perge de hinc ad aliã partẽ,& cõcionare phãtaſię, & dic ei. Phantaſia mea ne committas vt meum obitum abſte refixũ eraſumq; patiaris. Ne alius tibi rei vnquã occurſet imago, quã huius crucifixi. Hũc amplexare, ad hunc accurre, cæterarũq; omnium rerũ in te obſoleſcant ſimulâcra. Pręterea omnes tui mundi ciuitates concionabundus peruagare. Et primo, veni ad oculos tuos & dic. Oculi mei ne conſpicemini vana, ne vos fœminæ, ne vos adoleſcẽtes detineãt. Perge poſtea ad aliam ciuitatẽ & dic. Aures meæ, ne ſuaſionibus tepidorum pateatis. Solus vobis Chriſtus influat. Procede & ad aliam ciuitatem, & dic. Lingua mea, ne vltra obtrectatio te delectet. Lingua tu inſtar es rotundi lapidis à prærupto montis culmine precipitati qui primi impetus ſaltu minimo in initio, poſt maiuſculo, deinde paulo grandiori mox longe maiori, ac denique maximo detruditur. Ita lingua primò ab obtrectatione inchoat non magna, poſtea paululum peccati, poſtea magnum admittit crimen, ac tandem palàm oblatrat. Concionare deinceps olfactui dicens. Olfactus mi ne amplius odores in areis aut pixidibus te iuuent. Sunt multi ita odorem ſpirantes, vt pharmacopoliom quod dam videantur. Tranſi inde ad guſtum & dic ei. Mi guſtus expedit, vt pauxillum pœnitentię agamus. Agite dum dilectiſsimi quid vos mihi dicetis? Quadrageſima quadam opus eſt. Opus eſt, inquam, pauxillum agere pœnitentiæ, ſi maximam à deo gratiam conciliare nos oblectat. Eia igitur ne ad paſcha vſq; carnes edantur. Eritque prudens pœnitentia. Pauci ſiquidem dies intercedunt. O monache tu tibi aliquem inimicum ſuſcitabis. Hi lanij ægre ferent. Atqui tanta eſt reſidua multitudo, quæ ad concionem non venit, vt illa ſufficiat. Curate vos abſentibus idipſum dicere vbique.

Gradatim ſeſimq́; ad maxima peccata lingua venitur.

Vide quantum autoritatis Hierony. eſſet iam apud Florenti.

Abſtinẽtia.

 Porrò

Porrò ne isti, quibus carniũ vendẽdarum incumbit cura, conquerantur, bonum esset, vt de tributis pendendis pauxillum eis remitteretur. Vos itaq; ne carnibus vescamini, de sanis ego, non de infirmis, aut imbecillis loquor. Iussus hic noster esto. Ouis tamẽ vesci integrum vobis, liberumq; sit. Ieiunium valentibus bonum esset, sed nulli ipsum volo imponere. Minimũ, hosce quinq; dies, id est, duos dies veneris, duo sabbata, vnum martis diem ieiunetur. De sanis & valentibus, non de imbecillibus, ago. Si tua vxor defecta sit viribus, ne eam sinas ieiunare. Præterea orandum est vobis pro cũcta Italia pro ecclesia, ꝓ ciuitate, pro vobis. Omni die septẽ psalmi dicantur, sed vellem, vt vna omnes hora dicerentur, non tamen quæ sit commodior omnibus inuenire scio. Vesperi ergo ab omnibus dicantur, quò deus vniuersis nobis delicta condonet. Vnusquisq; exomologesim faciat arcanam, & ad salutarem accedat victimam in paschate, siue ille prouectæ, siue adolescentis sit ætatatis, loquor tamen de idonea ætate. Pueri mei quoque ieiunabunt Pentecostes peruigilium. Hæc sunt, quæ tu gustum es docturus tuum, sicque dicturus es ei? Mi gustus tu à paschate in hanc vsq; diem tot acquieuisti saporibus, vt par sit, pœnitẽtiam aliquantam adiũgere. Quod ad tactum spectat, viri vxoribus abstineant per hos dies mutuòq; omnes, vos ipsos ad castitatem inducite exhortatiõibus, deoq; committite. Ipse enim pudicitiæ donator est. Itaque quod ad tactus attinet oblectationem, vnusquisq; abstineat, & paulisper pœnitentiam agat. Veni postea ad manus, & illis etiã cõcionare & dic. Manus meæ bonis studete operibus, & eleemosynis. Mox pedibus loquere, & dic. Pedes mei ad bona cõtẽdite opera. Pueri hoc vos tãgit. Circũspicite. Subolui enim denuo lusibus vacari, per dños octo viros vobis

Ieiunium.

Oratio.

Confessio. & Eucha.

Temperãtia.

Ludorũ abstinentia.

vobis copia fiet, vt luſoribus à vobis inuentis luſorias cartas auferatis. Sed nihil aliud ab eis auferatis. Et conducibile eſſet, vt caueretur, vt edicto, ludo hoc ab omnibus abſtineretur ita, vt qui in hoc cõperiretur deliquiſſe, tractu reiectuque funis pendulus cruciaretur. Itaque pueri mei circumſpectate ne ludatur. Veſtra morum inſtitutio iam ſtatuta eſt ſicut & morum fœminarum cõpoſitio. Et in hoc Pentecoſte eã inchoari oportunũ videtur eſſe. Intellexiſtis ergo vnũquenque ſibi ipſii cõcionari oportere. Additur in euãgelio recte viuentes hæc habituros ſigna. (Signa hæc ſequẽtur. In no. meo. de. eiici. ideſt.) In nomine Ieſu tentamẽta eiicient. Ingruentibus itaq; tentationibus inuocate nomẽ Ieſu. Et dicite Ieſu, Ieſu, & centies illud ingeminate, ſi ſemel non ſat fuerit. Et videbitis tentationẽ aufugere. (Linguis lo. no.) Loquẽtur probi in orationibus cũ deo, & hæ nouæ lingue erunt. (Serpentes tollent.) Id eſt, ſenſuum obiecta. Speciosæ pulchræque fœminæ ſunt ſerpentes, cibi ſunt ſerpentes. Et qui bonus erit cuncta hæc à ſe propellet. (Et ſi mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit.) Hoc ſignificat, dum iraſcibilis appetitus inſurrexit, atque concupiſcibilis, aliquid animæ virulentum expetentes, eueſtigio in nomine Ieſu huius appetitionẽ debere expelli abſte. (Super ægros manus impo. & bene ha.) Id eſt bonis actiõibus ægrotas animæ vires ſanitati reſtituẽt. Qui credent, & boni erunt ægris medebuntnr ſenſibus. Aegrotus eſt tibi intellectus. Incipe vacare precationibus, & ſanabis eum, incipe appellare Ieſum ipſe enim tuum eſt perfugiũ vnum. Ipſe eſt, qui tibi medebitur. Ipſe tuus eſt dominus, qui in cœlos hodie locum tibi paraturus conſcendit, atq; etiam inibi te expectaturus. Quid igitur tu deſes reſtas? Vade Ieſum tuũ ſequere, qui eſt benedict⁹ in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

Serpẽtes quid ſignificant, iterum.

Potio mortifera iterum.

Impoſitio manuum iterũ exponitur.

Homilia tertia Dominica intra oct. Ascensionis habita.15. die Maij. 1496.



Vm omne quod intelligimus, sensibus prius hauriamus, dilectissimi in Christo Iesu, cũq; deus infinitus sit, & actus purus longe etiam à sensibilibus absistens, non potis erat intelligentia nostra naturam ipsius, vti ipsa est, capere.

Notitia dei nobis naturalis ex creaturis est.

Verum quia hominis obsoluta perfectio in dei cognitione locatur: ad quam per se homo ne aspiraret quidem, opus fuit viam ei inuenire, & cõmunicare, qua ad hanc eandẽ cognitionẽ pertenderet. Ea autem est, quã ei creaturæ exhibent. Hanc dei munere habet homo, quò ex creatura in creaturã, ex imis que ad summa conscendens, ad diuinam tandem cognitionem perueniat, ascensuq; eam contingat. Itaque res corporeæ, non modo in sustentationem humanæ vitæ, sed vt pro scalis illi essent, quibus ad deum scanderet, sunt conditæ. Et quia alia creatura alius est creaturæ causa, idest, superior inferioris, ideo homo ex alia creatura in aliam, ex aliaq; causa in aliam venit, vsq; ad primam, id est, vsq; ad cognitionem dei. Sed quia dei bonitas immensa est, & in vnica creatura manifesta fieri nequibat, multa op⁹ fuit procreari, multosq; rerũ distingui ordines, quò magis esset ascensus in Deum varius. Sed non scandit adhuc homo exacte hoc modo, imo longe imperfectissime. Tenuẽ siquidẽ admodũ cognitionẽ dei hoc pacto vsurpat, pendente, vt alias diximus, nostrã cognitione à sensibus, quibus non rei ipsius natura, sed sola patent accidentia, tametsi ipsis perceptis, substantiam tandẽ ipsam rei capiamus. Neque vel ipsas accidentium vires omnino

Cur varij rerum ordines creati.

nino pernoscimus Quamobrem naturam materialem non perfecte capimus. Ex illa tamen ad eas, quæ immunes sunt à materia progressi, multo debilius, quippe à quibus longius absumus, eas cognoscimus. Sed debilissime omnium Deum. Itaque exilem admodum dei cognitionem habemus, obstaculo nobis existentibus tribus velis, quæ operiunt nobis diuinam cognitionem. Primum sunt accidentia. Secundum est materialis substantia. Tertium substantia immunis à materia. Quocirca dicebat Iob. Forsitã vestigia dei comprehendes, & omnipotētem vsq; ad perfectũ reperies. Tu homo non nosti hæc dei vestigia, idest, ab ipso conditas res. Quæ ceu vestigia sunt ipsius. Et licet eas ad vltimã vsq; pernosceres, & vsq, ad summũ angelorũ, non cōtinuò deum cognosceres quia inde adhuc vsq; ad ipsum, spaciũ intercedit immensum. Et si creatis totidē denuò adiũgeret supra summũ angelorũ, quot sunt iã creata, immēso adhuc deus spacio inde dissideret, qđ si rursus, rursusq; faceret, p immēsum rursus spaciũ inde abesset. Quî ergo vis tu homo deũ nosse? Hoc in causã est, quare in cognoscēdo deo aberrarint philosophi sed præcipue in bonitatis ipsius dei peruestigatione. Ergo libuit omnipotenti deo, suam ipsius bonitatem nobis notam facere, neque melius eam nobis palàm facere, & in sui amore nos excitare, valuit, quàm carne humana assumpta, qua cruci propter hominem configi posset. Quod ipsum ita factum est. In hac ergo cognitione & in hoc amore Christi hominis deique, absolutissima hominis est perfectio. Atque hac ipsa hominis & dei copulatione testatum, certumque ei relinquitur, non esse impossibile deum ab homine cognosci, coramque ab ipso videri. Preterera si coniunxit sibi, fas sit nobis ita loqui, hominem, ipsumq; amplexatus in almã quie-

Cur notitia dei ex creaturis à nobis vsurpata tam debilis est.

Iob. 11.

Distãtia creaturarũ à deo infinita.

Cur deus hõ.

rem extulit, cui restet dubiũ quin & nos illuc progressu ros nobis ostenderit? Sed quia hoc cognoscere natiuũ nobis lumen nõ poterat, ideo misit spiritũ suum, quamobrem in hodierno euangelio dicit Ioannes. (Cum venerit. p. &c. Perhibebit de me.) Qui spirit⁹ lumẽ quodã est, qđ nobis ostẽdit, assentirique certo facit, filiũ Dei hominẽ factũ esse, & in nostram gratiam in cruce mortuum, & iccirco dicit hoc mane euãgelium. (Cum venerit paracletus.) Quasi diceret. Mei cognitio vestra beatitudo est. Atque ad illam parandam non par est ingenitum vobis lumen, tribus, quæ diximus, velis obstantibus. (Quare cum venerit paracletus.) Id est, Spiritus sanctus, ille testimonium perhibebit de me. Hoc est tũc me agnoscetis, & videbitis, me vobis vera asseruisse, & in hoc vestram consummationem locandam. Verum enim vero quia verba hæc hodierni euangelij maiora nobis innuunt, quàm ea sunt, quæ exordij loco prælusimus, ideo subtilius adhuc ea enarrare est animus.

Euangelij in sagoge quod habetur Ioãnis. 5.

Scripturarũ excellẽtia pͤ ser in euangelij Ioannis.

¶ Lectiones ex euangelio. D. Ioannis ab ecclesia nobis propositæ, neutiquã sunt faciles, plusq; sensibus, quã verbis exuberãt, cuiusmodi est hęc ipsa hodie nobis proposita. Quod cõtrà vsu venire videmus in philosophorũ disciplinis. Cum tu diu legeris & relegeris, & omnino versaueris integrũ volumen, tandẽ vnicum collegisti dogma, & an verum illud sit, non certò nosti, ecõtrario in scriptura sacra sub paucitate verborum vbertatem sensuum grandium reperias, in. D. Ioanne præsertim, qui ritu aquilæ in alta semp nisus est euolare. Opus est fide. Ait Habacuc. Qui incredulus est, nõ erit recta anima eius in semetipso iustus autem in fide sua viuet. Propterea dixi tibi non semel. Qui nõ credit improbus est, quod vita ipsius minime diffitebitur, si inspiciatur. Maximum hoc fidei argumentum est omnes dissentientes

Habacuc. 2.

illi

illi, nequiter agere vitã. Verumtamen, iustus meus, ait Deus, fide viuet. Necessaria itaq; fides. Diuinitas, Trinitasque dei naturã pernosci nõ potest à nobis, quia intelligentia nostra, qua ex effectibus in causas progreditur, nequit, nisi ad formã causæ cognoscendam, extendi. Omne enim agens agit sibi simile secundum formã, qua agit. At vero ab effectis in cognitionem omnium proprietatum causæ non semper venitur, præsertim cũ longe ab ipsis causæ distãt. Verbi gratia. Si tu extructionem huius templi contempleris, cognoscis formam, id eamq; causæ, & dicis, artificem grandi fuisse ingenio, & simulachrum illud nosti, quod ipse in mente habuit, quo templum ipsum conderet. Verum hoc effectu non nosti, ater, an cãdidus, probus, an improbus fuerit, sicq; effectus formam duntaxat causæ palam faciunt. Creaturæ sunt Dei effectus. Pater, filius, & Spiritussanctus eadem forma sunt. Creaturæ tamẽ minime in idiomatum diuinarum personarum, sed in solius diuinæ simplicitatis intelligentiam te adducent. Atqui cælitùs superfusus lumine, integrũ hoc tibi erit capere. Sed anno ta geminam esse cognitionem, atq; adeo sciẽtiam, alteram studij, alteram inclinationis. Addiscunt nonnulli studio moralia Aristotelis, Senecæ, Ciceronis, & aliorum lectione, & norũt postea dicere in medio esse virtutem. De virtute disserunt, atq; ea vacãt, de fide disputant, ipsius lumine destituti, veneri indulgent, & de pudicitia contendunt: auari sunt, & de liberalitate concertant, habentq; scientias has studio duntaxat. Alij sunt, qui eãsdẽ in modũ inclinationis habent, vt inest lapidi genuina in præceps propẽsio. Hi sunt qui diuino munere virtuti nauant operã. Et maxime in hunc modũ hãc habent cognitionem, illi, in quibus altius radices egit virtus ipsa, orationis amor, castitas, humilitas, obedientia,

Eximium argumentum, fidei nostræ. Haba. 2. Roma. Gala. 3. Heb. 10.

Egregia distinctio cognitiõis sciẽtiæq; ex. d. Th. 1. p. q. 1. ar. 6. ad. 3. et. 22. q. 45. art. 2. & q. 97. 2. ad. 2.

tia,qui ipſi habit⁹ collegerũt ad virtutis exercitationẽ, & norũt virtutes, quibus ipſis lapis Lydius ſunt. Quære ex ipſis quicquid voles de virtute, videbis eos omninò ſapere,citra lectionẽ tamẽ Ariſtotelis,aut philoſophorũ. Arſenius Abbas Grecè Latinèq; peritus ruſticũ heremitã adibat, à quo virtutẽ addiſceret. Carpebatur à multis, eruditionẽ ei obiiciẽtibus qua pollebat, atq; ab illo diſcẽdi modo ſub tali.ſ.magiſtro auocabãt. Reſpõdit, grecis latiniſq; literis ipſe ſatis inſudaui. Ita habet. Verũ profectò huius ruſticani alphabetum etiam dum ignoro. Qui moralia cognouit, quò plus ad peculiaria progreditur,hòc magis ipſa percipit. Nã eò deductus.i. in ſe ipſo id periclitãs,meli⁹ ea intelligit,quã ille qui ea generatim nouit. Vnde philoſophi,q in ſeipſis ea nõ experiũtur,vniuerſaliter ipſa ſciũt ſed q virtutẽ exercuit, & ad particularia deſcẽdit,clarius ea cognoſcit. Ita circa diuina,& ſacræ triadis myſteria, gemina itidẽ eſt cognitio,prior ſtudio parat̃,altera quæ in naturam veluti verſa eſt. Theologi ergo hi ſciũt differere de trinitate de relatiõibus,de coniũctione humanitatis ac diuinitatis,d ſubſtãtia,de pſonarũ diſtinctiõe dininarũ inter ſe, & indagine ſubtiliſsima de ipſis agũt. Atqui ſæpe nõ reſpõdet ſciẽtiæ vita, neq; dictis cõpẽſant facta,ſciẽtiaq; hæc per ſtudiũ eſt ſolũ parta. Ille tñ,qui diuino munere ipſam habet,&nõ ſtudio,habet in modũ propẽſionis in ſeipſo ſæpe impreſsionẽ quãdam,& trinitatis ſimilitudinẽ per gratiæ ſplẽdorem,ipſi irradiãtem,& intelligit perſonalẽ diſtinctionẽ,cũ naturę numiniſq; vnitate. At cuiuſmodi illa eſt? Neſcio. Explicari nõ põt.eſt adeò lumẽ hoc validũ,& potẽs,vt nõ ſolũ in intellectu experimẽtum ei⁹ capiat̃,ſed in ſenſus etiã redũdet. Et ad diuina amplexãda feſtinare facit hominẽ, atq; adeò ꝓprio amore,propriaq; volũtate,& à boni præterea cõtagiõe terreſtri

Probus eſt virtutũ regula, quæ doctrina eſt Ariſt. 3. Ethi. c. 4.

Exẽplũ optimum humilitatis, & veræ ſcientiæ ex. 2. parte vitarum patrũ. §. 181.

Scientia & cognitio ſanctorum admirabilis.

terrestri ipsū diuelli. Conoscit em̄ vitā Chriani hùc tēdere, vt ab omī labe prorsus purgeт. Et filij dei bonitatē cōtemplatur, & in patris, filij, & spūssancti cognitionē decurrit. Hāc cognitionē vnusquisq; habere pōt vel nullı⁹ sciētiæ præsidio. Quid ô theologe tibi ꝓderit subtiliter sciuisse disserere, & no parē sciētiæ vitam adiūxisse? Licet fœmina, & rudis vir nesciāt relationes, processiones, notiones, & id genus voces vr̄as boare, si habeāt tñ, sentiātq; in se hęc oia, quę tibi dixi cum inenarrabili dulcedine, vt diu⁹ Dionysius đ sanctissimo Hierotheo dixit, nēpe didicisse illū diuina patiēdo, & apostol⁹ dicit, spūalis hō iudicat oīa. Huiusmodi fœmina & huiusmodi vir regula sunt actionū studiosarū. Iudicāt alios iudicāturq; ipsi à nemine. Sed animalis hō non credit, aliā, præter suā esse cognitionē, ea est eius superbia. Scientia illa, quā diuino munere cōprehendimus, aio tibi, viget, & valet. Tu reliquis illudito disciplinis, irride Platonē, ludificare Aristotelē. Neq; enim alia cognitio pręter hāc probū te faciet. De illa loquor, quę cordis puritate cōtigit. Nunc attēde discrimē, qđ inter doctos & idiotas est in hac parte. D. Tho. de contēplatione agēs petit, cur idiotæ maiorē, q̄ docti, suauitatē spūs capiant, & q̄ hi, qui suo iudicio abūde sapiūt. Respōdet. Quia docti nō flectūtur, neq; se submittūt, rudes aūt in scientia, immitant naturales res quę à natura ipsa dirigi se sinūt, ita ipsi permittūt, se à deo gubernari, quare rectitudine vitæ præstāt doctis hisce, vt qui habenas causæ supranaturali tradūt & diuinū instinctum sectantur dirigentem. Atqui docti semper sibi ipsis morem volūt gerere. Idiotæ sinunt sibi almum spiritum influere, sapientes alta de ipso disseruisse sat habent propterea labuntur. Atqui, si peritus nō deridet simplicitatē, & gratia æquiparat rudem, melior est per doctrinam, si tamen aliunde

D. Diony. 2. c. de diui. nominibus.

1. Cor. 2.

Ex apostolo 1. Corint. 2.

22. q. 82. ar. 3. ad. 3. & ibi. Caie.

de impares nõ sint, quia non mõ altiore præstat illi spe culatione,& põt etiã in aliis fructificare aduersarioum falsa dogmata cõuelles,quæ illi doctrinę præsidio stabi lire volunt.Accede huc philosophe. Ais tu tres à nobis coli deos, Patrẽ, filium, Spiritumsanctũ.Nos dicimus, tres has personas vnicam maiestatem vnicum numen, vnicam rem esse, & personas præterea discretas esse, processionesq; in diuinis dari, de se inuicẽ negari ipsas personas, cum tamen vna sit dininitas, vna substantia. Dices tamen tu philosophe. Si illæ in vna natura tres sunt personæ,compactum ergo facitis Deum. Cum igi tur actus ille purus simplicissimusque sit, vos aberratis. Tibi ô sapiens respondemus, ipsas distingui realiter. Quippe quæ relationibus sunt oppositæ,si aliã alij conferas,si cum substantia tamen componas,rem vnã eandemque reperias,licebit.Sed breui de his agamus, quia per theologos satis tibi fiet.At vero quo pacto illę existunt?Existunt modo intelligentiæ nostræ non peruio, aut ab illa cõprehensibili. Credimus nos tamen eas sim pliciter.Neq; leuem hanc nostram esse fidem, sed grauem potius, quia personarum triadem substantiæ esse monadem assentimur, licet tres sint personę in quibus alia ab alia procedat,idest, filius à patre & Spiritussanctus ab vtroq;,per creaturas tibi patefacio.Audi philosophe. Omnia creata quadãtenus primæ causæ sunt ad similia, vtpote quæ effectus eius sint, omnisq; effectus refert causam,eiq; similatur.In vniuersis creatis processionem inuenias,& effluentiam.Et quò nobiliora creata,atque subblimiora sunt, hòc in ipsis est præstantior effluxus,qui quò est pręstantior hòc est & penitior.Fas ergo nobis dicere est in deo,vt in principio omniũ creaturarum,omniumq; harum processionũ,penitissimum processum esse.Intuere primo in elementa. Cape ignẽ, & ligno

Vnitas & distinctio ĩ Trinitate.

Processiones in creaturis, & in diuinis

ᴇ ligno admoue. Exurit ipsum, sibique assimilat, atq; tiam ab ipso manat forma ignis, quæ in lignum introducitur. Sed est valde tamen exterus processus hic, quã loquidem vis ignis extrinsecus agit. Conscende superius ad animata, inuenies interiorem hac processionẽ. Considera plantam, & cernes vim animæ ipsius interné operantem, humoremq; à terra attractum, in plãtæ naturam vertẽtem, & deniq; florem qui intus delitescebat foras explicãtem. Est hæc, magis interna processio, quàm prima, quæ igni tributa est. Ignis siquidem omnino in externam materiam agit. & lignum, rem sibi extraneam captat. Verumtamen, neq; hæc, quam plantæ tribuimus, prorsus intranea est. Agitet enim se licebit, virtute vegetandi sibi genuina, & vitali, omne quippe, quod sese agit, aiunt philosophi viuit, tamen extrinseca est plantæ ea processio. Quandoquidẽ primo exoticum humorẽ vsurpat, qui terræ inerat, ac mox extrarium sibi florem recludit, qui licet insit arbori, ex ipso tamen fructus proditur, ex ipsa arbore legendus, atque adeo extra arborem trahitur. Partim igitur intrinseca, partimq; extrinseca est hæc processio. Progredere vltra ad sentiendi vires, in quibus exactior est processio, & interna magis, q̃ in plãtis. Cõsidera oculũ. Ego rei alicuius obiectę figurã pcipio & venit ab illa figura pcessio, & emanatio oculũ ciens, qui phãtasiæ rem illã sistit, & phãtasia memoriæ, & hæc pcessio intranea est, licet ab exteris profecta fuerit primo. Et hæc interior est q̃ illa plantæ. Progredere sursum adhuc, ad humanum intellectum. Quãdo aliquis didicit iam aliquid, incipit secum considerare, se intellexisse, & cogitat, & format in suo intellectu conceptum rei ab eo perceptæ. Et si de seipso cogitat, hæc processio intus nascitur, & dilatari incipit. Vnde exoritur amor, intus itidem manens; &

Mirabilis discursus quo pbatur in deo ponendã processionem lõge intimam longeq́; perfectissimam.

hæc

hæc procesſio interior eſt adhuc dictis. Sed nõ nihil & ipſa extranei habet. Quia quicquid intellectus cõprehẽdit, ortum, proceſſumq; habuit à ſenſibus. Conſcẽde vltra ad angelum, qui non à ſenſibus neq; ab exteris ſcientiam aut intelligẽtiam vſurpat, ſed natura ſuapte & intelligit, & ſapit. Dũ, ipſe aliquid cuius amore capiatur intelligit, reperire eſt in eius ſubſtantia procesſionem internè manantem, & progredientem, atq; adeo intus manentem. Ideoq; ipſa eſt perfectior. Habet tamen & ipſa nonnihil imperfecti, nempe quia conceptus ille angeli poteſt ire, & quieſcere, & continuus non eſt. Eſt præterea non ſubſtantia, ſed accidens. Ergo nil incommodi eſt aſſerere cum in creaturis ſit natiua procesſio aliqua, quæ hòc perfectior ſit & intranea magis, quò ipſa creatura nobilior eſt, in deo inueniri procesſionẽ intimam, penitisſimam, abſolutisſimamq;, cum ſit ipſe omnibus perfectionis & nobilitatis numeris cumulatiſſimus. Quocirca nos fatemur à patre cõceptum produci quẽdam, qui verbum eſt eius æternũ, quod in eadem ſubſtantia manens, exoritur tamen. Et à patre atq; ab hoc verbo procedit amor, qui eſt Spiritusſanctus. Quã procesſionem intimam, & perfectisſimam vocamus, quippe quæ cum à deo ſit, in deo tamen manet, neq; ab eo digreditur, ſicut neque ab extrario aliquo ipſi deo fluit, & præterea, quia & verbum & amor non accidẽs ſed ſubſtantia ſunt. Omnia ſiquidẽ quę ſunt in deo ſunt, diuina ſubſtantia. Ad ſummam, tam eſt intranea in Trinitate hæc procesſio, tamq; coniuncta, vt faciat perſonas diuinas vnam eſſe ſubſtantiam, & naturam. Hanc rationem ad illas, quas alias te docui, adiungere libuit.

Catholicus canon.

1. Corint. 3. Igitur ſuperbè humiliare fidei. Si quis, videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens.

1. Pet. 5. Humiliare ſub potenti manu Dei. Tibi dico, qui tuo

dicio & sapis, & vniuersa nosti. Tu nequis Deum telligere, & licet tibi multa de his, quæ in eo sunt se patefaceret, tu non caperes. Itaque fili mi subde llum fidei. Vides enim credentes rectà ire. Sed finito e tantisper interquiescere, quò grauia esse, quæ in angelio hoc sunt, melius tibi explanare queam. Sunt quidam, qui videntur sibi minus sapere, nisi hi- e obstiterit. Aio tibi deum vnum esse sapientem, & i posit tuam stultitiam manifestam facere. Condu- bilius tibi foret, simplicitatem amplecti, qua statim peres. Subiungitur in euangelio. (Quem ego mittam bis à patre.) Dices. Quî potest pater mittere filium, t filius Spiritum sanctum, si vnum sunt? Respondeo i. Deus ita se nobiscum gerit, vt nutrix cum infan- lo, quem alit. Illa non dicit ei. Vade, fac hoc, sed cu- *Simile.* ens ab ipso intelligi, ad illius se facultatem demittit, que ipsi lallat, & loquela imperfecta repuéra scit. Deus noster se inclinat intellectui, qui diuinarum rum non est capax. Quare si tu nostrarũ solum signi- *Loquutiones* antias perspiceres vocum, quibus Deum aut lauda- *nostræ cũ de* is, aut nuncupamus, conuitia tibi ipsius, potius quàm *Deo agimus,* ides viderentur. Mittere ergo duas infert rela- *quales.* nes alteram quę admittentem, alteramquę ad termi m, ad quem missio spectat, pertinet. Quod ad pri- *Triplex mis-* m spectat, mitti contingit aliquem tripliciter. Pri- *sio.ex.D.Th.* per imperium, vt quando seruo ab hero aliquid *1.p.q. 43.* peratur. Et hæc missio relationem inducit ad herũ. *1.ad.1.* cundò per consilium, vt quando rex suorum sapien- n consilio, aliquò proficiscitur, Aicitur à consilia- mitti.

rtiò per modũ originis, vt qñ flos, quo prægnãs erat or, edit. Quapropter annota, non primo, neq; altero

modo

modo nos loqui, dum filium à patre, & Spiritũsanctum à filio missos, asserimus. Neque enim inter ipsos est imperium, aut huiusmodi consilium, quo alius alium moueat. Quia sunt ęquales tres ipsi. Sed intelligitur misio vltimo fieri modo, nempe originis, propter geminum processum. Et iccirco nusquam patrẽ missum reperias, sed filium, & Spiritumsanctum duntaxat. Cnius ratio est. Quia pater à nullo exoritur, aut procedit, sed filius originẽ habet à patre, & Spiritussanctus ab vtroq; procedit. Verbum igirur illud, (Mittam,) originis nobis, tanquam à vero principio, misionem innuit. Quod ad alteram relationem attinet, sciendum, non missum esse dei filium, aut Spiritum sanctũ aliquò, vbi ante non essent, quippe cũ vbiq; Deus & fuerit, & sit, Sed ea misio nouo quodam capienda est modo. ¶Sępe tibi dixi Deũ um dupliciter considerari, nempe vt principium, & vt finis est. Vt principiũ, omnia, vt sint ab ipso habent, vt finis om̃ia in se reducit, id est, ideo creauit, vt ad ipsum, ceu ad finem, regrediantur suum. Et primo propterea animam condidit, vt ipsa ad illũ redeat, & propter animam creauit corpus hominis, & propter hominem totum orbem. Anima ad se omnia trahit elementa, & cælestes orbes. Quamobrem, cum nacta fuerit diuinã gloriam ipsa anima, gloria itidem sua elementa & cæli exornabuntur. Quà igitur deus principium est, omnibus rebus, vt sint, & agant, donauit, atq; essentia sua, vi, præsentiaque vniuersis inexistit. Quà finis est, omnia ad se omnium finem refert. Sed quia cuncta in gratiam sunt hominis facta, & homo ad suum non contendit finem, nisi superno munere, imitabutur & ipsa hominem, dũ diuinitus gloria vestientur sua. Itaq; aliter, atq; in creaturis reliquis, hominẽ Spiritussanctus inhabitat, & nouo quodammodo. Et iccirco dicitur Spiritussanctus missus,

Deus quomõ α. & ω. omnium rerum.

missus, cum diuinitus homini influit, non ꝙ ante in eo non fuerit, sed ꝙ non sic in eo fuerit, idest, per gratiam. Attrahit igitur ad sese deus hominem probum hoc pacto, ceu magnes ferrum. At in aliis rebus Deus est per essentiam, potentiam, præsentiamq;, & in finem ipsarũ eas trahit, qui est homo. (Dicens ergo euãgelium. Cum venerit ergo paraclêtus, quem mittã vobis à patre &c.) Verbo (venerit,) quod annotabis, ostendit spõtaneum aduentum, & dum dicit. (Quem ego mittam vobis à patre.) Insinuat eius processum à patre, & filio, tũ quia ab vtroq; procedit, qđ est aduersus Grecos negãtes ipsius à filio procesionẽ tum quia quicquid filius habet, à patre habet. Si percõteris, cur magis donũ gratię Spiritui sancto adsciscatur, si idẽ sunt diuinæ personæ. Respondeo. Verũ est, eas idẽ esse, sed illud donũ, atq; ille amor qui mẽti hominis ingeneratur plus Spiritussancti proprietatẽ refert. Et ideo illi magis tribuitur. Scias autẽ, Spiritũsanctum nunquam ad aliquẽ citra patrẽ, & filiũ venire, neq; in eo residere. Cum nostrã assumpturus naturã deus venit, solus eã filius assumpsit ita, vt patri eã non coniũgeret, aut Spirituisancto. Et hoc modo dicitur filius in hunc mũdum missus, non ꝙ primò mundo abessent, sed ꝙ non eo modo, hoc est per assumptã carnem in mundo esset. At Spiritussanctus in colũbæ, atq; ignis specie venit. Neq; vero sibi duo hæc coniũcta fuerunt, fuerunt tamen præsentiæ gratiæ Spiritussancti symbola, atq; mysteria. Vides philosophe fidem vnde vnde rationi cõsentaneam. Vides ò magnũ ingenium, à nobis non proferri deliramẽta, sed res magnas, atque graues. Quod dixerim quia videris tibi prorsus sapiẽs, cum omnium rerũ sis rudis. Age vero, animus est, quò tu amplius credas validius hanc tibi veritatem constabilire. Opus est grãdia ista ingenia, atq; inflata, & vẽto

Cur gratia Spũisancto potiusq̃ patri aut filio attribuitur.

Columbam & ignem nõ assumpsit hypostatice Spiritussanctus.

plena ritu pilæ seu folliculi lusorij in quo nihil aliud est, quā ventus quādoq; percutere. Vidisti iam fidē, tanta niti atq; pollere veritate, vt respondere, & a philosophis obiecta cauilla diluere bene admodum valeat. Rationibus etiam fortibus comprobari potest. Ait dominus noster de Spiritusancto. (Ille testimoniū phibebit de me.) Spūsanctus de Christo testimoniū phibuit. Accede huc ò ingeniū ingēs. Equidē vellē tecū alti⁹ ingredi disputationē hāc, Vtra sit tutela procliuior veritatis, an falsitatis. At veritatis inquies, q̄a teste Gregorio, plana est via veritatis, graue mēdacij iter. Oportet, memorem esse mendacem, & iuxta parœmiam nostram, qui memoria caret, crura habere curet. Memoria opus est mendaci, ne sibi dissentanea dicere cōtingat, & in mendacio deprehēdatur. Succurrit mihi in præsentia, cum colloquium familiare cū quodā miscerem, dixisse me illi collapso, esse institutorū monasticorū status. Ipse p negabat, & respōdebat mihi. Credis quidem tu ita, sed non ita habet. Et post pauca, alium sermonem de statibus in vniuersum instituimus, ac tūc addit. Equidem fateor vniuersos status collapsos. Tunc ego intuli. Collapsi igitur omnes religionum ordines.

Facilius veritas defenditur, quā falsitas.

Adagiū hoc vide in Erasmi chilia.

Exemplum.

¶ Veritatis itaq; tutela procliuior, q̄ falsitatis est. Ergo attenta cura inspice, q̄ non sit credēdum à piscatoribus, nisi vera sit fides, tam grande adinuentum fuisse, tāque arduum mendacium, remque eos eam cōmentos, quæ sese à philosophorum pugna, & labefactatione tueatur adeò obluctantium, præsertim, cum rudes dialecticę, & philosophiæ essent piscatores ipsi. Accedito huc ò magnum ingenium. Dicito vniuersis philosophis, vt simile quid cōminiscātur. Certe si ex omnibus ingeniis ipsorum vnicum conficeres, nihil simile, quod se sic à toto orbe tutaretur, confingere valeret. Atqui doctores facillimo

Veritatis fidei argumentum.

cillimo negocio admirabiliterque per easdem philoso phiæ regulas fidem defensant, & repugnātium argumenta prosternunt. A quo igitur censes piscatores hanc doctos veritatem, nisi à Spiritusancto? Cognitio veritatis dubitationū dissolutio est ait philosophus. Neque vero hanc rem piscatores inuenerunt duntaxat, sed eam ingeniis hominum peruiam, atq; adeo persua sum reliquerunt. Vides profecto Aristotelem, & Platonem, in quib⁹ scientia exornādis, natura extremum sui specimē exhibuit, admodum tamē ægre in sua placita, atque dogmata, & virtutibus præsertim exercitia mentes hominū pertraxisse. Piscatores tamē isti nullis philosophiæ, nullis logicæ præsidiis nitentes, fidei eorum, quæ non comprehendi queūt, omnes intellectus hominū humiliarūt. Neq; hoc solū fecerūt, sed affectus etiā in earū rerum amorē quæ visui non pateant inclinarūt adeò, vt eorum asseclæ volēti animo sanguinem, vitāque fundere ob hanc veritatē, nihil hæsitarint. Hoc igitur nō sciētia gestū, sed virtute à Spiritusancto cælitus illis donata. Ad hæc quia paraclētus, cōsolatorem significat, dicite, quid est, quòd credentes, solatio & cordis lætitia perēni fruūtur? Quis instantis cruciatibus martyres continenter hilarauit? Non sane diuitiæ. Erant namque pauperes, & earum aspernatores. Non honores. Ludibriis siquidem, & conuitiis patebant. Non voluptates & carnis deliciæ. Casti quippe, atque adeò in seipsos duri erāt. Neq; etiam illud potest dici à natiuo intellectus lumine solatium illud profectū fuisse. Nam si fides res falsa esset, falsitas intellectū conturbaret, tantum abest, vt lætificare posset. Non etiam illud asserere poteris, à vehemēti imaginatione venisse. Nā si fidei abesset veritas, imaginatio fallax, mœrorē citi⁹ inducat. Nō à cœlis. Superna siquidē causa nō aget citra peculia-

Arist. 7. Ethico. c. 2.

Efficacia fidei,

Letitia in cruciatibus, Christianorū mirificum argumētum fidei.

rem. Et ea rē cælum absque imaginationis opera non posset hoc agere. Diximus uero hoc nihil ab imaginatione manare. Non etiam ab aliqua creatura. Nam si ab aliqua creatura veniret hæc fides, cum effectus omnes in suas se vertant origines Christianus in creaturam regrederetur. At homo fide prędítus ad nullā creaturā, ceu ad causam, sese cōuertit, suā, sed ad vnū deum cunctis creaturis relictis. Fides igitur à nulla est creatura, neq; à naturali suasione. Ea namq; à philosophis esset inuestigata. Et quoniam fusius hoc aliàs tibi luculētū feci, breui in præsentia sum idem ipsum prætergressus. Si ergo ab istorum nullo procedit fides, necessarium est à conditore Deo proficiscatur. Paraclêtus igitur Spiritus sanctus, solatij autor, ipse est, qui fecit vt omnes, qui huic assensi sunt fidei consolationibus affluerent. Quamobrem & à Deo ipsa, & vera est. Nitimini itaque filij mei & vos ipsum habere. Ipse nanque in omnibus vos ærumnis exhilarabit. Ipse gaudium infundit maximum, ad quod humanæ prorsus res omnes sordescāt. Iustus ex fide viuit. Non aliunde malum est nostrum, quàm à fidei paruitate. Quia sine fide, nullo potestis frui gaudio. Ego vellem ad hanc vos promouere fidem. Attēdite tantisper. Postq̄ Christus nos erepturus venit, vniuersæ disciplinæ correctæ sunt. Philosophia in multis emēdata est. Diuinarū rerū cognitio nunquā æque atq; à Christi aduentu hucusq; prouecta est. Ait sapiētia in Eccl'i.24. (Gyrū cæli.&c.) Vsq; requiē quæsiui. Quasi dicat ipsa sapiētia. Disciplinæ reliquæ, sub cælo regnāt, & sursum spectant, vna ego diuina contēplor charismata, & mysteria, Trinitatē, angelorū hierarchias. Nūquam philosophi tam se in altū leuarūt, sed volutabātur, & cespitabāt. Ego vero eò ipsos pduxi, vt possint nosse, se nihil scire. Et pfundū abyssi penetraui

Fides à solo Deo est.

Gaudium à Spiritu sancto mirabile.

Haba.2. Hebræo.10.

Fidei tepor quantū malum nostrū.

Ecclesiastici. 24.

Victoria Christi & suorū aposto.

penetraui. Ego infernis affui. Et Satanam vidi, & gentibus illum manifestum feci, & eis renũtiaui in æternum ignem eas trudendas, nisi recte vitam degant. (Et in fluctibus maris ambulaui.) Id est in tribulationibus. Cunctus mihi sese orbis, meisque apostolis opposuit. Et prius quidem perambulaui mare scribarum, pharisęorum aduersantium ipsis, & eos persequentium, mare deinde hæreticorum, philosophorum, Imperatorum, tyrannorum, Demonum, & denique totius orbis repugnantis, hoc tamen totum mare ego calcaui. (Et in omni terra steti.) Ait Christi sapiẽtia, id est: Ego dilataui ecclesiam meam in totum orbem. (Et in omni populo, & in omni gente primatũ habui.) Idest in populo prius Hæbræo, deinde inter gẽtes vniuersas. Ades dum pagane. Inspice quàm fuit hæc dei sapientia honorata. Considera primũ Iudæos. Aspice, vt arcana biblia reuereantur. A Iudæo nullo precio euincere queas, vt sacris voluminibus asideat, sed sursum ea locat. Nostrates autẽ per sedilia proiectant ea. Disce ab Iudæo Christiane hoc. Veni mox ad nouum instrumentum. In mandatis habemus vt dum euangelium legitur, stetur. Et omnes apertis adstant capitibus. Attẽde parumper, num Plato tuus, aut Aristoteles sic honoretur, num sic eos colãt homines. Hoc vnus fecit, & facere potest Deus. Si Octauianus Imperator viueret, & ediceret, vt sua sic colerẽtur, dum viueret fortè timore ei pareretur Nostri autẽ amore ducti, sua sponte, atq; ex animo id faciunt. Dicit igitur hæc sapiẽtia, Ego calcaui Imperatores, omnesq; ipsos summi pontificis pedibus subieci. (Et omnium excellentium, & humilium corda virtute calcaui.) Ego sublimes substraui, ego philosophos reuici. Augustinus, & Aquinas Thomas, qui sublimes erãt, & ingenio tam excelso, capita mihi subdiderunt. Quid tu ergo in

Sacrorum bibliorum reuerentia.

Victoria euãgelij.

tua hæres poësi? Quid de tanta tua dicendi arte cogitas Huic te ſtudio dede, atq; huic ſapientiæ, quæ te beare queat. (In omnibus requiem quæſiui.) Hæc tibi ſapientia in omnibus requiem dabit. Vide, vt hi qui illam ſectãtur, exporrecta ſunt frõte. Vide illorum iucũditatẽ &exultationẽ. Hîc oĩa dulceſcũt. Hîc ſunt omia ſuauia. Beatus homo qui inuenit ſapiẽtiam. O te beatũ ſi hanc ſapiẽtiã amplexeris, à qua omnis amaritudo abeſt. Hîc infinitus eſt theſaurus. Hæc ſapientia amicitiã dei tibi cõciliat. Tua amicos tibi parat homines. Vtrã alterutri pręponis? Ecce hîc ſcriptura hæc, quę te in amicitiã dei inſinuet, ipſa tibi amicos dabit angelos, qui tecũ cõuerſentur, & ſcripturæ tibi pandant abdita. Ad hanc igitur veni ſapientiam, ad hanc veni. Ne vltra reſtes. Hac enim vitæ, patriæque fœlicitatem adipiſceris. Hæ ſunt itaq;, rationes, quas de fide tibi dictas volui.

Sapien. diuinæ fructus

Prouerb. 3.

¶ Quid ergo vos agitis ſegnes, & tepidi? Ego vellem, ego nollem. O cor durum, ò cor ſaxeum. Quid tu ceſſas amplius? Ego tibi fidem luculentam redidi, eòque te perduxi, vt manu ipſam contingere valeas. Quò tu implicaris? Audi D. Petri verba ex eius epiſtola hoc mane lecta. Quod ſi te ad hanc pellicit, atque vocat ſapientiam, matura iter. Fides eſt vera. Ait Petrus, repetam enim altiori exordio eius verba. Omnium autem finis appropinquabit. Appropinquabunt tribulationes, appropinquabit dies iudicij. Mors tua iudicium tuum eſt. Finis, inquam, tuus appropinquat. Oportet alta mente repoſtam te habere huius rei effigiem, & dicere. Ecce meus finis, ecce mea mors. Neceſſario tandem vxor, liberi, fortunæ, honores, omnia à me ſunt relinquenda. (Eſtote itaque prudentes,) ait Petrus. Prudentia eſt recta ratio agibilium. Admonet, vt ratiocinatione tuum finem veſtiges, & mente

Excitatio ſocordiæ noſtræ ex vinacitate fidei.

1. Petri. 4.

Ex epiſtola huius diei q habetur 1. petri. 4.

ipſum

ipſum videas. Si recte egeris, finis tuus erit æterna vita, ſi male, ſempiternus cruciatus. Attende fini tuo, qui Deus eſt. Hæc tua eſt gloria, hæc tua fœlicitas eſt. Hanc tu non terrenis rebus, non diuitiis, non numiſmatis, ſed amore ſolum, & charitate obtinere potes. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habuero nihil ſum. Contende gnauiter, conciliare tibi dei amicitiam. Hanc tu non habueris, niſi ipſius dei amore capiaris. Dicito mihi igitur, ſi adeò ſapis, ſi tam es prudẽs. Agnoſcis ne vitæ humanæ ſcopum? Si te latet, ſtultus es. Si noſti, & repudias, quî potes vocari prudens? Exue te igitur terrenis affectibus, venique ad ſeruiendum Chriſto. Omnes in hanc contendant metam. Qui prudens eſt, animo repetit præterita, & per ea de futuris coniecturam facit. Et ait. Vbi tot viri, tot fœminæ, qui mundo inſeruierunt? Vbi ab ipſis tot poſſeſſę opes? Omnia illi amiſerunt, & nunc fortaſsis ſunt apud inferos. Altera ex parte recogitat, & ait. Martyrum flagella, & ſanctorum ærumnæ tranſierunt, & ipſi nunc perenni fœlicitate perfruũtur. (Vigilate) igitur, (In orationibus,) adiũgit Petrus. Quia hæc genuina hominũ luce nõ cõtingũt, ideo orationi vacate, & vigilate continenter, & precamini Deũ, eius gratiam poſcentes. (Et ante omnia mutuã in vobiſmetipſis charitatẽ continuã habentes.) Ideſt. Vnanimes ſemper eſte. Mutuò vos amate. Ponite odia. Cõſidera quantũ. D. Petrus hic ſeruet ordinẽ, qui primò te in finem tuũ ordinat, quî Deus eſt, mox te ipſum tecum componit, & in tuum te ſcopum dirigit, id eſt in Deũ, & mox charum habere fratrem te docet. At quia ſunt nonnulli, qui à Deo varia chariſmata habent, hic doctrinę, ille vaticinij, hic huius rei, ille vero illius, ideo cõtexit. (Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã in alterutrũ illam

1. Cor. 14.

1. petri. 4. et in ep. huius diei.

1. Pe. 4. *supra.* administrãtes. Vnusquisq; gratiam, quã à Deo accepit
Ibidem. proximo impertiat. Sed ne adhoc impellerẽtur homines ambitione, adnectit. (Si quis loquitur, quasi sermones dei, si quis administrat tanquã ex virtute quam admin. Deus.) Omnia in gloriam dei, nõ in vestram conferte, vt fideles dispensatores charismatum illius, (vt in omnibus honorificetur deus per Iesum Christnm.) dominum nostrum. Ecce. D. Petri verba quibus vt te fuerit exhortatus, vides. Quid tu ergo fili mi cunctaris? Quid expectas? Si credis, & viuenti fide polles, quin tu ad Christi conuolas famulatum? Sed oportet adhuc ob ipsius amorem mala spontanee pati, & æquo ferre animo. Diabolus nulli alij magis studet, quam fidei huius oculo vobis obtenebrando. Fidei quippe fundamento sublato, vniuersa corruant necessarium est.

Historia. 1. reg. 11. ¶Legitur in regnorum libro. 1. cap. 11. Naas expugnatum venisse vrbẽ Iabes Galaad, sub Saule rege Israel. Dixerunt Iabesij huic Naas. Ne nos extinxeris, & vectigales tibi erimus. Quibus cum esset arrogãs, ait. Placet mihi fœdus vobiscum inire. Sed volo vos priusquã egrediamini ciuitatem, omnium vestrum oculos dextros eruere, vt in toto Israel opprobrium sitis. Responderunt Senes Iabesij, vbi rẽ intellexẽrunt. Hoc nõ sedet animis. Sed inducias septem dierum da nobis, vt præsidiũ adsciscamus, quo si erimus defecti, ad te egrediemnr, & tua in nos ad votũ sæuitia grassabitur. Naas hic insolens erat, & neminẽ Israelitarũ metuebat, ideo ait. Iuuat. Ierunt itaq; Iabesij nuntij ad regem Saulem, quem obuium offenderunt, ab agro domum redeũtem & boues ponè agentem. Aliqui hic dicunt, non de industria, sed temerè vt post boues iret contigisse, nempe, q redeũtibus bobus domum, forte insequebatur ipsos. In quem, vt accepit nuncium Iabesiorum, irruit spiritus

domini, & districto gladio, in frusta secuit boues illos, omnibus edicens, vti in auxiliũ Iabesiorum secũ egrederentur. Renuentibus autem pœnam statuit vt instar duorum illorum boum, boues ipsorum in frusta conciderentur. Allecti sunt ergo numero tercentum millia ex Israele, ex tribu vero Iudę triginta millia. Saul remisit nuncios Iabesiis, & dixit. Dicite illis. Cras erit vobis salus. Et sic factum est. Nam sub ipsum matutinum per tempus aduenit Saul cum copijs. Et percusit Ammonios, & totum exercitum fudit tã valida impresione, vt nusquam simul duo de palantibus visi possent. Age vero, quid sibi hoc vult frater? Innuit scilicet, diabolum in hoc vigilare perpetuò, vt dextrum tibi oculum effodiat. Quod si egerit, actũ est de te. Vniuersis Israelitis eris ludibrium.

¶Si Iabesij vigilantiores fuissent, non in eos ea irruisset calamitas. Verum quia sopore tenebantur, parum ab fuit, quin ipsis eruerentur oculi. Vigilia opus est perenni, & ea re dixit dominus discipulis suis in hodierna lectione euangelij. (Hęc loquutus sum uobis, vt non scandalizemini. Absq; Synagogis facient vos. Sed venit hora, vt om̃is, qui interficit vos, arbi. se ob. prestare Deo.) Accingimini ad ærumnas, & peruigiles perseuerate, ne æmulemini Iabesios. Ita faciunt nonnulli monachi socordes, qui se non præparant aduersorum incursui & impulsioni, & quoduis peccatũ scandalo illis est. Quare adnexuit Christus. (Hæc locutus sum vobis, vt non scã dalizemini.) Prædixi vobis, vti vigili cura tribulationibus attenderetis, vt ne postea singuli dicatis, Equidẽ huius eram nescius. Prædixi vobis calamitosos vos futuros. Ne mihi post modum ignorãtiam prætexatis ex nostro silentio. Verbis & scriptis rem præmõstraui vobis. Videte ne postea in hũc impegeretis lapidẽ. Aduer

Mentis præparatio ad aduersa exigitur.

Ioan. 16.

ſis primo exercebimini experturi poſtea veſtra ſolatia. Sed quando nil euenit, quod diſpliceat, dicit ille. Hæ ſunt Piſæ nobis reſtituendæ? Prænuntiaui vobis aduerſa in vos prius ventura. Sed vos, quæ vobis arrideāt, dũtaxat animaduertitis. Aio vobis, ſi iuſtitiam cultam ad amuſim curaueritis, & ſeruatam, non eſſe cur dubitare

Roma. 8 debeatis, Deũ vobis affore. Si Deus pro nobis, quis contra nos? At vos omnes abutimini clementia, quā nomēclatura demētię ſæpi⁹, vobis audiētibus nũcupaui. Quò amplius ergo iuſtitiam obſeruaritis, & rectius egeritis, hòc minorem perpetiemini tribulationem. Et deinde

Ioan. 15. munera dei ſentietis. Ait dominus. Scitote quia mũdus

Concionatori parata odia. me priorē vobis odio habuit. Scitote exoſum me mũdo

Matth. 10. & Ioan. 13 & 15. fuiſſe, & ipſum in me debacchatum fuiſſe, ſicq; faciet in vos. Quia non eſt maior ſeruus domino ſuo. An verba ſaluatoris vobis exoleuerunt? Nos profecto haud quaquam Chriſto ſumus maiores. Si ipſe igitur perſequutionem eſt paſſus, quare non volumus & nos ipſam pati? Per omne igitur ærumnarum genus apoſtoli deuoluti, & toti orbi inuiſi fuerunt. Si fiſcellis iunco texēdis operam darent, nullius erant rabiem ſenſuri. Itidem & ego ſi fiſcellas vrgerem, aut lectioni vacarem occultus, vniuerſi dicerent. Nullus probitate & dignitate morũ præſtantior eſt hoc homine. Sed primum atq; in mores oratur prauos, & attractos ſe ſentiunt, qui vitiis ſunt inquinati, omnes aiunt. Improbus homo eſt, & nequam & nihil aliud, quam obtrectant. Atqui apoſtoli, quia tantopere fructibus exuberaturi erant in orbe, neutiquam ſportis texendis incumbebant, neque ſui odia

Ioann. 9. veritatis propalationi anteferebant. (Abſque Synagogis facient vos.) Lex erat condita, vt qui Ieſum fateretur eſſe Chriſtum communione hominum interdiceretur, & Synagogæ. Quod aduerſus apoſtolos

factum

factum est. Itaque ne miremini, si & nobis obsistatur. Hoc illud est, quod non semel dictum est vobis. Veniet tempus, cum qui interficient vos arbitrentur se obsequium præstare Deo. Videbantur sibi apostolorũ aduersarij sacrificium deo offerre, si eos neci dederent, & pariter hodie vsu venit. Tu dices. Quì potest hoc esse? Si aduersarij illi assentiebantur veritatibus ab apostolis traditis, quomodo putabant obsequium esse Dei illorum vexationem? Sin minus veritatem eos dicere rebantur, videntur culpa vacare dum ipsos bono zelo dei insectantur. Scito Deum variis modis teneri. Iudæi aliter tenebant deum, aliter tenent hæretici. Et arbitrabãtur se obsequi Deo suo, non deprecante ab eis noxam ipsa ignorantia. Ita hodie faciunt tepidi, qui respuunt cultum dei internũ, externis solum ceremoniis intenti, & censent, sacelli extructionem, aut ecclesiasticorum ornamentorum donarium, totum esse honorem Dei, & sacrificium Deo debitum, & non norunt, Deum cordium non manuum inspectorem. Et ea re semper dum euerricula pecuniarumque ipsi quærũt aperiuntur, & manifestantur, mox ciẽtur ira, & hoc errore occupãtur ob suam superbiam, & nequitiam. Huiusmodi erant philosophi tyranni, hæretici, Romani, apostolos & martyres Christi contrucidantes, arbitrantes obsequium se præstare deo, id est, credẽtes se idòlis gratificari, & omnia hæc Christus eis ante prædixit. (Hæc dixi vobis, vt non scandalizemini.) Ita & ego dixi olim vobis, nisi mente excidit, bellum vobis cum conduplicata potentia, cum conduplicata sapientia, cum conduplicata nequitia, restare. Liquet igitur oportere, vti contribulemur. In quo nihil aliud quærit Diabolus, quàm, vt dextro vos fidei oculo orbet. Quod ipsum, iam vobis in parabola explanabo.

Variè Deus tenetur à diuersis.

¶Christus

Aduersus diuinas res semper excitant bella.

¶Christus est bonorum caput, malorum vero diabolus qui vnà cum membris nititur, Christi rebus aduersari, & eas persequi. Aduersus omnia, quę dei sunt, magnam inuenias contradictionem. Quidnam sibi vult, in aliis rebus hoc non inueniri? Si sacerdos ad bonã se recipiat vitam, cõtinuò mille modis obsisti ei uideas. Si laici vitam rectam amplectantur, si fœminæ recte cupiant degere, si pueri rectà ire contendant, omnes eis repugnãt, oẽs se eis opponũt. Ad summã nemo virtutẽ colere põt, cui non ab omnibus reclametur. Hoc scilicet magnum est, in vniuersum sic vsu venire in diuinis rebus. Quod ideo euenit, quia plures sunt improbi, quam probi. Attẽde vero, qui sint qui resistant. Si tantum igitnr sese malorũ spiritus proferunt, quid vos racetis boni pręsertim in tutela diuinorũ, & defensione veri? Si Christus rex vester est, quid pauetis illius causa veritatẽ fateri? Aio vobis, ipsum vestrũ esse regẽ & ea re vobis sępe dixi, vt ei fœderemini & coagmẽtemini. In reliq̧s fœdera vr̃a inite cum his, quibuscũ magis inire libueri. Equidem nihil moror. Parui & magni ciuitatis, fœminæ & viri curate mores corrigendos, & emẽdandos. O fœminæ & pueri ad huc vestra correctio non est constituta. Dicite ex me magnificis octoviris, hoc non humanũ esse, sed diuinum. Et renuntiate illis, vt liment eam, & expoliant, si quid in ea existat, aut extuberet. Quod si non curarint, & diuina illuserint opera, aut eis repugnarint, dicite eis, puniendos ipsos ab rege, minimeq; eosdẽ esse dominos, sed domini ministros, & regis nostri Christi. Dicite præterea, expedire, vt ne resistant diuinis. Siquidem in multis manifesta signa iam viderũt, eorum qui repugnare nisi fuerũt, præter signa punitionis, quæ occultè aliquibus dedit Deus. Aio vobis, in illos animaduertendũ à Christo, qui eis restiterint. Iam aliâs sæpe

Acriter defensandæ res diuinæ.

admonui

admonui.Cogite omia in diariũ quoddã, & postea ani mũ euẽtui aduertite.Iã Deus incipit colaphos aliquib' impingere,& plures impinget, & ad maiora procedet. Vobis patres matresq;, dico, suadete ista filiis vestris. Quia nihil aliud cõtinẽt, quam mores probos. Alioqui Deus iam punitionẽ intentauit,iis,qui rebus eius repugnabunt.Dixi iam vobis. Ne igitur animo id excidat. Dico iterum,in omnes diuinas res cõtinuò excitari repugnãtiam. Quod sic Deo placet, vt innotescat ab illo exuperari vniuersam pugnam, & rebellionem, & vti, qui Christi sunt serui,sese hoc temporis exerant,neque veritatem fateri timeãt ob eius amorem.Ah, Domine mi,quid dicam ignoro.Hi tibi non bene cupiũt,duabus in stapedis volunt hi ciues pedes habere, & optant amicitiam tuam habere,atq; hominum.Quicunq; voluerit esse amicus seculi huius,inimicus dei cõstituitur ait beatus Iacobus,Audacter itaq; loquimini,veritate cognita, & dum magistratibus vestris coràm loquimini, veritatem vnicuiq; in facie dicite, parũ qui illi sint,curantes.Age vero,Quid facere iuuat? Concionabimur per hanc hebdomadam feria.4. &.6. Aequo animo ferte. Pauci hi dies sunt. Oblitus sum præcedenti concione dicere, vt qui psalmos ignoraret,quin decies orationẽ dominicam ad Deũ funderet, & angeli salutationem. Præterea admonui vos aliàs ne mihi negotiũ facesseretis, nisi dubitationũ consciẽtiæ gratia quas audiã libenter.Idq; hora dicta,& iam per me signata. Ne exordiis prolixis vtamini.Neq; enim mihi placent.Si reuerentiam nobis ob Christum aliquam exhibere vis,benè sanè,placet. Sed postea tamen propone rẽ celeriter,& abi,nullisq; vtaris prologis. Vlterius oporteret legem statui,qua vetaretur,vt ne munera ab vllo magistratu. aut ab aliquo intra aut extra vrbem publico fungente munere

Cur semper diuinis rebus obsistitur.

Hier.nolebat visitationes.

Munera non accipienda à magistratibus.

munere,acciperentur,accipiētibus vero pœna esset, vt potestate gerendi in posterum publicum munus priuarētur,& precium muneris quadruplum persoluerēt. Item aggrauate legem intelligentiarum, quas vocatis, & reliquas, quę bonum publicum sustentant. Age,quid nos de rebus nostris dicemus? Nos domi nostræ non possumus habitare, neq; ipse iam locus plures capit. An gustus est mihi locus, fac spacium mihi, vt habitem. Alioqui opus erit,aliquem foras exire,& capere locum aliquē è vestris. Ego dico vobis, prouidete nobis, quia iam plures nō possumus vnà manere. O pater tu in monachorum nassam vis homines pertrahere. Fili mi,ego tibi assero,te nunquam venturum,nisi à Christo tibi,vt venias,inspiretur. Et nosce præterea,te non à me suscipiendum, nisi multo examine, atq; adeo precibus tuis præuiis. Tandem vt vos nobis prouideatis, necessariū est. Et bonum erit, vt habeas ducentos numero fratres qui literis ibi dent operam, quique lumine suo te illustrent, & regant consiliis,& tibi & toti Hætruriæ concionētur. Tu vidisti ab hoc paruo lumine,quantus prodiit fructus. Sed nonne meretur Iesus,vt lumen suum quoquòuersum diffundatur?

Præ multitudine fratres. D. Marci non poterant domo illa contineri.

Esaiæ. 39.

Figuræ expositio de fide.

¶ Modo ad historiam regrediamur. Oculus dexter est fides. Hinc exordiri libet. Hæc fides hoc habet, vt tu articulos, decreta ecclesiæ canonicas sacrasq; scripturas, ecclesiæ Romanæ doctrinā credas,& vt tu ab eius obedientia minime diuellaris, sed fixus sis perpetuò in factis & dogmatis eius, & semper attentus sis eius rebus, neque pilum ab ea discedas. Quia tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum,& quodcunq; ligatum sit,erit ligatū & in cælis. Hunc oculum bonæ vitæ & rectæ fidei diabolus tibi vellet eruere. Caue, ne te ab ea detendi,

Matth. 16.

sinas.

sinas. Hic tuus est dexter oculus. Sinister vero ratio & & lumen naturale est, cuius parua cura diabolũ tenet. Naas serpens interpretatur. Hic ille antiquus est serpẽs dracoq;. Ammonitæ qui circũ Iabes erant, interpretantur opprimẽtes, qui electos dei vexãt. Ammon etiã sonat mœroris populũ, qui bono, atq; solatio carẽt. Iabes significat exiccatã, & refert electos, in quibus libido naturalis inaruit. Galaad est aceruus testiũ, qui coacerua runt, atque accumularunt in seipsis arcanas scripturas. Venit suis munitus copiis Naas, idest, diabolus cõgregat improborũ exercitũ, & Iabes obsidet, idest, veniunt demones tentatum homines Qui respondent. (Habeto nos fœderatos.) Id est. Sinito nos, libet nobis tecum fœdus percutere, & vectigales tibi aliquantisper esse. Hoc significat appetente illos atq; pulsante carnis tyrannide, aut aliqua alia vi non obsistere eos prompte, sed transacto pascháte dicere. Sine me paululũ meo genio indulgere. Ille sacerdos ait. Nequeo quotidie sacrum peragere. Et sic nonnullum vectigal Diabolo pendunt dicentes. Hoc non est peccatum. Diabolus qui prauus est ait. Sine parũper, sensim ego te pertraham. Qui minima negligit, paulatim defluit. Vimina quibus cinctoria cupparũ obligãtur res sunt minima, quæ tamen si tu concidas, actum est de cinctorio, de cuppa, de vino. Respõdit Naas Iabesiis. Idest, ait diabolus. Accipiã cẽsum. Sed libet, oculum vobis dextrũ effodere, id est, fide vos orbare. Sinistrũ equidem negligo. Naturalis nanq; sciẽtia sola, sterilis fuit semper. Et addit volo itidẽ, vt in toto Israele sitis opprobriũ. Et verũ dicit. Siquidẽ, qui fide vacat, toti orbi opprobriũ est. Petierunt hi tẽpus. 7. dierum, idest, hebdomadẽ, qua tota ætas humana innuitur, quæ. 7. diebus voluitur. Hoc est, toto tempore tuæ vitæ tu dicis, Ego volo nequiter agere. Mittũt etiã nuncios

Naas typus diabo.

Ammonitæ quos signant

Iabes, electorũ. symbolũ.

Galaad quorũ signũ.

Simile.

Scientia naturalis sterilis.

Missio nuntiorum quid.

Iſraëlitico populo Sauli, & omnibus, qui tunc tẽporis ad clauum reipublicæ erãt. Ita & vos præſidia ab eccleſiaſticis, iiſdẽq; ſpiritualibus hominibus poſcitis præſertimq; orationũ, quas regi noſtro Chriſto offertis. Dum tentatio ingruerit in te, vade, ſpiritualẽ patrem tuum conſule, & expone illi vitam tuam, & ipſe tibi medebitur. Tu nihil melius potes agere. Quippe, vt beatus Antonius aiebat, oportet, vt nemo vel bucellã ederet, cuius eſum patri ſpirituali non reuelaret. Saul ſeruatorẽ noſtrũ innuit. Saul ſimulatq; accepit nuncios Iabeſios, boues in fruſta diſſecuit, qui apoſtolos, concionatores, martyreſq;, vobis ob oculos ponũt. Ac ſi vobis ſeruator diceret. Aſpicite meos prophetas, aſpicite meos apoſtolos, aſpicite meos martyres, qui in crucem acti ſunt, & extincti, ob huius fidei tutelam. Saul itaq; cucurrit cum populo, fratribus ſuis auxiliaturus. Ita & vos viciſſim vobis oportet præſteris auxilia verbi gladio, bonis adhortationibus, & rectis verbis. Alleguntur tercentum millia ex Iſraele qui interpretatur, videns Deum. Hi ſunt perfecti. Tercentum millia ſunt, quia perfectè ſacrę triadis fidem habent. Triginta millia ex Iuda, qui interpretatur confeſsio, ſunt imperfecti in fide, & in ſpirituali vita. Procedunt hi omnes cõtra Ammonios, id eſt contra diabolum, & mẽbra eius, & congregati diluculo fugarunt vniuerſos Ammonitas, & ciuitatẽ Iabes liberarunt. Ideſt. Quando aurora affulſerit, ea nempe, quam iubar ſolis Chriſti Ieſu reddet, tunc omnes adiuti erimus, & demones, atq; à deo improbi in tartara contrudentur, & probi ecõtrariò, de ſua ereptione exultabunt in laudem; & gloriã omnipotentis Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti regis regnum, & domini dominantium. Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Saul figura Chriſti.

Boues apoſtoli martyres concionatoreſq;.

Tercentum millia Iſraeli.

Trigintamillia ex Iuda qui ſint.


Electorum victoria in die iudicij.

Literalis

❦LITERALIS, AC MYSTICA EXPOSITIO Ruth quinq; Homiliis sequentibus digesta, autore F. Hieronymo Sauonarola à Ferraria, ord. prædicatorum.

Homilia quarta habita. 18. Maij. 1496. super Ruth.

Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum. Sapientiæ primò. *Sapiētiæ. 1.*



Erba hæc dilectissimi in Christo Iesu sunt sapiētiæ, in quibus, quo pacto quæsituri sumus dominū nostrū ostenditur. Vbi annotare debetis, inter alia, quæ sapientiæ tribuntur, illud esse vnum, sapientis esse ordinare, & qui ea, quę ad finem spectant obtinendum in ipsum ordinat, & dirigit, sapiens, & primus in eis rebus nuncupatur. Et iccirco Metaphisica, sapiētia appellatur, & scientiarum caput. Quippe quæ alias in finem ordinet, & inter eas, ceu domina sit, inter ancillas. Sapientes igitur illi vocātur, qui ordinant, & qui finē spectant. Hoc videre licet in omnibus artibus, vt qui in scopum intendit in arte aliqua, sapientis & præcipui in illa nomen ferat. In ædificatoria, qui præcepta tradit, & finem cōtemplatur ipsius, sapiēs architectus vocatur & eius artis princeps, teste apostolo, qui ait. Vt sapiens architectus fundamentum posui. *1. Corint. 3.*

Sapiētiæ munus ordinare res in finem.

Annota Isagogem ingenio plenam ad explanatio. li. Ruth.

Cæteri præsto sunt illis administeria, quiq; eis parent, non sunt præcipui, neque sapientis nomine censendi, sed famuli,& administri sunt, & in magistrum præcipuum,ceu in scopum spectant. Pari modo & in nauali arte gubernator nauis, qui omnibus aliis imperat, sapiens vocitatur, & eius artis caput, qui inferiores sunt illo, vt ministri ordinantur ad eius imperia. In militari, primas tenet,& sapientis fert nomen dux, milites vero eius, & inferiores omnes, vt qui ephippia, & arma faciunt,ceu serui ei subordinantur, & in eam, vt in finem spectant. Et simile est in rebus spiritus. Qui in finem humanæ vitæ, qui vniuersalis est intuetur, omnibus planè numeris sapientiæ est absolutus. Vitæ humanæ scopus, in quo fœlicitas residet, est veritatis, & præsertim primæ, id est, Dei cognitio. Quæ cum viribus intelligentiæ nostræ excellat, opus est, vt supernè per fidem in hoc mũdo nobis patescat, in altero vero per gloriam. Si ergo Deum iuuat, suam veritatem, & gloriam patefacere, quæso vos, quibus manifestare iuuabit eum? Sanè non sibi, qui non egeat, sed creaturis. Quòd si creaturis, non eis profecto, quę sensu vacãt, & ratione. Hominibus igitur, & angelis palam facere voluerit. Quare oportet, vti homo sese, & sua in Deum conferat, & in primæ veritatis cognitionem, in qua summum est bonum, quam ille habet, qui in sese dominum sentit, & odoratur. Vnde & sibi,& aliis manifestat gloriam Dei. Diximus alio die Deum dupliciratione cognosci. Prius quidem propensione. Omnes enim naturà in hanc notionem propendimus, vt Deum esse gubernatorem vniuersi comprehendamus, quæ studiis augescit, deinde gratia. Qui enim diuino munere nouit Deum, nouit,& comprehendit amplius, quid sit Deus, quâm qui suapte id natura obtinuit. Nam

Cognitio super naturalis nostræ fœlicitatis nobis est necessaria.

Necessitas p̃parationis nostræ ad fœlicita. egregie.

præter natiuam cognitionem intellectus, gustum, & saporē quendam eius bonitatis, & maiestatis percipit. Quamobrem sapientia in verbis propositis nos adhortatur, & ait. (Sentite de domino in bonitate.) Non dicit, Intelligite, nec studiis, & voluminibus disquirite. Sed ait. (Sentite) sentite internè, nimirum in corde per gratiam, quid sit Deus. Hoc est, vt ait propheta Gustate & videte, Quoniam suauis est dominus. Prius dicit, gustate, per gratiā, mox addit, videte, intellectus lumine. (Sentite igitur de dño in bonitate.) Idest purificate corda vestra, & bonitate adimplete, & sentietis dñm in vobis. Et ne tu dum degustationem aliquā, atq; lachrimulam per gratiam sentis diceres, sat habeo, adiungit dicens. (Et in simpli. cordis quærite illum.) Opus est munditia, & simplicitate cordis, & rectà ad Deum ire, & intus, extraq; perquàm esse simplicem. Et ne tu diceres, sat mihi est, hoc verbis præstare, aut bono animo citra opera, subnectit. (Quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum.) Oportet si perfectus glorificator Dei esse, cupias, vt ne tu in illis spiritus deliciis remaneas tantum, sed, vt ad opera procedas. Imitare tonitruum. Dum enim inclusus manet intra nubē vapor, hàc illàc discurrit fragore magno, donec erumpit. Itidem & tu foras per opera exi, & nitere, vt tua externa benefacta Dei gloriam vbiq; palam faciant. Qui absq; operibus vult Deum quærere, tētare vult Deum. Et ideo dicit sapientia, Deum ab illis non inueniri, qui eum tentant, idest, à non edentibus opera. Sed qui credunt, & rectis operibus Deum exquirunt, id assequētur, vt Deus faciem suam eis, quæ veritas prima est, manifestet, prælibationem hic, postea vero satietatem ipsis præstans. Cum nos igitur superioribus concionibus fidem deprædicauerimus, & tot eam commostrarimus

Sapien. 1

Psal. 33.

Simile.

Hinc patet Hiero. legisse Quoniam nō inuenit, sed sensus videt eodē recidere.

rationibus, quia rationibus ei lumen velle afferre, ad humilem,& abiectam spectat cognitionem, libet hoc mane ostendere,fidem in cordis esse virtute,& in interna externaq; simplicitate. Et quoniam festo Spiritus sancti appropinquamus, de spiritu & simplicitate libet concionari. Et quò melius id præstemus, ex veteri instrumento historiam desumpsimus,vobis explanandū. Hoc est codicem Ruth assumpsimus in quo vobis pateat,quantum fuerit spiritus in illis fœminis,& qua spiritus simplicitate ambulabant, & quo pacto ob eādem bona Deus ipsis tandem contulerit. Codicem ergo hunc breuiculum ingrediamur. Animus fert, exponere hoc quicquid est libelli Ruth. In quo latenter simplicitatem docemur. Et cum ipsa tota hæc conquadrat historia. In hoc volumine quædam fœminæ quodam certo loquuntur modo simplicitatis omnino, vt videbitis, pleno. Deus scripturæ est autor, & tametsi in ea ipse loquatur, dum tamē fœminam loquentem facit, ritum ei loquendi fœminarum appingit, quum vero puerum, puerilem loquelam ei tribuit. Quando opus est demittit se deus hominibus, & puerū illis agit. Loquitur scriptura de Samuele puero,& verba pueri illi afformat. Ita hic, loquūtur fœminæ verba amoris, & simplicitatis plena. Et dicit altera alteri filia mea, & domina mea,vt cernes. Est quippe hæc historia magno cum decoro conscripta. Atque hic est verus aptusque modus rem ob occulos ponendi, vt rhetores isti præcipiunt.At vero cum tu vis Ciceronis verbis, & elegantibus rem humilem narrare perdis eā, Ait igitur codex hic. (In diebus vnius iudicis, quando iudices præerāt.)Nempè populo Israelitico. Vbi notādū populū Israel olim regi,& gubernari solitū ritu nr̄o, eo inquam,quo Florētia id temporis.i. Absq; rege, aut principe

Vera fides quomō cogno scat in nobis.

Phrases Scripturæ quales

Mire seruatū decorum in libello Ruth.

Caput primū Ruth.

Qui modus gubernatus ī Israele tempore iudicū.

principe temporali. Neq; enim tunc reges habebat ille populus. Sed Deus illis mittebat prophetam, qui iudicis nomine vocitabatur, qui nulla poteſtate, nullo gubernatu pollebat in populo, neque occidēdi aut ſententiam ferendi poteſtate vtebatur. Sed ipſi Iſraelitæ conſulebant eum & ipſe orabat, & reſpondebat eis, ſibi inſpirata à Deo. Et ſi ea faciebant, quæ ex Deo ipſe eis renuntiabat bene illis vertebat ſinautem non faciebant male accipiebantur. Ibant igitur ad iudicem, & prophetam, quem etiam vidētem nuncupabant, Vnde. 1. Reg. 9. Scriptum eſt de Saule quærente aſinas à parēte amiſſas, ad famulum eundemq; comitem, dixiſſe. Eamus ad videntē. Et ierunt quæſitum prophetā Samuelē. Cūq; iam prope, illum eſſent, egreſſas ad hauriendam aquam puellas, quas offenderunt, interrogarunt. Num hic eſt videns? Et ait hoc loco textus. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Itaq; ea tempeſtate vnius prophetæ conſiliis populus Hebræus regebatur, & gubernabatur. Eumq; iudicem vocitabant. Tuus igitur Florētia gubernatus huic Iſraelitico eſt ſimilis. Diſtribui tibi in tria genera gubernatū Siquidē dixi tibi, eū omnino aut vnius eſſe, & regium vocari, aut pluriū nobilium, & dicitur optimatum regimen, aut eſt vniuerſorum, & dicitur popularis. Et rationibus tibi feci manifeſtum, vltimum hunc tibi magis aptum, magiſq; proprium, quàm reliquos. Addo & illud, gubernatum hunc Hæbreorum, tametſi popularis erat, regēte populo, & iudice ad nihil per imperium cogente, ſed potius conſilium tribuēte, regalem tamen fuiſſe, & ſic potuiſſe appellari. Quia ab vnius, ideſt, dei pēdebat ore Deus enim erat ille qui ipſis moderabatur, iudice & propheta conſilia ex deo de faciendis, eis pandente. Increduli vero & praui atq; ſycophantæ, nolebāt gubernationem

1. Reg. 9.

1. Reg. 9.

Triplex gubernatus.

Iſraelis gubernatus ſub iudi. regalis dici poterat.

Deo tribuere, sed aiebant, hominem tātum gubernare. Re autē vera deus erat, qui reipublicę administrationē gerebat. Quapropter cum à Samuele Hebræi regē pete-
1. reg. 8. rēt, deus indignatus dixit. Non em̄ te abiecerūt, sed me, ne regnē super eos. Erat igitur regale imperiū illud, atq; etiā optimatū, deo id faciente, vti ad illud meliores eligerētur, & sufficerētur, gubernarētq;. Itaq; Florētia erit etiam tuū tēpus, quo dictis meis facta respōdeant. Inuenies tutū bonūq; gubernatū, & bene ages. Mittet tibi semper deus, qui te illuminent, & nequibis ex hac parte aberrare male agēs. Hæc dicta sint in expositionē
Ruth. 1. initij libelli nr̄i Ruth, sic habētis. (In dieb⁹ vni⁹ iudicis, qn̄ iudices præerāt.) Sed sine me paulisper cōquiescere.

¶ (In diebus vnius iudicis.) Si nos recti essemus, non deseremur à Deo. Ait. D. Tho. deum semper mittere, qui eius ecclesiam illustrent, & in virtutem incumbāt, nullumq; fuisse tempus, quo deus prophetas non legauerit. Quo illa ignorantium opinio retunditur, dicentium, sub nouo testameuto non fuisse prophetas. Ait igitur noster textus, sub illo iudice ingentem famē in terra Israel inualuisse, & hominem vocabulo Elimeleh, cum vxore Noemi, & duobus filiis è Bethlehem in regionem Moabitarum abisse. Et adiungitur, hos fuisse Ephrathæos. Vbi significatur Ephrathā esse Bethlehemiticum oppidum. Differunt hic aliqui longius, quod, & vbi, oppidum hoc esset, est tamen inanis quæstio. Missam ergo eam faciamus. Erat hæc Noemi ex Iudæ tribu, & quia interpretatur Noemi pulchra, id multi vestigant, cur sit pulchra vocata. Est hæc etiam exundans & superflua dissertatio. Quæramus animæ vtilia, cætera amandemus. Fortè tamen id erat, quia præstanti erat pulchritudine. Est enim in more, vt pulchritudine fœminæ aliquæ famæ commendentur, & pulchrarū

Spiritus prophetiæ sēper fuit in ecclesia ex. D. th. 22. q. 174. arti. vlti.

Ephrhata et Bethlehē idē oppidum.

Noemi cur pulchra dicta fuerit.

nomen

nomen ferãt. Cum ergo temporis iam aliquãtum apud Moabitas hi commorati essent, vir Noemi diem obiit. Vnde ipsa vidua est derelicta, atq; sola, licet duobus comitata filiis Mahalone & Chelione, qui Moabitides singulas in ea regione duxerũt vxores, quarum alteri Orphæ nomẽ erat, alteri Ruth. Ex qua stemma suum traxit postea seruator noster, vt in calce huius libelli patet, dum genealogia istorũ vsq; ad Dauid texitur. Hæc, vtque facta seu res gestæ tãtum sint non etiam effectus à cælo pendentes, aut à naturæ causis, nõ comprobãtur rationibus. Euenit postea spatio. 10. annorũ peracto, vt & Mahalõ & Chelion filij Noemi & harũ duarum fœminarum viri obirent. Sola igitur relicta cum duabus nuribus decreuit in repromissionis terram regredi. Et ait. Nolo equidem amplius in hac aliena terra viuere Et relicto loco peregrinationis vnà cum nuribus, arrepto itinere Iudæam versus, dixit eis. (Ite in domum matris vestræ. &c.) Filiæ meæ. Hoc erit melius, vt domos matrum vestrarum repetatis. Egregias vos præstitistis vxores viris vestris, donet vobis Deus, vti easdem vos reliquis maritis præstetis, quos habebitis, & vti requiem inueniatis. Osculaque illis libauit, & veniam eundi dedit. Atque ipsæ flere incœperunt, & dicere. Nos tecum proficisci iuuat. Et ipsa. Nequaquam filiæ meæ. Non restant mihi plures filij, neque spes vlla est eos habendi, progressa iam adeò senectute. Hæc ea re dixit quia lex erat id temporis, vt mortuo viro, frater superstitem ei vxorem duceret. Ite ergo filiæ meæ. Ait Noemi, neque amplius anxiæ sitis. Mihi siquidem etiam incommodatis. Orpha rediit. Ruth adhæsit socrui, neq; ab ea diuelli voluit. Dicebatq; ei Noemi. Vides cognatam tuam digressam, abi igitur & tu. Respondit Ruth. (Ne mihi aduerseris.) Ita enim me deus

Ruth. 4. & Matthe. 1.

bene amet, atq; ego tecum sum semper ad mortẽ vsq; mansura. Idola facessant. In tuã volo fidem admitti, & (Hæc mihi faciat Deus,& hæc addat) si non eandem viuendi,atq; adeo tecũ conuiuendi metã habuero. Vidẽs igitur Noemi peruicaciã Ruth, noluit ei amplius repugnare,& duxit illam secum. Et venerũt Bethlehem, & vt ingressæ sunt ciuitatem, rumor omnino in ciuitate dissipatus est,& fœminæ reuisebant illas dicẽtes. (Hæc est illa Noemi.)Hęc est illa pulchra.Illa vero respõdit. Nè vltra me pulchrã dicatis, sed amarã. Amaritudine nanq; impleuit me Deus. Plena fortunarũ & liberorũ hinc abij, & dñs vacuam orbamq; cunctis rebus me reduxit. Venit itaq; Noemi cum Ruth nuru sua tempore trituræ hordeaceæ. Hæc est huius capitis litera. Videamus modo quid nobis hoc mane Deus donet.

Qui sunt qui Deum inueniunt.

¶(Sentite de domino in bonitate,& in simplicitate cordis quærite illum.) Qui perpetuo ceremoniis vacant sine interno cultu,non sequuntur dominum, neq; eum interne sentiunt Non habent simplicitatem, quia duabus volunt sedere sedibus,vt & nostri ciues faciunt. Hi non inueniunt dominum. Quoniam non inuenitur ab his qui tentant illum. Vis tu mũdo, & deo acquiescere? Hoc est Deum tentare. Vis enim male agere,& ab ipso exaudiri. Non est illi solenne hoc seruis suis dare. Vis tu,vt de suo more decedat, vt tibi morem gerat? Age vero quid tibi vis monache?Dicere volo, in finem nos deuenisse,& ecclesiam esse instaurandam,& deum esse paratum ad benefaciendum nobis,si eũ cũ simplicitate nosse curabimus,si in bonitate de eo sentiamus, si prorsum ei confidamus. Et nos quidem huiusmodi instaurationi propinquos esse,iam tibi demõstro. Actus omnis actiuorum est in aptato iam satis pasibili. Tunc in aliquam materiam forma inducitur,aiunt isti philosophi, cum

Vides Hiero. legisse. Quoniam non inuenitur.

Paratus deus ad renouandum spiritum ecclesiæ si per nos non staret.

cum ad eam suscipiendam materia ipsa est bene aptata. Verbi gratia. Tu fœmina vis panem conficere, si cupis panis speciem in farinæ & aquę materiem induci, oportet nō sit ibi nimia aqua. Esset quippe liquida nimis materies. Oportet etiã vt non apponatur nimium farinæ. Esset enim solidior, quàm par sit, atq; durior Opus est ergo congrua aptatione. Bene igitur affecta materia procliue est formam inducere in eam. Plantis opus est terrestri elementariq; dispositione, congruoq; cæli influxu, si formã ingenerari & easdē plãtas crescere atq; adeo augescere cupias. Notabis tñ deficiēte virtute, & re illa qua, vt glutine aut vinculo cōpactæ istæ res perstant, continuo harmoniam hanc sensim, & partium, humorumq; compositionem tam in animalibus, quam in plantis, solui incipere. Et ideo deficiunt. Dicamus prius de homine, vt ille augescat & deficiat. Principio nascitur infans, qui natiuum calorē adeo acrem habet, vt per multum humidi consummat, quamobrem frequentiori cibo eget, tum hac de causa, tum etiam quia infans gliscit, & instar est lucernæ ardentis, semperq; humorem consumentis, oleoq; sæpius infuso indigētis vt grassanti calori materiem sufficiat, & hæc est causa, quare pueros singnlis quibusq; horis esitantes videas. Sed vbi iam adoleuit, & ad virilem ætatem venit, incipit deficere calor ille naturalis, vt vinum aqua mixtū, quod constat vigore defici. Quia tamen iuuenta calore abundat, videas iuuenes adhuc edaces, & amissa instaurantes, sicq; multos conseruari. At cum in senecta iam deficere incipit calor, neq; tantę instaurationi par est, quanta est absumptio, dirempta illa harmonia, coagmentatio soluitur, & homo interit. In hunc eūdem modum æstimato ecclesia vnum esse corpus, cuius forma, atque actus est gratia spiritus sancti. Quia ij appositissi

Dispositiones necessariæ sūt ad intro. for.

Soluto nexu cōpositorū soluuntur ipsa.

Mors hominis vnde.

simile.

Qui sunt in gratia sunt propriissime ecclesia. ne ecclesię nomine censentur, qui paraclêti gratia sunt præditi, quæ animis coniuncta, concentum cōcordiam atq; compactionem absolutam facit. Præparatio ad hanc gratiam est cordis simplicitas. In primitiua ecclesia tantus erat Spiritussancti calor, & bonorū tum operum tum exemplorum, vt multū humidi consumeret, *Quomodo antiquus Ecclesiæ calor refrixerit.* idest. Ad se conuertebat multos peccatores, & quando. Vt iuuenis, adolescebat ecclesia, vt quæ calore abundaret, poterat calefacere, & concionibus instaurare detrimenta vnius cuiusque. Nam si aliquis interitui appropinquabat, aut in mortem spiritus tendebat, concionibus & calore atque bonorum operum feruore reparabatur, & ceu lucrifiebat. Post sensim defecit calor idest, spiritus quia ecclesia cœpit habere corpus, id *Sapienti. 9.* est, opes. Et corpus quod corrumpitur, aggrauat ani- *Simile.* mam, sicque opes ipsæ spiritum ad defectum coegerunt. Et defecit adeo calor iste, atque spiritus ecclesiæ, & creuit contrà adeo opum frigus, atque substantiæ, & eò est progressa terrenarum rerum cupiditas, vt hæc harmonia iam soluatur, & ad paganorum ritus relapsi sumus, & fœminæ penitus vanitati seruiant. Quo fit, vt opus sit, aut ecclesiam deficere, quoniam omnia nostra peiora hac esse tempestate visuntur, quàm quæ apud Turcas geruntur, ipsam ve renouari, & ad sua initia regredi. Ecclesia nequit deficere vsque in finem mundi. Quapropter oportet, vt ipsa renouetur, & vt Deus calorem spiritus mittat, qui amis- *Simile.* sa instauret. Vinea deficeret, nisi tu certis temporum spatiis actis, vites denuo sufficeres, & fulcimenta pariter ipsarum corruptis prioribus adderes. Intuere in quos terminos ecclesia sit deuoluta. Percurre vniuersas historias, tu non inuenies ecclesiam ad peiora deuolutam, quàm sit hodie. Quod, annuente nobis do-

mino

mino, dum per tempus licebit, tibi ostendam & propterea ipsum, vt & modo contendo ostendere defecturam probabo aut renouandã. At ipsam modo defecturam esse, non possumus donare, neq; enim sumus in fine mundi. Nondum Antichristus natus est, qui tamen multo ante futurus est. Et ea re cernis confici, eam renouandam Renouamini ergo vos, & (sentite domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum.) Age vero quid tu hoc dixti frater? Expecta paulisper. Iam enim tibi dixero.

¶Quid sibi vult hæc ratiocinatio? Scilicet ecclesiam significat renouandam. Quid est, ecclesiã renouandam esse? Homines ad meliorem sese recepturos frugem. Multi iam bene videre incœperunt. Opus est vineam veterem innouari. Sed si tu vetera omnia ex ea excideres: neque eam nouella res, vinea deficeret. Opus ergo est, vtrumque fieri. Accedamus modo ad textum nostrum. (In diebus vnius iudicis.) Hebræus populus tunc vnum volebat iudicem. Summus sacerdos erat ex progenie Aaron. Et erat sacerdotium illud inter Hebræos, vt inter nos pontificatus summus, & eò arrogantiæ magistratus & potestates leuiticæ tribus processerant, vt venirent, emerentur. Et erant illi sacerdotes præsides, & per auaritiã, atq; superbiam sacra peragebant. (Facta est fames in terra.) Fuit valida fames & charitas diuinarum rerum. Iudæi nanque tunc non fidei, sed lucro solum studebant. Attende num etiam hodie id fiat, quando sacerdotes academias adeunt ob solũ lucrum. Iccirco hoc tempore nõ sunt illustres viri. Sacerdotes, qui iuri pontificio operam dant, iudicialibus potius materiis inuigilant, pecuniæ, & beneficiorũ ecclesiasticorum gratia, neq; addiscunt theologiam, neq; ea quę ad mores spectãt. In hunc modũ, erat tũc magna fames

Quid intellexerit Hiero. per Ecclesiæ renouationẽ de qua toties loquutus est ꝑ concione.

Pontificatus antiquus qualis.

Fames quid.

Peruersio studiorum eorũ q literis dãt operam.

Elimelech seruatoris nostri figura. fames in regione illa. (Abiitq; homo de Bethleem Iuda·)Hic vacabatur Elimelech,quod interpretatur, de' meus regnator. Hic refert seruatorem nostrum, qui fuit Bethlehemites, & Ephratęus, vt hic Elimelech. *Iudæ tribus quid.* Fuit ex tribu Iuda. Iuda signat cōfessionē, significatq; Christi ecclesiam,quæ ipsum confessa est.Nos fatemur *Ephrata ecclesiæ typus.* ipsum natum è virgine,& nostra causa mortuū.Ephrata signat frugiferam,& typus itidem est ecclesiæ. Quia ipsa plena est fructu,;& est illa, quæ per dilectionē operatur. *Bethlehem quid.* Bethlehem,idest.Domus panis.In ecclesia siquidē panis cælestis ex altari porrigitur,hæc est patria Eli *Noemi ecclesia.* melech & vindicis nostri domus. Tulit secum Elimelech vxorem suam Noemi,quę interpretatur pulchra. *Cantico. 4.* Hæc est Christi ecclesia,spōsa eius dilecta. Quàm pulchra es amica mea, q̄ pulchra es. Oculi tui colūbarum id est,simplices,atq; puri,vt columbarum oculi. Absq; eo,quod intrinsecus latet. Quod significat sanctos vi- *Mahalon & Chelion apostolorum figura.* ros,qui intra se multo plura continuerunt, quàm extra panderent. Ex hac Noemi nati sunt duo filij Mahalon & Chelion. Mahalon interpretatur cōsummatus.Chelion incendium,& significant ambo apostolos Christi filios, & ecclesiæ,cōsummatos, & Spiritusancto perfectos,omni virtutum genere cumulatos, Christi amore incēsos,atq; ignitos.Mahalō etiā significat,à principio, & è fenestra, qđ innuit,eos à principio.i.à Christo exisse,& à fenestra,vnde sol irradiat,sol,inq̄,iustitiæ Christus De⁹ nonoster.Abiit hic Elimelech,in Moab.Moab *Ioann. 8.* aūt interpretatur, ex patre. Vos ex patre Diabolo estis. Et duxit secū suos filios. Quo docetur Christum ab He *Discessus euāgelij à Iudæismo ad gētes.* bræo populo digressum, ad Moabitas perrexisse, id est, ad peccatores, atq; Ethnicos, & demones, hoc est,ad idola. Ait B. Paulus. Vobis oportebat primū loqui ver- *Acto. 13.* bum Dei, sed quoniam repellitis illud,& indignos vos iudicat

tis æternæ vitæ:ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus. Nempè,vt impleretur illud verbũ Esaiæ. Dedi te in lucẽ gentiũ:sed dices hãc allegoriam claudicare. Quia Elimelech mortuus est apud Moabitas,& Christus non inter gẽtes,sed inter Iudæos mortuus est. Ait Augustinus nihil esse incõmodi, si in concinandis allegorijs particula aliqua textus intermittatur quandoq;, non adaptata. Vt enim per vnius folij casum non tota continuo arbor nudatur aut spoliatur prorsus,ita & sine vno aliquo verbo vera atq; integra manet allegoria. Verũ enim verò,si velis adhuc Christum inter gentes mortuum asserere,integrum est tibi. Sub Pilato quippe Gentili iudice,Christus occisus est. Filij igitur hi duo duxerũt vxores duas,idest Apostoli Ecclesias duas,ortus & occasus constabilierunt. Orpha, quæ prior vxor fuit, interpretatur superbiens ei. Quæ fuit ecclesia Orientis, quæ voluit cum Noemi posteà venire. Quod tunc contigit,cũ in Hæresim declinauit, & per superbiam defecit ad Mahometem, & reliquit Noemi,id est Christi ecclesiam. Ruth fuit ecclesia occidẽtis,id est hæc nostra. Ruth eadem interpretatur videns,quia hæc vidit veritatem. Postquàm condita est hæc ecclesia,abunde hæc mulier fructificauit:posteà viri obierunt,posteà mortui sunt Apostoli, posteà martyres,& doctores huius ecclesiæ filij. Remanserunt solæ fœminę. Hoc est in ecclesia solũ remanserunt fœmellę quædam probæ,& quidã simplices puriq; instar tamen fœminarum. Modicus numerus bonorum residuns hodie est in ecclesia. Noemi relicta est vidua. Age vero, quid faciendum est,quò renouetur ecclesia? Credin tu vero per hos paucos simplices, per hos paucos bonos, ecclesiam renouandam? Attende tantisper, & commõstrabo tibi hoc.

Esaiæ.49. et Actо.13

Orpha Ecclesia Oriẽtalis.

Ruth occidentalis ecclesia

Ecclesiæ Orbitas magna

Mortui

¶Mortui sunt viri. Apostoli mortui sunt, & illi primi viri sancti. Atqui dices mihi. Forsitan sancti homines, qui ignorantur, absconsi sunt. Equidem id nescio. Sat habeo, in mundo multos non videri. Sed contrà potius homines nequam vulgò reperiri. Residui sunt pauci simplices, qui non habentur in præcio, & hi etiam sunt pauci. Heus monache, significas ne à paucis istis orbem esse renouandum? O sapiens, quin tu id credis? O sapiens, sapiens. O stulte, stulte. An non hoc Deo integrum est? Equidem crediderim, ac de potestate eius non dissero. Sed modo facturum, valde nego. Quare? Tu nihil habes, quamobrem credere non debeas. An non aliàs & hoc Deus fecit? Ita sanè. Si ergo Deus per piscatores, homines rudes, fidem suam toti mundo persuasit, neq; quicquam de Christo sciebatur, tu debes facilius credere nūc instaurādam ecclesiam. Nolim tamen per hoc assertum immutādam esse legē, vt tunc factum est. Quo fit, vt id sit, quod assero, facilius. Dic, vt tibi collibitum erit monache, ego deniq; non credo. Si tu non credis in tuum id facis damnum. Quid tu scis? Credo tuum mihi nullum facessit negotium. Credo tuum in ecclesia non concinitur. Imo ego fortius tibi dicam. Si tu crederes forsitan ego de nostris aliquibus rebus addubitarem, dum tuam contemplarer vitam. Christi tēpore nullus ferè sapiens credidit, loquor de mundi sapientibus arrogantia plenis, & peccatis. Accede huc sapiens. Miraculum tibi videtur ingens, per hosce paucos Florentinos per Ruth significatos ecclesiam esse innouandam. A quibus te iuuat, eam renouari? Ab Orpha? id est, à tepidis? Tu cernes Orpham pedetentim abscedētem. Te tenet admiratio, & ipsa admiratio, atque ipsum credere, aliquid esse miraculum, venit ab ignorantia causarum, te-

Bonorum raritas.

Admiratio ex igno. est. 1. Metaphi. cap. 2.

ste

ſte Ariſtotele. Illam tu rem admiraris cuius te cauſa latet. Ego cernẽs ſolis eclipſim admiror, quia ipſius eclipſis cauſa me fugit. Aſtrologus autem minime miratur. Nouit etenim cauſam. Miraculum fuit, quando ſtetit ſol, quia occultiſsima erat cauſa. Neque id cauſa naturalis aliqua poterat facere.. Et quia illud ſolius cauſæ ſupernaturalis eſt, dicimus eſſe miraculum. Adeſdum ſapiens. Sat ſcis cælum tanquam graue, aut leue non cieri, iuxta philoſophos. Ego in præſentia nolo diſputare, an cælum in motum propendeat, ſed donemus modo, verè ſola angeli mouentis voluntate ipſum moueri. Dic mihi, vtrũ ſit pręſtãtius angelo, eius motum ſiſtere, an ſemper, atque eodem modo ipſum mouere citra errorem? Profectò maius eſt, mouere ipſum. Nihil tamen tu miraris, & quotidie id vides, & ſiquieſceret, quod multò minus eſt reſpectu angeli, multa te admiratio teneret. Generationem etiam hominis nihil miraris, vt quam quotidie cernis. Quòd ſi hominem ſuſcitatum à morte videres, multum obſtupeſceres, cum tamen dum generatur homo, ex nihilo anima ipſius à Deo creetur, quod eſt quid maximum. In ſuſcitatione ſolum componuntur, quæ non erant coniuncta quod minus eſt, cum ſint iam corpus & anima. Natura ſimiliter ſtupenda agit, ſed tu non attendis. Conſidera ipſam nunquam ſolennem ſibi ordinem tranſgredi, ſed ſenſim per media debita gradi, nullo intermiſſo, quæ res eſt vel maxima, minimeque à nobis animaduerſa. Ecce vitis producit primo gemmas, & folia deinde minima, dein pampinos, poſtea floſculos, deinde recludit racemulos, & acinos paulatim conformat, deinde natiuis inficit coloribus, poſt modum matureſcentibus ſaporem indit, atque perfectæ reſtant vuæ. Tu neutiquam videbis

Ioſue.10.
Eſa.28.
Eccle.46.

Motus cæli qualis.

Ingentia aliqua non miramur ob aſſuetudinem.

Mirabilis naturæ ordo quẽ ſẽper ſeruat.

vitem medium vnum aliquod prætermittẽtem,& ceũ transilientem moreq; suo decendentem. An non mirabilius hoc esset, vt subito vua fieret? Sed tu hoc non cogitas, quippe qui hæc non soles videre. Velles tu cras maturam vuam,& cras ecclesiam instauratam. Deus & natura pedetentim eunt. Natura nõ retrocedit, nisi impediatur,& hoc magnum est, neque tamen id cogitas, sed ea tibi miranda apparent, quibus videndis minimè es assuetus. Cæterum, tam sunt grãdia apud Deum illa, quàm alia quęcũq;. Modò itaque, licet hæc ecclesiæ innouatio multũ difficilis tibi videatur, videbis tamen rẽ ipsam propiorẽ fieri, procliuioremq; tua opinione esse. Quod iam iam ecce tibi commonstro. Sed sine me paululum prius interquiescere.

Matth. 13.

Res gratiæ vt res naturæ sensim fiunt ex paruis maxima ac perfectæ.

¶Simile est regnũ cœlorũ grano sinapis, Quod est per pusillũ,& seminatũ, in arborem euadit, & aërię volucres ad habitandum in ipsa deueniunt. Quis est hoc granum? Noemi, & Ruth, quę in arbores grãndes euadẽt. At vero, qui erunt isti? Equidem nescio. Facta est fames valida. Fuit magna arcanarum literarum caritas, neq; simplicitas est prędicata, sed prędicata elt philosophia, & tumidus fastus pro suggestis. Opus autem est granũ esse sinapis per pusillum. Ecclesiastes simplex, atq; supplex est perpusillum sinapis granum minimo siliquastro conditum atq; conclusum. Ridebis hoc. Dominus vult renouare ecclesiam. Granum hoc vegetatiuam habet vim, fructificantemq;. Huius grani vis fides est. Cernis hodie, quia non est fides, non fructificari. Granũ hoc in ecclesiæ initijs maximè fructificauit. Vexatum est, in arborem tamen grandem magna vi atq; naturali calore, quibus abundabat; excreuit. Apostoli enim per fidem ingentem,& exuberantiam spiritus ac feruorem, omnes conuertebant, & ad baptismum omnes populi conuola-

Concionator est ibetq; esse granum sinapis.

Fidei est vis grani sinapis

conuolabăt. Vade ad istos sacerdotes,& monachos huius memoriæ, & dicito, vt vel vnum hominem omni sua ope & virtutibus nitentes ad saniorē reducant mentem. Haud facient. Opus est prius granum esse minimum. In mentem deberet venire tibi dierum, quibus exorsi sumus concionari,cum tu aiebas. Quid istud simplicitatis est,quod nos iste docet? Ignorabas simplicitatis nomen. Et dicebas. Quid sibi volunt ista? Tandem aliqui boni credere instituerunt, & cœpit augescere hæc fides adeò, vt in arborē emerserit ramis fœcundā, & Florētiæ incœperunt iā huius arboris rami nonnulli gigni, & produci, & volucres, id est sapientes aliqui qui sursum ingenio volant, ad considendū supra ipsius grani sinapis ramos venerunt. Tu ipse vidisti. Beati illi, si tantam norint fœlicitatem. Age tantisper reuisamus Noemi nostram, & quid loquatur nuribus audiamus. Nolo enim hoc mane tàm esse prolixus, atq; fui aliàs. Est siquidem peracta hora.

Initia concionū fier apud Florentiam.

¶ Num te latet, quid Florentiæ granum fecerit? Illud est, quod produxit hunc gubernatum. Gubernatus, quem nunc habes Florentia est adhuc imperfectus, neque omnibus suis numeris absolutus, & est in eo aliquid superfluum? Loquor modo de ciuili. Dic frater, quod est hoc superfluum? Si probi essetis, vos inueniretis superfluum. Sed vos improbi estis, & inuicem inuidentes, & altero bonum aliquod afferente, alter reclamat, ne ille eum honorem ferat. Deberetis, aio vobis, breuiare consilia. Vos adeò ipsum consilium vexastis, vt nimium iam sit. Nonnihil prouidendum est, atque curandum circa conuocationem ad ipsum, ne molestiæ vobis sit. Mille modi sunt. Improba vero turba, dicit. Defatigemus ipsum, & molestum reddentes destruemus illud, & ego dico vo-

Digressio de ratiōe gubernatus Florē.

bis improbi, Deum vnum aliud cogitaſſe, quamobrem ad veſtra vota res minime reſpōdebit. Ego dixi vobis. Candidi ad res has eſtote, neque huic gubernatui aduerſemini. Vult quippe deus ipſum procedere, & opus eſt, vt Deo humiliemini. Aio vobis eum veſtræ vrbis regem, & cordi ei eſſe, vti res hæc procedat. Ea quæ bona agnoſcitis, facite in hoc conſilio, breuius que maturate illud, ne in faſtidium abire poſsit. Ego ceu parergon, incidenter hoc dixi, ob granum ſinapis quod ſupra tractauimus veniamus modo ad Noemi & nurus ſuas.

Noemi ſymb. Eccleſiæ.

¶Noemi ſignificat pulchram, & ſignificat eccleſiam, quæ eſt pulchra, & omni virtute ornata. Vides, vt Noemi hæc amanter nuribus loquatur, dicens filiæ mi. Meminiſſe opus eſt, dū nos cōcionari vobis adorti ſumus, & Apocalypſim enarrare, quàm ſimpliciter dulciloquis modis, vt eccleſia ſeſe haberet, commonſtrauiamus. Scitis me tunc dixiſſe vobis. Attendite filij mei, quales nos ſimus, & quid primitiuæ eccleſiæ nos diſtamus. Opus eſt vt eccleſia renouetur. Vos ſubſannabatis me. Velim tamen, vt attenderetis, quid diſcriminis modo ſex iam actis annis ab eo tempore veſtro iudicio ſit, ex quo nos hæc dicere incœpimus. Animaduerte, vbi tunc eſſemus, & vbi ſimus hodie, videbis multa iam renouata eſſe. Quāobrem debes conſiderare Florentiæ aliquem grandem theſaurum, atq; adeò grandē aliquam Dei virtutē latentem, & hoc efficientem eſſe. Deus ſenſim ducit granū hoc ad ſegetē. Animaduerte, vt pauci ad noſtras conciones tunc congregarētur, cum primùm concionaturi prodiuimus. Erant dūtaxat aliqui ſimplices viri, & aliquę mulierculę, veluti duo greges caprarum parui, virorū alter, & alter fœminarum. Noſtis me dixiſſe vobis. Expectate modicum tēporis, plures accurrēt, & granū ſinapis augeſcet, & grādis arbor

Initia concionum Hiero. apud Florentiam.

Hier. fructus apud Flo. per quammultus fuit.

Annota ex quā humili initio ad quā tam celebritatem et autoritatem venit Hiero.

bor fiet. Attēde modò, an granum excreuerit, & an multi bonā vitam sint amplexati. Nostis in prima lectione Apocalypsis me dixisse vobis, nos iam in finem deuolutos, & ecclesiam renouandam esse. Quod ipsum multis tibi luculentum feci, cum quia nullus in terra sanctus visebatur, tum quia bonis presulibus ecclesia carebat, & pluribus aliis, rationibus, & parabolis, quas tunc vobis tradidi, & vos ridebatis. Scitis vos admonitos à me, vt sanctę orationi vos dederetis, & visuros vos dixi crescentem Dei virtutem. Vidisti postea in dies rem per incrementa ductam, & sensim cernis progrediētem & perstantem. Vita ait philosophus est virtus quædam in re latitans viuēte, & eam à defectu vindicans. Quare tu vides ipsam non deficere. Propterea etiam hæc virtus viuit, & in dies propagabitur; & proferetur. Ego tibi comprobaui, quæ de impendentibus tibi prædixi tot parabolis, & fidem tot rationibus suasi, vt me prætereat, cur tu non credas. Quid igitur reliquum est? Nil, nisi vt rectè Christianèque degas, & primo fidem accipias, atque teneas, mox inuisibilia ames præhis, quæ huius mundi sunt, deinde, vt pudicè & sanctè agas vitam, postea, vt concordiam & pacem aduersus omnes colas, post & vt omnia æquanimis feras, præterea vt pro Christo cum res exegerit, vitam exponas. Si hoc te compares modo, beatus es. Nosti fidem esse veram, tu nequis perire. Cura, lumen fidei habere, quod est donum Dei. Cōprobaui iam, nō ab imaginatione, non à fixis syderibus, non à cælestibus corporibus, non à naturali lumine, non à scientia, sed à sola gratia, & supernaturali lumine fidem manare. Omni igitur ope nitimini, quò hanc gratiam habeatis, & beati eritis. . Christianus qui bene viuere exoptat, dicere haberet. Quid est, quod me recte faciet viuere, &

Prima Hiero. concio. ad Florentinos fuit de renouatione Ecclesiæ.

Oratio, et Eucharistia. hanc obtinere gratiam? Oratio, ſcilicet, præomnibus. Volo huic prorſum vacare. Hæc enim Deo propiorem me faciet, quàm vniuerſa alia & quò propius effectus ad cauſam ſuam appropinquat, præſtantior euadit. Poſt hanc eſt mihi frequentandum altaris ſacramentum, quod rite ſumptum, atque ſæpius, permultum ſeruat in gratia Dei hominem. Age dum, quid agendum eſt? Nos vidimus eccleſiam defeciſſe, & paucos in ea reſiduos eſſe ꝓbos, & viros Noemi, Ruth, & Orphæ oppetiiſſe diem, & Noemi velle proficiſci. Videamus modo qualiter Orpha, quæ tepidos nobis appingit venire renuat. Dixi tibi, vt relinquas tepidos, & dum iter faciemus, alterum quoddam verbum fortius tibi dicam. Perſtemus hic attēti pauliſper, & quo pacto beatam quandam ſimus acturi vitam, explicabo.

¶Dum pariter pergerent, Noemi nuribus ſuis dixit. Filiæ meæ, regredimini ad domum matrum veſtrarum. Dicendum eſt tepidis. (Ite in domum matris veſtræ.) Vos nō ex eo numero eſtis, qui Chriſtianè cupiūt, vitā *Cur tepidi inepti ad ſequendum Christū.* agere. Chriſtian⁹ vacare multū orationi, cupit. Oratio maiorem cordis candorem, & ſimplicitatem deſiderat, quàm vos habetis. Exigit purgatum exacte animum, & ab affectu terrenorum immunem, & à mundi rebus auulſum ſeiunctūq;. Itaq; Ruth, & Orpha. (Ite in domū matris vr̄æ,) & ad ethnicos mores regredimini. O monache quid tibi vis? Vis, vt omnes monachorum inſtituta, & vitā amplexemur? Minime. Sed dico. Reuertimini ad veſtras matres. Neq; enim ferre id poteritis. *Venientibus ad institutū monachorū dura ſunt ꝓponenda aſperaclare.* Opus eſt, ad inſtitutū monachorū veniētibus verū dicere. Oportet ob oculos illis barathrū ponere, & dicere illis. Hæc vita difficilis tibi videbitur. Nō licebit tibi pro tua libidine comedere, multus es futurus in orationib⁹, frequens

frequens tolerandum ieiunium, in hortum tibi absque venia non erit integrum exire. Ait itaq; Noemi. Redite ad matres vestras. Regredimini tepidi ad vestras ce remonias, quib⁹ estis assuefacti. Vobis nõ est cordi simplicitas. Reuertimini. Neque enim in tanta austeritate durare poteritis. Hęc đ interna simplicitate. Donet vo bis dñs bonos viros, idest, bonos præfectos, & bonos ecclesiastas. Respõdit Orpha Ruth. Nos tecum ire volumus. Ait vero Noemi. Imo aliis opus est præter simplicitatẽ internam. Opus est externis nudari. Hoc est, non modò affectum à terrenis abducere, & à fortunis, sed etiam ea omnia in arcis non posſideri quia superflua sunt abiicienda & fastus sunt ablegandi. Ait paulus foeminas non oportere precioso mũdo vti. Quod si foeminis interdicit hæc, certè nõ debem⁹ putare sacris foeminis voluisse interdicere rebus his, sed ꝓphanis, hono ratisq;. De sacris em̃ cõpertũ erat Nõ op⁹ est tãto fastu Christiãnè volẽti degere, sed opus est simplicitate. Foeminæ efflagitate, vt vr̃a correctio statuaẽ. Discite honestè ambulare, discite ò Christianæ à Punicis foeminis, quę obnupto vultu velamine nigro incedũt ceu ꝑsonatæ. Missa facite preciosa ornamẽta, apostolo exhortante. Et quidem si iuniores eædemque altioris notæ foeminæ ita incedere debent, multò amplius par est, vt anus ita incedant. Et si diuites foeminas decet, vt ita simplicitatem cultus amplectantur multò amplius pauperculas decet, & multo amplius viros quàm foeminas, & sacerdotes quàm laicos, & monachos quàm omnes alios. Omnia, quæ ad Christianum spectant, simplicia & pura esse debent. Domus debet esse simplex, cultus simplex. Satius ergo erit, vt ad matres vestras regrediamini. Si mecum venire vultis, nos volumus regredi ad vitam simplicem, ad vitam apostolicam. Tu poteris obiicere.

1. Thimo. 2

Ornatus christianorum qualis debet esse.

Magnificus animus cẽcionatoris Christiani.

obiicere. Tu neutiquam es apostolus. Respondit Noemi. Ego sum anus, neque haberis in me quid speretis. Verum est, me non esse apostolum. Oportet tamen; vt simus quales potuerimus. Contendat vnusquisque vitæ apostolicæ pro virili appropinquare. Nos ad ipsam tendere nitimur. Quid tu facies Orpha, id est, superbiens ei? Hi sunt tepidi intus pleni superbia. Orpha redit retrorsum & ait. Ego nolo ire. Tepidi nolunt venire ad hanc simplicitatem. Noluerunt nos audire tepidi. Regressi sunt. Et aiunt. Nos iuuat pulchra erigere cœnobia. Ipsi volunt magnificas, & speciosas ædes construere. Vade igitur lætis auibus tepide neq; enim te desideramas. Abi Orpha. Redito ad tuos ethnicos. Igitur soli remansimus cum Ruth. Videamus quid ipsa dicat.

Tepidi non bene accipiunt abiectionem tẽporaliũ.

¶Ruth oportet etiam, vt te alloquamur. Orpha tua ad auaritiam rediit, ad suos ethnicos mores, ad sua idola regressa est. Vade & tu cum cognata tua. Melius enim mihi erit soli. Propter vos enim persequutionem patior. Ruth omnino vult venire. Ruth interpretatur, videns. O vos beatos si simplicitatem hanc videritis, & intellexeritis. At hoc ipsum quandoque erit. Num de omnibus hoc asseris? Non. Verum de aliquibus. Si vos hanc simplicitatem amplecti instituitis, substantiç vestrę melius cõsuletis. Pauca expendetis. Et non habebitis superfluum. Quod retinere nullus potest, sed in eleemosynas omnino distribuendum est, si vniuersis creden 'um est doctoribus. Aio ego tibi, oportet Christianum bene agere, & mala pati, & sic perseuerare vsque ad mortem. Forma Christiani est Sipiritussancti gratia. Quæ sine simplicitate non contingit. Quapropter, cui simplicitas deficit, deficit, & gratia. Et quod alicuius rei forma vacat

Compendia parcitatis ac simplicitatis Christianæ.

Imago viua Christiani.

cat, vacat & illa re. Minime igitur ille Christianus censetur, qui non est simplex. Arbor quæ ficos, vel mala ferret quotannis, si non habet vitis formam, nullo pacto vitis nomen feret. Fructus, & operationibus interna cognoscuntur. Dum tu vides Christianum externa simplicitate vacare, integrum est tibi dicere, interna eundem destitutum esse, & à Christiani abesse forma. Accede huc sapiens. Ais tu, simplicitatem, & stultitiam idem esse. Hoc quidem valde tibi nego. Et contra assero, simplicitatem, & sapientiam esse eandem rem. Assero itidem, Christianam simplicitatem, magnam esse prudentiam. Vis hoc videre? Contemplare, quæso, vter melius viuat, Christianus simplex, an tu, vter amplius Deũ amet ille, an tu. Attende etiam vtris potius Deus loquatur, sapientibus huius seculi, an simplicibus? Lege scripturam & inuenies Deum semper simplicibus alloquutum, non hisce sapientibus. Quia cum simplicibus sermocinatio eius. Ama igitur hanc simplicitatem, & relinque superflua. Expedit enim tibi. Ah, durus est hic sermo. Et ego dico tibi, in euangelio esse scriptum, difficile esse, diuitem intrare in regnum cælorũ. Age dum, quid tibi est cordi facere Ruth? Si placet tibi nobiscum venire, superflua abiicias necesse est. Expedit tibi ad crucem venire. Vide quid facias. Ego non te ad honores accerso, sed ad tribulationem. Verum est tamen nos hilariores esse in omni ærumna, quàm sapientes huius mũdi, dùm maxime lætantur. Si igitur hoc vides nempe in tribulationibus lætitiam inessè, notum est, hoc esse supernaturale. Deberes igitur credere aliquem apud nos esse thesaurum, qui clàm te sit, qui nos hac dulcedine afficit. Optarimus nos, vt oẽs huius dulcedinis essent participes, harumq; nostrarum

De exacte Christiano loquitur.

Simile.

Simplicitas Christiana magna sapiẽtia.

Prouer. 3.

Abiectio superfluorũ necessaria & spiritualis lætitiæ causa.

Matth. 19.
Mar. 10.
Lucæ. 18.

Discrimen diuitum spiritualium & temporaliū.

opes. Non clā te est, huius seculi diuites ægre suos thesauros cōmunicare. Imo vellēt, oēs alios similibus exutos bonis. At simplex, & rect⁹ & vere Christianus omnibus thesaurum suum exponit, & donat, & gratiam, quā illi tribuit Deus, cupit ab omnibus haberi. Ex hoc igitur intelliges minime humanū eius esse thesaurū. Vellē equidem ditiores huius thesauri vos esse, quam ego sim. Et ideò tantum exclamo, tantum me meipsum vexo. Ego vos omnes adhūc inuito thesaurum. Vis ne tu venire Ruth? Volo. Pergamus modo vlterius. Faciam, vt manu contingere possis, modò te mihi attērum præstes, eum, qui hoc pacto, viuat, in hoc, atque adeò in altero seculo quietē, & tranquille viuere. Opus est, vti ob Christum crucem parumper tollas, & huic te simplicitati dedas. Etiam proceres olim irridebātur, dum conuertebātur ad fidē, & dum hāc amplectebātur simplicitatem. Quis igitur labor est, simplicitatem hanc in vita amplecti? Nos denique simpliciter viuimus, & tyrones nostri prægaudio exultant, & tanta abundāt lætitia, vt non minima eos inuadat ridendi tentatio, cui ferè non sint amouendæ. Nihil cogitant, nisi Deum, & omnino sunt exultabūdi. Ego video, vbi sit spūs. Cernis profectò vultus illos angelorum. Nam vbi spiritus est, continuò iucunditate splēdet facies. Age dum, ego volo ire, ait Ruth. Idest. Aiunt simplices. Hoc bonum est. Iuuat nos ire cum Noemi. Nos volumus ad tribulationes tendere. (Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.) subaudi, erit. Hoc est. Erimus omnes vnius cordis, vnius animæ. Omnis, qui hoc habet cor, bonis moribus assuefit, & per charitatem omnibus coniungitur. Si vos in hac Pentecoste vnum cor quietum, & pacatum facitis, polliceor vobis, intra triduum nos habituros hanc ciuitatem ordinatam, & rectè constitutam.

Mira lætitia in his q. recēs ad religiosā īstituta trāseunt.

Profecta

Profecta est Noemi cum Ruth,& perrexerunt Bethlehem, quæ interpretatur, domus panis. Proficiscamur hac Pentecoste Bethlehem. Eamus ad domum panis. accedamus ad eucharistiam rite confessi, & charitate coniuncti, & dicent vniuersi. (Hæc est illa Noemi.) id est pulchra. Hoc est dicent, qui id sciuerint. Hæc est illa ciuitas bene viuens,& instaurari,& speciosa fieri exoptans. Quot sunt, qui huc venire desiderant,& tu ignoras? Et exoriuntur iam hæc vota,& dicitur iam. Beata Florentia. Sed ipsa propter humilitatem dicit.(Ne vocetis me Noemi.) Nam revera adhuc non sum Noemi, quia in pœnitentia sumus. Neq; adest nobis adhuc spiritus ille, qui in nobis est futurus. (Sed vocate me Mara.) idest amaram. Sunt enim adhuc in nobis multa peccata.(Egressa sum,) ait Noemi, (plena,) & redij vacua. Ait ecclesia. Ego primùm eram spiritu plena, nunc autem sum vacua. Omnia siquidem aruerunt, & exiccata sunt. Erat autem tempus reditus Noemi.(Quando primùm hordea metebãtur.) Hordeũ, quod durum est, signat vetus testamentum, figurarum arcanarum plenũ, durum propter difficultatem enucleandi inde sensus. Hoc tempus est incœptum. Exposuimus enim iam vobis hoc ipsum testamentum, non vnum tantum annum, Ecce hordeum, quod metitur. Tu nil de hac scriptura nôueras. Deus misit, qui meterent,& eam aperirent. Ergo filij mei, quærat vnusquisq; hunc spiritum,& ad illũ se præparet, & ad hanc simplicem vitam, accingatur simus oẽs vnius cordis, & vnius animæ, & Deus donabit nobis gratiam suam in laudem & gloriam sui nominis, quod est benedictum in secula seculorum.

Amen.

Bethlehẽ qd.

Ecclesiæ opes antiquæ & præsens inopia.

Hordeum vetus instru.

❧ Homilia quinta habita. 13. Calen. Iunij anno. 1496. in Ruth.

Erat autem viro Elimelech consanguineus homo potens. Ruth. 2.

Elegans epilogus concionis superioris et expositionis totius. 1. ca.



IN concione superiore, dilectissimi in Christo Iesu, quam ad vestram habuimus charitatem super initia libelli Ruth, vobis explanauimus, omne compositum, quod sub cœlo est, spatio temporis consenescere, resolui, atque deficere, vt quod pugnantibus constet. Hoc ostendimus in constitutis ex elementis, animantibus nimirum, plantisque. Ostendimus item, rationem huius esse solutionem proportionis elementaris, quam sub propria forma omnia ea habere docuimus. Addidimus præterea, hac proportione sublata, omnia illa solui, atque deficere necesse esse, nisi quod in ipsis deperеat, instauretur. Commõstrauimusque necessarium esse, corruptibilia, aut omnino corrumpi, & deficere aut in nouam speciem, formamque instaurari. Aristoteli namque, omne constans pugnantibus est corruptibile. Quamobrem omne, quod compositione sub cælo constat, omnino solui, & in sua elementa reduci, aut sub noua forma instaurari necesse est. Sic ad spiritualia sermonem conuertentes, diximus, constructionem ecclesiæ, ceu corpus quoddam esse, in quo formam spiritussancti gratiam esse, censemus, proportionem, qua hæc seruatur gratia, esse simplicitatem cordis, qua deficiente, deficit ecclesia, quippe cuius harmonia continuo soluatur. In ecclesiæ exordiis erat insignis quædam simplicitas, quamobrem

Arist. 1. de cælo. t. 140

ecclesiæ

ecclesiæ corpus erat stabile, & ipsa plena spiritu. Nunc autem hac simplicitate, & puritate deficientibus, deficit ecclesia, & forma eius resoluitur. Iam non cordis puritas, nisi in simplicibus quibusdam, & in aliquibus mulierculis, inuenitur. Iam nulla forma ecclesię restat. Dum tuâ in rebus naturalibus forma permaneat periculum vis facere, fructus, & actiones contemplaris. Si frondibus se conuestit planta, & oportunis fructibus est fœcunda, ais adesse eius formam. Si vitis pro tempore neque folia, neque fructus profert, neque vlla eius visitur operatio, dicis, eius formam abesse. Ita si ecclesia operatur, ibi est forma. Sin autem opera, & fructus absunt, abest & forma. Qui non viuit Christianè, non est Christianus: quia vacat forma propria. Igitur extincta ferè iam ecclesiæ specie, & ad interitum inclinata, diximus, eam aut in suum principium reducendam, & defecturam, aut instaurandam. Ad suum principium nempe gentilitatis, regredi non potest, neque omnino deficere. Nam Antichristus adhuc non est proximus. Quamobrem asserimus denuò illam renouandam, & instaurandam. Declarauimus, & exposuimus, vt simplices, & rectos Ruth nobis exprimeret & tepidos, nequiterque de gẽtes Orpha. Vidimus tepidis, & Orphæ placere cum Noemi ire. Donec eis diceret, orandum esse. Atqui, vt loculis eius manum admoliri, & danda in eleemosynas superflua, dicere incœpit, nõ voluit cũ ea progredi, sed regressa est. Omnes in cęlestẽ patriam iuuat contendere, fortunas aũt dimittere, libet nemini. Dixi etiã deum vt olim per piscatores ecclesiã, atq; adeò totũ orbem innouauit, sic in pręsentia facturum. Quamobrem admonui vos, ne animum desponderetis. Nam & illi pauci, qui Florentiæ degũt, vniuersæ Italiæ imo & orbi

toti

toti lumen dabunt atq; diffundent. Hoc fuit primũ cap. Ruth. Cape modo alterum.

¶Memini, dum hanc simplicitatem docere pro suggesto aggressus sum, dixisse tepidos. O monache, ipsa tibi vni remanebit. Equidem nescio, video tandem plures huic simplici, & puræ vitæ sese dedisse. Sed attendite, ne faciatis vos, vt aliqui, qui domũ colentes spurcã, & sordibus plenã, excusant nostrũ suasum, & aiũt. Monachus dicit, vt simpliciter viuamus. Ego profecto simpliciter viuendum dico, non tamen obscœne, aut stulte. Simplicitas tota est nitida, tota pura. Beatus cui illa contigit. Tu sapiens non amas illam. Assero tibi tuæ vrbi necessariam. Te oporteret legibus illam abste conditis reuocare. Sed tu vsq; adeò sapientia affluis, vt toti mundò ipsa eadem tua sapientia puteat, & tetrum odorem exhalet, Attende tamen sapiens. Spontaneus, imo etiam inuitus quandoq; de simplicitate tãdem leges condes, & simpliciter viuetur, velis, nolis. Memẽto eorum, quæ te inuitum etiã facturum, dixi olim. Quæ fecisti tandẽ. Ita & hæc, aio tibi, facies. Hęc ciuitas olim probitati studebit, & ciuitati, quę ꝓbitati dat operã, opus est legibus nõ duplicitatis tot vncinis & cautionib⁹ refertis, sed quibus simplicitas statuaĩ ac seruetur. Simplicitas in omnib⁹ rebus sancta est. Non tãto fastu, atq; apparatu opus est. Exhibetur enim sensibus negotium, qui vbi moti fuerint, animam titillant, & sic homines periclitantur. Aiunt philosophi, omnem nostram cognitionem a sensibus oriri, quare si deficiatur homo sensu aliquo, tota illius sensus cognitione continuò destituitur. Qui cœcus natus est, ignorat quid sint colores, quia oculis nũquam hausit imagines ipsorum. Qui à natiuitate surdus est, nescit, quid sint soni, & voces, quia aures eius nunquam ea perceperunt. Et ideo huiusmodi homines

Simplex & pura vita christiana debet esse non item spurca, stulta ve.

Nimius fastus, apparatus christiano abyciẽdus est.

Arist. 1. Metaphi. & in fine poster. et D. Th. 1. p. q. 85. ar. 6. & 7. & Arist. 1. post. c. 32

nes, vt vides, non loquuntur. Si igitur, ſenſibus nõ offer rentur, quæ non ſunt ſimplicia, minime ad ea traheren tur, neque inde ad multa procederent ſcelera. Conde ergo leges de ſimplicitate, & tolle de medio faſtus, qui ad mala homines pelliciunt. Ait quædã gloſſa in teſta- mentum vetus, vbi legitur, Iudæis ſolenne fuiſſe, vt iu- dices haberẽt iuxta vrbis portas, hoc ideò eos feciſſe, vt dum ibi iuſta decernuntur, ruſtici atque pagani intrò non penetrarent, & pulchras ædes cæteraque aſpectu delectabilia, vnde cupido illis inceſſeret, ſimilia facti- tandi, non viderẽt. Ariſtoteles, quamuis ethnicus eſſet, de correctione puerorum loquens ait, non eſſe obſcœ- nas imagines appingendas, vt per illas pueri neutiquã, ad turpitudinem moueri poſſint. Aduerte huc igitur animum ſapiens, & videbis ſapientes, & memorabiles viros voluiſſe, vt ſtudioſè viueretur, &, vt pueri emen- datis eſſent moribus. Tibi vero non placet, de hoc le- ges ferre. Olim vbique gentium viuebatur ſimplici- ter. Ita vt neque exprimeretur verbo vlla turpitudo, neque cogitaretur. Legitur, Rachelem paſcendis gregibus cum paſtoribus operam tunc dediſſe, cum Ia- cob in domum patris eius iret, inuentamque ab eo eſſe huic curæ vacantem cum paſtoribus, cum tamen iam grandior natu eſſet. Tunc ſimpliciter homines con- uiuebant, & conuerſabantur. Sed tu ſapiens tanta a- bundas ſapientia, imo dementia, vt in omnibus mala cogites. Et eò ſtultitiæ eſt prouectus hodie mundus, vt vxores cum viris coràm liberis ſuis nil non loquantur idque aperte. Adeſt puer tuus, & intelligit illud, quod tu effutis, & incipit ſimplicitatem deſerere, & nequitia impleri. Ita in tabernis, officiniſque magiſtri coràm diſcipulis, & miniſtris omnia palàm garriunt, & illi omne ſcelus addiſcunt. Nulla iam eſt ſimplicitas, neque

Præceptũ erat Deute. 16. & frequens eſt mentio de hoc in ſcrip.

Ariſto. 7. politi cap. 17.

Priſca ſimplicitas.

Geneſis. 29.

In eos qui malo exẽplo alios corrũpunt.

neque in iam adultis,neque in paruulis. Tu ſenex improbe, ſcelerateq;, loquor tibi,qui ætate ſenex es non ſenſu vitiis mades,intus,extraq;, ac vndique putes, & tam turpiter pueris, imo & omnibus loqueris, vt par profectò eſſet vſq; adeò fuſtib' te cædi donec tua vitia poneres.Deniq; nõ eſt ſimplicitas. Et dixi tibi hæc oĩa eius ſimplicitatis reſpectu, quæ in hoc capite, quod tibi exponam hoc mane, uiſitur. Si tu ſimplicitatem hanc amplexareris, tibi conſuleres, & ſi pueros emendares, videres quantò amplius proficeretur. Sed tuæ ſtultitiæ id non placet. Agedum ſine, me modo hiſtoriam tibi huius capitis narrare, & poſtea melius tibi tuam amentiam indicabo.

Hiſtoria.2.c. Ruth.

¶ Oportet hiſtoriam narrare hiſce fœminis, & adhuc viris his qui non legunt. Dixi vobis in concione ſuperiori de Elimelech marito Noemi & de morte eius in Moab, & de regreſſu Noemi cum Ruth in Bethlehem. Hic igitur Elimelech habebat opulentum, & potentem cognatum nomine Booz, & fuit hic ex cognatis Chriſti. Chriſtus ſiquidem ab illo duxit genus. Hic tunc temporis nempe, cum Noemi regreſſa eſt, faciebat meti ſegetes.Ait Ruth ſocrui.Domina mea vadam,& ſpicilegio operam dabo,vt panem inde conficere,atque adeò vt ſic viuere valeamus. Dixit Noemi. Vade filia mea,& collige ſpicas poſt terga metentium. Vide ſimplicitatem.Non enim veretur,mittere puellã alienigenã ad ſpicas colligẽdas inter meſſores:abi nũc, mitte filiam tuam,aut etiam filium, tu videbis in ipſos iactari mille abſurda dicteria, atque ſcommata. Dixi vobis aliàs adoleſcentes iſtos, qui in tabernis ſunt cum honorabiles illàc tranſeunt fœminæ, mille in ipſas ab ſona dicteria iactare.

Procacitas cohibendá.

¶Opus eſt ò domini Octo viri, ò Florentine domina-

tus

tus,loquor his,ad quos ſpectat, vt, qui ſic moleſtia honore dignas fœminas afficiunt prius funis attractu reiectuq; penſiles torquerentur. Si vero iterum id committerent,retruderentur in Stinchas. Sed tibi non placet,neque vis in huiuſmodi ſceleratos animaduerti. Illorũ te ad ſimilem monſtras. Alioqui non id patereris. Vos quibus cura incumbit eligẽdi magiſtratus, curate ab adminiſtratione reipublicæ arcendos eos, qui nolũt animaduertere in facinoroſos. Porrigite illis ſemper albas fabas, cum deinde ad ſuffragia ventum fuerit. Et hoc pacto amouetis eos. Spargite hæc per vniuerſum populum, & facite, vt qui ad ſuffragia eligendus accedit,multis fabis albis reprobetur,ac repellatur. Hoc exigit ratio,vt populus in magiſtratus iniquos ſic animaduertat. Tu popule es dominus,& Chriſti regis noſtri vicarius, & ad te ſpectat facere, vt iuſtitia colatur.

Reuertamur modo ad noſtram Ruth, quæ erat ſimplex, ducente tamen Deo, & ſimplicitate comite in agrum Booz venit, intermiſſas ſpicas collectura. Venit dominus agri conſalutauitq; meſſores dicens. (Dominus vobiſcum. Qui reſponderunt ei. Benedicat tibi dominus.) Et ait Booz. Et quæſiuit ex præfecto meſſorum, quænam eſſet illa puella. Ipſe reſpondit. (Hæc eſt illa Moabitis, quæ cum Noemi venit,) & toto hoc die ſequuta eſt meſſores, ſpicas fugientes eorum manus colligens. Booz iſte, qui iam diu famam illius nouerat,&,probitatem conuerſus ad illam, dixit. (Audi filia mea ne vadas in alterum agrum, ad colligendum, ſed iungere puellis meis.) Metebant enim & ipſæ ibidem. Præcepi meſſoribus, vt permittant tibi ſpicas deciduas colligere, & vt nullum tibi negotium exhibeant. Illa flexis genibus gratias egit dicens. (Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam

ante

ante oculos tuos?) Tu qui nequam es, neq; ſimpliciter ambulas, male cogitabis. Quid vero dices in alio capite, vbi illa ad pedes Booz dormiuit? Tu non es ſimplex, & ideò peruerſa cogitas. Et putas ab illa procul eſſe ſimplicitatem. Ait Booz. Noui quàm bene cum ſocru tua Noemi egeris, & quomodo cognationem tuam reliqueris, & ad Dei, qui eſt apud Ieruſalem, cultum te conuerteris, & ſub vmbram alarum eius confugeris. Quapropter libet mihi, vt puellis meis conſociata ſpicilegio vaces. Illa gratias agens, dixit ſe indignam, quæ eius puellis ſociaretur. Et ſubiunxit Booz, & ait illi. Huc ades,(& comede panem, & intinge bucellam tuam in acero.)Illa aſſedit meſſoribus, & comedit, & deinde incœpit denuo intercidentes illis ſpicas colligere. Et dixit Booz meſſoribus. Sinite illam, & de induſtria è manipulis veſtris ſinite etiam intercidere ſpicas, vt illa citra ruborom poſsit colligere. Collegit ergo tantum ſpicarum in veſperum, vt poſt excuſsionẽ tres hordei modios ſit ad menſa. Ne intelligas tamen modios tales quales ſunt noſtrates, ſed potius intellige eam menſuram, quam tres noſtri quartarij redunt. Portauit ergo illos ſocrui, & ſimiliter de cibi reliquiis, quem Booz dederat. Nuntiauitque illi, ſe in agro Booz fuiſſe. Noemi dixit illi. (Propinquus noſter eſt homo.) Vade in illum agrum cum puellis eius, neque ad alium te conferas, ne tibi quiſpiam obſiſtat, & fecit ſic Ruth Donec & hordeum, & triticum collecta ſunt. Ecce litera. Videamus allegoriam.

¶ Dicamus pauliſper de ſimplicitate. Tu dicis ſimplicitatis nomine ſignificari ſtultitiam. Ego vero dico ſignificari ſapientiam, & minime ſtultitiam. Contemplemur hoc tantiſper in rebus naturalibus.

Deus à philoſophis nuncupatur actus purus, & prima materia pura potentia, & aſſerunt, iſta duo longiſsimè omnium à per mixtione remota, omniumq; ſimpliciſſima eſſe. Materia prima ideo dicitur ſimplex, quia ſua pte natura immunis eſt à forma. Et eſt lõge ſimplicior elementis. Quæ etiam ſunt ſimplicia, plantis, & mixtis, & his quæ elementis conſtant collata: ſimpliciores elementis ſunt cæli, quia minus mixti ſunt. Deinde angeli excellunt ſimplicitate cælos, attamen ſunt minus ſimplices quàm Deus, quia & angelus nõ nihil mixtionis habet. Eſt ſiquidem, vt qui creatura ſit, compoſitus ex eſſentia, & eſſe ſuo ad talem eſſentiam terminato. Habet præterea intellectum, in quo eſt eius ſcientia, quæ non eſt ipſe intellectus. Sed poſt hũc Deus eſt ſtatim, qui ſolus eſt actus purus, & omnibus ſimplicitatis numeris longe cumulatiſsimus. Quò igitur res aliqua altior eſt, & à materia remotior, hoc eſt etiam ſimplicior. Terra quia infima eſt, minus eſt ſimplex, quã alia elemẽta. Deinde ſimplicior, quàm illa, eſt aqua, & aër quàm aqua, & ignis quàm aër, & cæli, ſimpliciores ſunt, quã ignis, & angeli quàm cęli, & inter angelos ſuperiores ſunt ſimpliciores quã inferiores, vltimò Deus eſt puriſsimus, & ſimpliciſsimus. Hic eſt modus quid ſimplicitatis, qui eſt in rebus naturalibus. In moralibus autem aliud eſt ſimplicitas. Eſt enim & in his ſimplicitas. Et vocantur ſimplices craſsi quidam, & puri, qui ferè prorſus ſunt ignorãtes, & hi ſimiles ſunt terrę. Alij ſunt, qui aliqua addiſcere valent ab aliis, ſed craſſa Minerua, ſimplices & hi, & aquæ ad ſimiles. Alij qui tandem addiſcunt ab aliis, ſed ſubtilius quàm priores, ſunt itidẽ ſimplices, & aëri ſimilãtur. Alij ſunt autodidacti, ſed non adeò ſubtiles, & igni ſimiles dicas, alij & ipſi per ſe ipſos docti, ſubtilius res inuenientes, ſimpli-

Gradus ſimplicitatis naturalis.

Simplicitatis moralis gradus.

Id eſt, à ſe ipſis edocti.

ces tamẽ,& cęlis similes.Omnes hi crassiori modo simplices appellantur,per priuationẽ. Nunc autem de his nos non loquimur. Simplices, de quibus nobis est sermo illi sunt,qui opponuntur è regione hominis,qui duplex est, & improbus, atq; adeò bilinguis. Accede huc tepide, qui plenus es superbia,& extra nullas nõ ceremonias mansuetudinis iudicia ostendis. Tu es duplex & minime simplex. Simplicitas, aio tibi, est maxima quædam virtus. Vide quantum collapsi sunt mores hodie, & inuenies ad ipsos vsq; magistratus & primates grassatam duplicitatem. Loquuntur cum duplicitate, vt inuicem sibi placeãt. Loquere verò tu simpliciter, si amicus es veritatis. Prudens, doctus, astutus potest optime esse simplex, si interna exterius ostendit. Hic recte simplex est, & assimilatur cælo,intus forisque lucens per sese,& de hoc nobis est sermo. Alij autem simpliciores his,sunt illi,qui angelis sunt similes. Angelus enim est perpetuò summe simplici coniunctus, idest Deo. Ita ille,qui in hac vita gratia Deo cõiunctus est, & purus scelerum viuit,perfectè simplex nuncupatur. Hic rectus coram Deo est, & absque duplicitate vlla. Eius externa opera internis consentiunt. Habet subditum sensum rationi. Et iustè omnia agit. Est ne tibi hoc stultitia sapiens? Hic est simplex, de quo loquor. Hæc mihi videtur magna sapientia. Nam sapientis est ordinare. Et hi totam suam vitam in Deum conferunt, intus extraque. Dic mihi sapiens. Quo pacto vitam tuam ordinas, si sapiens es? Quid est,quòd peccata non fugis? Diabolica mihi est hæc tua sapientia. Non quæris siquidem, nisi terrena, & quæ sunt breui duratura. Sinite illũ, & maxime hoc tempore, cui tot rerũ conuersiones impendent. Non est profectura hęc sapientia sapientibus, non est profectura hæc sapientia

Quæ est simplicitas ab Hiero. tantopere prædicata.

Sapientia mundi.

tia florentiæ, non eſt profectura hæc ſapientia Italiæ. Tu tandem obſtas, & dicis, ſapientes nihil horum credere. Et ego dico tibi, me fortaſſe dicturum fuiſſe, meam doctrinam non eſſe Chriſti, ſi nobis hi ſapientes crediꝺiſſent. Chriſti tempore ferè ſapientes huiuſmodi non adhibuerunt illius doctrinę fidem, & ſcis, eos tūc dixiſſe. Nūquid ex principibus aliquis credidit in eum? Et ſic illam deriſui habebant. Aſſero tibi, ſapientes huius ſeculi, & ſatrapas per ſenſibilia effuſos, difficile quæ Chriſti ſunt credere. Animalis homo nō percipit, ea quæ ſunt ſpiritus. Doctrina iſtorum ſapiētum, & hominum animalium eſt diabolica. Hęc vindicta quædam eſt, quam ſumit Deus de his ſuperbis, vt lumine careant, & diuina ignorēt ſumma Dei animad uerſio in hoc mūdo ea eſt, ſi priuetur à Deo quis neceſſario lumine ad res eius cognoſcendas & dono, atq; lumine fidei orbus relinquatur. Nimirum ergo ſapiens ſi tibi nec placet ſimplicitas, neq; illā amas. Age dum, videamus parumper vnde veniat hæc ſimplicitas, & qualis ſit. Hæc, quam loquor, ſimplicitas, interior eſt. Quam cordis puritatem vocare, liceat. Hanc ſitu haberes, diuina cognoſceres. Ab hac interna, procedit exterior. Attamen quid eſt, quòd in rebus naturalibus ſimplicitas exterior nūcupatur? Verbi cauſa. In natura videmus omnes flores ex arboribus productos ſimplices eſſe. Neq; enim arbor vlla viſitur ſerta, aut ſimilia cōpoſita proferēs, ſed florem ſuū ſimplicē pro interna ſua ſimplicitate. Qualis eſt forma arboris intima, talis eſt, & extima eius ſimplicitas. Ita ſimplicitate extranea hominis, intranea noſcitur. Cum tu cernis de rhetoricis floſculis aliquē differentē, & ex arte nitentē dicere, & circa vocabula anxiū, ais, intus non eſſe ſimplicē, quia extra nō ſimpliciter loquitur. Ita cōcionator,

Ioannis. 7.

1. Cor. 2.

Cordis puritatem vocat ſimplicitatē Hiero.

Exteriori ſimplicitate cognoſcitur interior.

qui non ſimpliciter loquitur, & qui dearte dicendi diſſerit, abſte perceptus, te faſtidit, & eum hac intraria ſimplicitate vacare, cognoſcis. Oportet concionatorem ſimpliciter munus obire ſuum, ſi fructum laboris ſui optat. Vides apoſtolos, qui ſimpliciter viuebāt, tantum lucri feciſſe ſuis cōcionibus. Ratio huius eſt, quia Deo natiua noſtra, magis quam artificio, & ſtudio elaborata à nobis, placent. Nam illa ſunt ab ipſo abſq; medio, hæc licet etiam ab ipſo ſint, induſtria tamen humana parātur. Roga pictores, vtra magis delectet imago, arte elaborata, an naturalis. Reſpondebūt, naturalem plus delectare. Ita Rhetorice latēs plus delectat, quia tunc apparet magis naturalis, quàm cum patet artificium, & ſtudio plena cōſtructio. Itidem vere chriſtiano magis placet externa ſimplicitas, quàm faſtus, & ſuperfluitas. Et quia nos oportet, multis rebus arte paratis vti, vitari enim hoc non poteſt, vt domibus, veſtibus, & ſimilibus, ideo quò hæc ſunt ſimpliciora, hoc vitæ chriſtianæ propiora ſunt. Et ea re tu ne in veſtibus tantum artis, atque ſumptus ponas, quantum ſolenne eſt tibi ponere, ſimiliter neq; in domibus, ſed tantum, quę neceſſaria ſunt ibi fiant. At qui nullum hodie veſtigium eſt ſimplicitatis. Et quod deterius eſt, neq; à ſacerdotibus hæc ſimplicitas amatur. Vade ad primos ipſōs eccleſiæ primitiuæ. Videbis, non illos tot accipitres, non tot canes, non tot mulas habuiſſe. Vade, conſidera domos eorum totæ erāt ſimplices, non erigebant aureas, aut argenteas ædes. Omnia in illis erant ſimplicia, veſtes laceræ, & reſartę. Vade, & vide etiā conciuium tuorum antiquorum ſimplicitatem. Vide, an pueri eorū marſupiola bombicina geſtarent, ita volentibus parētibus, vt tui faciūt, te volente. Videbis ipſos pallia viridia geſtaſſe, & reſartas corio ad genua caligas.

Concionatori præſertim neceſſaria ſimplicitas.

Chriſtianæ ſimplicitatis laus,

Vanitatis cō temptus antiquus.

gas. Eo fastus progressum est, vt vnusquisque efferat, ostentetq; omnia quantum per vires licet. Intus foris ve, nulla est simplicitas hodie. Omnino munere publi co tibi opus est, atq; magistratu, vnde quantũlibet con uerrere queas pecuniarum, quò filiorum aliarumque rerum fastui, ex pensisq; sustinendis par sis. Tu fœmina, quorsum tot multiplicas redimicula, tantumque mundum paras. Opus est, vt occultè virum expiles. Monache, & sacerdos quorsum tibi tanti fastus, & sum ptus? Nimirum si postea sacerdotia perpetuo tibi accumulare contendas. Tu mercimonia exerces, & forum sequeris, quò illas habeas pecunias, quę ad hoc exi guntur. Vade stulte, contemplare philosophos, qui te multò erant sapientiores. Intuere simplicitatem vitæ ipsorum. Tu dicis simplicitatẽ esse stultitiam. Illi non erant stulti, magnam tamẽ habuerunt simplicitatem. Considera illos priscos, eosdemque sanctos viros, qui spiritu nobis antecelluerunt, videbis eos totos simplices. Vide itẽ an apparere illi posſint stulti, quòd simpli ces fuerint. Cui non placet hæc simplicitas, non licet christianè viuere. Nec, si nõ simpliciter viuit, aliquid spiritus habere quisquã potest. Donator siquidem spi ritus Deus, cum sit ipse simplicissimus, longe ab omni bus non simplicibus rebus abest. Si spiritum ergo, atq; adeò dominum nostrum inuenire cupimus, hac simpli citate corda nostra impleamus, & terrenis omnibus nos spoliemus. Vos videtis ecclesiam defecisse, quòd terrenis maiorem in modum intenta, spiritum perdidit. O beata florentia, si leges de simplicitate condide ris. Christiana etenim efficieris tũc, & vere religiosa. ¶Hoc eousq; replicabim⁹, donec fiat, & donec simplici ter viuatur. Non fiet in tanta nequitia, non inquã, fiet, nisi prius ensis adueniat. Vbi dominus Iesus, qui modò

Insana expẽsæ, & fastus nimij.

Philosophorũ vita confusio nostra.

Mala Italiæ prædicuntur lingua carnea concionatur, ferrea lingua concionaturus aduenerit, tunc omnia fient. Bellũ ingens superbiã deprimet, & vasta pestis fastus prosternet, & simplicitatem reducet. Nos simplices sumus, aiũt hæ mulieres. Precamini adhuc dominũ fœminæ. Obsistitur enim correctioni vestræ. Processura tamẽ omnino est. Scis me dixisse, alia abs te omnino tandem faciẽda esse. Idẽ tibi de hoc prenũtio. Quòd si per te id non erit factum, fiet per aliũ quãdoq;. Et de te summetur suppliciũ, qui pacem non curaris. Aio tibi, Deum ita velle. Tene me. Iam tandẽ aliquãdo hoc deberes capere. Vidisti enim signa ad fidem faciendã sufficientia. Atqui tibi nõ placet vt simpliciter viuatur. Tibi turpitudo fœminarũ, & puerorũ perplacet. Si pueri ad nefariũ, & contrà naturã scelus perpetrandũ irent, tu rideres. Pauper monachus ad bonã te verbis frugem reducere, nititur, & vis eum lapidare. Et nullo pacto vis ei fidem habere. Fac quę te pręmonui. Institue vitæ correctionẽ, aut à Christo stabiliendã expecta. O frater tu igitur nobis es imperaturus? Absit, sed Christus rex ciuitatis. Ego nũtius duntaxat sum eius. Oportet, me, quę in mãdatis habeo, dicere. Caduceatorem autẽ iniquũ est violari. O monache ego tibi nõ auscultabo. Fac ergo ita, & ab ipso sumetur de te vindicta, hòc maior quò tardius sumpta erit. Quia tarditatẽ supplicij pœnę grauitate cõpensat. Assero tibi, Deum velle, vt hæc simplicitas inducatur. Ipse sensim, in suos vnuscuiusque fines res perducit. Et donec abfuerit hæc simplicitas, aberit, crede mihi, abs te spiritus. Prisci illi, sanctiq; similiter viri pro virili eam quærebãt. Et vbi ciuitati in discrimine aliquo animarum positæ, atque integritati vitæ prouiderãt, arcanis se scripturis dedebant, simplicitatem quærebant, & morum vitæque puritatem. Coniice oculos in has, quas

Nuntium tãtum, non itẽ præfectũ dei se esse dicit Hie.

Valerius maxi lib. 1.

Antiqua simplicitas.

quas tibi ostendi, scripturas, & vide, quàm fuerit simplex Ruth. Agedum assumamus historiam, quam explicandam suscepimus. Ruth quid ad parandam nobis simplicitatem sumus facturi? Oportet orationi vacare, & meditationi, & quandoque etiam corporeo labore exerceri, quia non semper possumus orare. Oportet igitur, semper curam orandi habere, cùm sit scriptum, oportet semper orare. Sed opus est etiam, vt dico, corpus exercere, & oculos semper in Deum intentos habere, ne maiestatem eius in aliquo offendamus. Atten de modò, vt te hoc ipsum Ruth hoc mane doceat. (Erat autem viro Elimelech consanguineus homo potens, magnarum opum, nomine Booz). Elimelech interpretatur, Deus meus regnator, & diximus superiori capite significare Christum. Booz interpretatur, in ipso fortitudo, & dicemus etiam significare Christum. Sed quò melius rem capias, Nota personam verbi in natura dina subsistere, & in coniunctione verbi cùm humanitate naturam humanam diuinæ copulatam esse in diuino supposito, sicque persona diuina subsistit in natura humana. Est præterea tanta hæc coniunctio diuinæ naturæ cum humana in diuino supposito, vt sæpe sæpius idioma cõuertamus quod alterius est, alteri vicissim tribuentes in eodem supposito, hoc est humanitati, quod est diuinitatis, & contra. Verbi gratia, dicimus Mariam virginem peperisse Deum, & tamẽ ipsa peperit Christum, quatenus homo erat. Sic dicimus de Christo mortuo, Deus pro nobis mortuus est. Sic dicimus, Christus creauit mũdũ, licet quatenus homo est, Christus nõ creauerit eum. Et ita quod alteri naturæ peculiare est, sæpius alteri in supposito attribuitur propter suppositũ in vtraq; subsistens. In rebus etiã naturalibus, quę totius sunt parti donãtur. Vnde licet

Luc. 18.

Cap. 2. Ruht

Elimelech et Booz quomodo interpretatur.

Cõmunicatio idiomatũ mi ras prædicatiões inducit.

Actiões sunt sup. quinque tamē tribuū tur partibus,

teste Aristole dicatur, anima texit, homo tamē est, qui illa facit. Si anima mea intelligit, id supposito tribuitur, non formæ. Nam suppositum est, id quod est. Et forma est id, quo suppositum est, vt tecū qui doctus es agamus. Booz ergo significat, in quo est fortitudo, & Christū indicat, sed hominem, vt Elimelech, quod nomen interpretatur, Deus meus regnator significat, & eundem, sed Deum. Et tribuitur hęc significatio vni & eidem supposito, in utraque natura subsistenti. Est itaque quod proprie agit, non forma sed suppositū. Sunt consanguinei, & cognati, vt hic habet textus, quia diuina, & humana natura arctissimo vinculo in Christi persona iunguutur. Erat Boz hic potens, & opulentus, quia Christus, quod ad vtramq; spectat naturam, ditissimus, & potentissimus est. Ille habet opes ingentes, omnia eius sunt. Ager ipsius est. Idest scriptura tota ipsius est. Ager vnus est Genesis, ager alius est Exodus, Ager alius est Leuiticus. Et similiter de reliquis, tum veteris tum noui testamenti libris dicendum est.

Frumenta agrorū Booz quid signet.

¶Hordeum, & triticum, quod Booz in suis agris metebat, mysteria item habent. Et hordeum quidem duritiem veteris testamenti, triticum nouum indicat testamentum, quod apertius, clarius, & dulcius est, quàm vetus. Paleæ crassitudinem literę, & literalem sensum significant. Litera scripturæ apparet rudis, & inculta, & tibi rhetoricæ studiose non placet. Sed tamen si penitus ingrediaris, inuenies ibi sub hisce paleis fructum grandem. Tempus igitur erat messium. Et Ruth volebat ad spicas colligendas ire. Eamus omnes messum, Eamus ad colligendas spicas. Hoc est. Congregamini ad conciones. Collige spicas animæ, pro futuras. Iunge deinde boues, si placet tibi has spicas, & paleas triturare, idest. Cape doctores, qui sunt boues, quiq; nos

Spicilegium quid signifi.

præcesserunt

præcesserunt, & qui hanc exposuernnt scripturam. Excutito granũ, idest allegoricũ, & anagogicum sensum, & similiter alios. Si tu vis excutere virga discretionis, cape intellectus virgam, & excuties granũ, idest sensus. Et si dixeris. Nesciam. Dominus te erudiet, si tamen simpliciter rem aggressus eris, & aliorum ipse te eruditorem faciet. Subiice deinde grana molæ pistrini, idest. Intellectus volutationi, & rumina, ac recogita, cõminueq;, atq; in farinã redige. Vides nos nunc molentes, & cõminuentes scripturam hanc. Versatur hoc pistrinum aqua gratiæ. *Quomodo legẽda scriptura.* *Considerãda scriptura,*

¶Ecce autem Ruth nostra egressa est ad spicas colligendas in agro Boz, idest, in Cristi scriptura, vbi erat præfectus messorum, quidam iuuenis. Hic typum gerit doctoris aliorum, qui scripturæ huic nauant operã. Iuuenis, idest fortis, quia plenus est spiritu sancto. Messores sunt huius studiosi. Erãt etiam inibi puellæ Booz metentes. Hæ significant rudes, & indoctos, qui etiam ipsi in agro sunt scripturarũ spicilegio vacantes. Spicę à messoribus intermissæ sunt scripturarum sententiæ, ex quibus diuus Antonius vnã collegit. Nam dum concioni interesset. Audiuit illud ex euangelio, Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Collegit hanc spicam beatus Antonius Pœnitentiam amplexus est, & perfectus euasit. Ergo simplices hi in Ruth expressi, has colligũt spicas, vnde perpetuo satiant sese. Hæc est dico vobis, beata vita, simpliciter degere. Ruth non habebat agrũ, cuius meteret segetes, aut messem. Hi sunt, qui dicũt. Nobis nõ sunt codices, studere nescimus. Vade collige spicas in alienis agris, idest, vade ad conciones. Ecce Ruth dicens socrui, domina mea ibo ad colligendas spicas. Vide illã his qui maiores ipsa erant subditã & obedien- *Præfectus agri Booz doctor scripturæ.* *Matth. 19.* *Quando colligimus in alienis agris.*

tem

tem. Nõ procedit abſq; venia. Hæc illos ſignat, qui volunt bene facere. Ruth interpretatur, videns, feſtinãs, & deficiens. Videns, quia hi ſimplices vident, & illuminantur. Feſtinans, quia properant præ ſolicitudine bene viuendi. Deficiens, quia ſeſe deijciunt, & ſupplices fiunt. Demittit ſe vſq; ad petendam eundi veniam, & ſocrus ipſi eam præbet. Sic & tu facito. Liceat per te filiæ, & filio ad cõciones venire. Imo coge eos venire. Fuerunt, qui vna concione vnã ſpicam, ideſt, vnam ſententiã, vnum verbum collegerunt, quo per totã vitam aliti ſunt. Spicę etiã à tergo relictę ſunt explanationes ſcripturæ retrò à ſcriptoribus doctoribuſq; intellectu præſtantibus, derelictæ. Retro ſunt relictæ ſpicæ hæ, quę hodie colliguntur. Veni, veni ad ſcripturas. Mitte q̃ſtiones Pariſiẽſes, mitte magiſtri ſentẽtiarũ ſubtiles annotationes. Nos quęſtiones nolumus, quęſtiones nõ ſunt granum, ſed lolium, quod cerebrũ fumo fatiget, et circũrotare caput, cogat. Miſſum fac loliũ, & dum aliquam bonã ſpicam videris, dicito. Hæc bona eſt, & collige, atq; conſerua eam & dic. Hæc mea eſt. Dum eſſet itaq; Ruth in agro, Ecce vidit Booz patrem familiæ. Quod ſignat, ſi vos huic ſcripturę dederitis operam, venturũ ſeruatorem noſtrũ, aut angelũ ad reuelanda vobis multa eiuſdẽ ſcripturæ ſenſa. Atqui hodie ne pagella quidẽ eius legitur, ſed puluere plena iacet. Cum Booz peruenit in agrum ſalutauit meſſores, dicens. (Dominus vobiſcum.) Ipſi reſponderunt. (Benedicat tibi dominus.) Dices tamen. Si Booz ſignificat dominum, nõne dominus benedictus eſt? Maxime. Sed innuit, vt ſit benedictus adhuc in ſuis membris. Rogauit deinde Booz, iuuenẽ. Cuius eſt hæc puella? Dices. An neſcit hoc dominus? Scit, ſed tamen rogar dictum ſuperius iuuenem, ideſt, concionatorem, ad excitandũ ipſum,

Ruth triplici ter interpre.

Pueri & puellæ cogẽdi ad conciones audiendas.

Spicæ expoſitiones ſcripturæ à doctoribus derelictæ

Viſio Booz in agro.

Interrogatio Booz quid ſi.

ipsum, vt & Philippum in miraculo quinque panum interrogauit, dicens. Vnde ememus panes? Nempe sufffecturos. Nouerat bene dominus, vbinam esset panis. Sed id fecit, quò fidem Philippi excitaret. Ita hic. Respondit iuuenis. Ego noui eam, neque sperno eam. Hæc est Moabitis quæ venit cùm Noëmi, de regione Moabitide, idest, ipsa est quædam anima conuersa ad Deũ, relicto Moab, idest, dęmone, & ad Noëmi, idest, ad ecclesiã Dei, venit. Et venit huc. Hoc est, Bethleẽ æstate, qua calor viget. Quod significat esse aliquos, qui sese ad meliorem frugem reduxerunt, & ad simplicitatem hoc tempore æstus præsentium tribulationum, cum hordeum metitur, idest, cum vetus instrumentum exponitur. Dixit Booz Ruth. (Audi filia. Ne vadas in alterum agrum ad colligendum nimirum spicas.) Hoc significat, dici animæ. Audi dilecta mea, nẽ ad alios agros te conferas, idest, Ne ad alias conciones vadas, in quibus discrimen subire posses. O monache non igitur ibimus, alias conciones audituri? Minime gentium hoc dico. Sed ne vadas iam ad tepidorum agros, ne ad tabernam incantantium, qui semper alij detrahunt vadas. Ipsi nolunt hanc simplicitatem. Tepidi sunt nobis inimici. Vade anima mea, ait Booz (iungere puellis meis,) & insequere messores. Hoc innuit, oportere, vt qui simplices sunt, eos, qui ingenio præstant insequantur, & eorũ spicas colligant, idest, eorum verba, & commentationes. Legite, quæ potestis. Legite vitas illas sanctorum patrum, colligite eorum spicas. Vade igitur Ruth filia mea. Ego enim curaui, inquit Booz, vt nihil tibi negotij exhibeatur à messoribus. (Et si sitieris, Vade ad sarcinulas, & bibe.) Quod significat, oportere, nos adorationis aquam, vbi ministri Dei, & messores bibunt, ire,

Ioann. 6.

Aestas tribulationum typus.

Sapientes sequendi & audiendi à rudibus.

Orationis cõmendatio.

Orationis cõmendatio. ire, si nos, quia ad bonos mores & simplicitatem mi grauimus sitis cruciat, idest, tentatio ac desiderium status, diuitiarum aut delitiarum carnis. (Vade ad sarcinulas,) idest, vade ad aquã orationis, vbi famuli mei bibũt, meiq; messores. Accurre ad orationis opẽ, & omis tua tẽtatio recedet. Ibiq; sitis tua extinguetur. Sarcinulę hîc sunt, quę dorso humerisque in agros baiulãtur, operariorũ grã. Quo doceris, cũ tẽtatione premeris ad sarcinulas ire, idest ad crucẽ, quę supra dorsum portatur ꝓcidereq; ante crucifixũ, amplexari crucẽ illã, & dicere. Dñs me⁹ tot passus est tẽtatiões, tot impro peria, tot flagella, & deniq; in hac cruce mortẽ, volo & ego ęquo animo oĩa propter ipsum ferre. Si egen⁹ sum, ille maiore pressus est egestate, si derisus, ille plus irrisionũ pertulit. Gratias tibi ago domine, qui me sic illuminaris, vt ego tuam cognoscã veritatem, & scripturarum, quas nobis fides tradit, sim capax. Gratias tibi ago

Sarcinulæ quid signifi.

Lumen Dei, quantum donum. de hoc lumine, & de hoc dono super omnia. Hæc maxima est gratia Dei, in hoc mundo, nẽpe, si detur ei lumen, sicut contra id vltimũ est malorum, si priuetur à Deo lumine suæ fidei, & veritatis, & in tenebris, vt vitam degat permittatur sine gustu bonorũ operum, & sine amore simplicitatis. O Felicem illũ, cui hoc lumẽ contigit. O illum beatũ, qui hac gratia nõ est priuatus. Hic perpetuò gratias agere Deo, tenetur. Quãobrem vides hic Ruth gratias agentem Booz, & dicentem. (Vnde mihi hoc, vt inuenirẽ gratiã ante oculos tuos?) Ita & tu anima Deo dilecta age gratias creatori tuo, qui te tanto donauit lumine. Respondit deinde Booz, Ruth, & ait. Filia mea, intellexi tuã probitatẽ, & quàm bene tibi cũ Noëmi cõuenerit, & abste relictã terrã, in qua nata es. Hoc est. Intellexi, vt, relicta patria ad nostrã fidẽ veneris. Quod innuit, benefacturũ tibi Deum,

si pro-

i probitatē colueris. Respondit Ruth. Equidem non
um digna, quæ inter tuas puellas verser. Ita & tu dic
domino. Ego nō sum dignus tot beneficiis, quot abste
accepi. Vidisti tandem, quantòpere Ruth gratias ege
rit domino, & quid illi hucusq; respōderit. Videamus
modò quid deinde addat.

¶ Dominico die ad sacram mensam vnusquisque acce-
dat, affectu grandi. Adsit vnusquisque templo deuote
illo die, atque silenter. Nullum eo die verbum ociosè
proferatur, sed in laudibus diuinis expendatur totus.
Incipite iam apparere Christiani. Et quando sacram
hostiam sumitis, ponite inter illū diem, & alios discri-
men. Age regrediamur adincœpta. Attēdite, quid sim-
plicitas agat. Si christiani ad simplicitatem esse redu-
cerent, vitam angelorum viuerent. Tu autem non vis
ingredi viā rectam. Institui prius, bonam vitam te do-
cere, & hanc simplicitatem extollere. Sed tu ne incœ-
pisti quidem, & quod ad probitatē spectat, ad huc an-
alphabetus es. Tu non vis iniuriam vllam ferre. Asse-
ro tibi, eum qui probus esse cōtendat, vt obtrectatores
habeat necessarium esse. Expedit, non tam cito incan-
descere quocunque iniurio verbo. Verba non nos pro-
prio sanguine cruentāt. O pater vulnera æquius, quàm
verba ferri possent. O fili an non Christus Iesus, iniu-
rias accepit? Annon derisus fuit? An nō fuit illi detra-
ctum? Doctrina eius hoc semper habuit, vt mox ab in-
vulgatione fuerit oppugnata, & cum murmure acce-
pta, & derisa? Hoc semper hucusq; vsu venit scripturę
sacræ, atq; fidei rebus. At sine volentem maledicere.
Intra tu in scripturam hanc, intra in hanc simplicitatē.
Si hoc facis. Beatus es. Hæc te pacatū tenebit, & quie-
tum. Attēde illos, qui extra sunt, & videbis omnes huc
illuc currere, ad palatium, ad status, & nocte insuper
minime

Eucharistia.

Simplicitas angelis nos assimilat.

Iræ repressio.

Diuina semper impugnagnata.

minime dormire. Ille ait. Ad illum magistratum euo cabor. Dum hæc ego contemplor, aio. Hi impingent. Non ibi est, assero tibi, quies vlla. Quando iam tãdem illuc euecti fortè estis, non curatis iustitiam coledam. Ille ait. Habenda est huius hominis ratio, qui hac, vel illa re cõmendabilis est, & præstans. Ne sic tu, ne sic, sed dicito. Ego volo ius suum cuique reddere, quicunque ille sit. Sic vos sursum estis, & tintinabulo ad consilium toto die significa is, & duobus tabellionibus populum lassatis. Age videamus, quæ reliqua sunt in textu nostro, & quo pacto ad nos faciant, atque ostẽdant, fœlicem eum esse, qui in simplicitate scripturarũ est, atq; versatur, eamque esse veram fœlicitatem. Veni huc, ait Booz, Ruth, & comede panem. Cibo opus est tunc, cum homo est lassus. Nota, institutum monachorum esse quoddam virtutum exercitium, & in exercitio esse deuorandum laborem. Et scito monachum vocitari vnumquẽq; rectè agentem. Sed vulgò monachi nuncupantur, hi qui regulis quibusdam continentur. Quippe arctius ligantur, quàm seculares. Verum profectò ille, qui bene agit, quicunq; ille sit, potest idem nomen ferre. Si tu ieiunas, exerces tẽperantiam, si æqua nimis es, ærumnis fortitudinem exerces. Oratio deinde cunctas virtutes exercet. Et primo quidem in oratione exercetur fides, qua si vacares, minime precareris. Mox exercetur spes. Spe enim obtinendi munus à Deo, pelliceris ad orandum. Deinde exercetur charitas. Nam in oratione flãmescit cor ad Dei, quem oras, amorem. Prudentia item in oratione exercetur, quia in ea te, & tua in Deum confers & recte collocas. Iustitia præterea, quæ in hoc sita est, vt vnicuique, quæ sua sunt reddantur. Reddis enim Deo, cuius est, animam. Et ais. Domine volo deinceps propter te omnia iustè exequi.

Acceptio personarũ vitanda.

Orationis laudes egregiæ.

exequi. Temperantia etiam, exercetur. Mortificat nanque multum corpus oratio, & debile reddit, & spiritui subdit. Fortitudo item exercetur, & excitatur fortiter in oratione. Quippe dum tu feruenter oras, vsque adeò accenderis, vt libens ad martyrium tunc ires propter Deum. Excitantur adhuc in oratione septem spiritus sancti dona. Et primò quidem donum intellectus, & sapientiæ. Agnoscis, siquidem ibi mundum hunc nihil esse, & intra te despectui illum habes. Excitatur quoque donum, quod vocant pietatis, & consilij aduersus proximum. Interpellas nanque pro eo. Sic & donum timoris, quo Deo te deiicis, & reliqua tandem dona viuidiora fiunt in oratione. Hæc sunt moralia, quæ hominis spiritum focillant, cum lassus est. Mox veniunt, quæ ad ceremonias spectant, id est sacramentum altaris. In quod omnia alia ordinantur. Quapropter, hoc est finis illorum omnium, & id, quod animam cum defatigata est, recreat. Si igitur fatigatus es, veni ait Booz, & comede panem. Veni Ruth, veni anima mea ad sacramentum, (intinge bucellam tuam in aceto. (Duo ergo quando in spirituali vita lassus es, te refocillant, alterum est oratio. Vade ad sarcinulas, & bibe) orationis aquam. Alterum, esus panis mystici. Intinge ipsum in aceto, id est, summe cùm pœnitentia ipsum. Mortificato carnem, mortificato corpus, quò spiritu purgeris. Ruth itaq; comedit panem suum,) & congessit polentam, & saturata est.) Polenta hæc typus est noui instrumenti. Et fuit, inquit, saturata. Hoc te monet, vt supplicium domini nostri recogites, & bene rumines. Et tolle reliquas, vt fecit Ruth. Ipsa enim tullit residua. Dicito ergo tu. Quiete nunc & gaudio fruor. Libet denuo ad eucharistiã, accedere. Nota hic Ruth.

Eucharistiæ encomium,

Polenta noui instrumenti vmbra,

à cibo

A confessione & communione quid agendum, à cibo ad ſpicilegium regreſſam. Non dixit, eamus luſum. Sic & tu cùm confeſſus eris crimina, cumque ſumpſeris Euchariſtiam, dicito. Regrediamur ad conciones, redeamus ad ſpicilegium, ne reuertamur ad ſcelera. Cum vidiſſet illam Booz regreſſam ad ſpicas legendas, iuſsit meſſoribus, vt integrum illi eſſet id per illos, & de induſtria interdicere ſpicas ſinerēt, quò eius conſuleretur pudori. Quo docemur, dicturum Deum angelis, ſi vos pure ſanctéque viuētes viderit. Erigite ad ſpem meliorē animam illam, docete, & illuſtrate bonam illam animam. Intermittite ſpicas illi, & ſcripturę ſenſa nōnulla pandite. Vbi collegit Ruth ſpicas, curauit excutiendas. Videamns modò quātùm illa hordei primo excuſſerit. Cum meſſueris, & collegeris frumētum, defer in aream, & tritura illud. Tu hoc mane, plures ſpicas collegiſti. Audita cōcione, copula ſpicas, verba inquam, & ſenſa. Confer illa in mentem, & ibi prudentiæ virga excute, & educ fructū. *A concione quid curādū,* Dic. Eccleſiaſtes dixit, Ruth typū eſſe ſimplicitatis, & Noëmi eccleſiæ ſpicas ſcripturæ. Excutiam⁹ has ſpicas, & extrahamus fructum, ideſt ſimplicem vitā agamus. Educes tres modios, vt & noſtra Ruth fecit. Tribus modiis triadem ſacram ſignificatam eſſe, poſſemus dicere. Veruntamen intelligamus per hæc modo memoriam, intellectum, voluntatem. *Tres modij tres animæ potentiæ,* Primus modius ſit memoria. Memento beneficiorum dei in te collatorum. Memento primò, te ab illo eſſe conditum, & tot deinde ſuſcepiſſe ab ipſo bona. Incipies, & dices, Benedic anima mea domino, nempe, ob tot in me collata beneficia. Domine Deus meus, magnificatus es vehemēter. Omnes mentis meę vires dominum magnificent. Domine tu me è ſceleribus eduxiſti, tuo me lumine illuſtraſti, & ſic per omnia curre beneficia, ab ipſo tibi collata. Modius alter eſt intellectus.

Pſal. 103. De gratiarū actione,

intellectus. Perge in conſideratione operum domini, & dic.Quàm magnificata ſunt opera tua domine. Nõ fuerunt vnquam opera maiora,quàm ſint tua. Tu inueſtigaſti mirabilem modũ, quo homines in tui amorem,& in tuum famulatum pelliceres.Quã ſunt grandia opera tua domine. Tertius modius eſt voluntas. Inebria me domine, & voluntatem meam accende tuo amore. Fac,vt illo ardeam. Ego plenus ſum noſtri vindicis amore.Excute tandem ſpicas hoc pacto. Vade,conſidera bene omnia, & amore impleberis. Ruth domũ regreſſa eſt,& ſocrus tandiu hoc modo in hunc agrum eam miſit,donec hordeum, & triticum ſunt excuſſa.Hoc innuit,ſemper dum fit copia,colligẽdas tibi eſſe ſpicas,ideſt,audiẽdas expoſitiones veteris,& noui teſtamenti,ad laudem,& gloriam Dei,qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum,Amen.

❦Homilia ſexta poſtridie Pẽtecoſtes.13.Calendas Iunij anni.1496.habita.

Poſtquàm autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuam.&c. Ruth cap 3.



Omnis virtus, dilectiſsimi in Chriſto Ieſu, quæ in aliquem finem ordinatur, ſi ſola non poteſt ipſum conſequi, ſemper eget extrinſeco aliquo adminiculo, quo in ipſum perducatur.Exẽpli cauſa.Aegrotus,qui imbecillis eſt, ſi nequit virtute propria ſanus fieri,eget auxilio externo,id eſt medicina,qua ſanitatem adipiſcatur.Similiter, qui intellectu debili eſt, eget extraneo adiutorio, quo id capiat,quod per ſe non capit.Intellectus hominis,& anima intellectu prædita, ordinãtur in beatitu-

diuem, sed naturalis luminis virtus ipsius intellectus aut animæ non potest obtinere neque cognoscere per sese ipsam beatitudinem. Ope igitur aliena indiget, qua eam cognoscat, & obtineat. Et quidem q hæc eadem vis luminis intellectui natiui huic rei sit impar, cōprobamus experientia. Nam cū vis aliqua maxime nisa est, finem aliquē attingere, nec potuit, re ipsa constat, per sese hoc illam non posse, absq; aliena ope. Virtutem ægroti, qui quātum maxime potuit, conatus est morbi expulsionē, & non potuit eū depellere, dicimus adeò debilem, vt nequeat, nisi exoticis præsidiis, sanitati restitui. Ita etiā, qui disciplinā aliquā sibi parare studuit, nec potuit, dicimus, eum non parē esse, illi adiscendæ per sese. Eodē pacto, quod ad rem nostrā conducit, vidimus, naturam tanto donasse lumine naturali primos illos philosophos, Aristotelem & Platonem, quanto nullos alios. Ij si autem omni ope nisi sunt hominis finē inuestigare, nec potuerunt tamē, aut ipsum inuenire, aut cognoscere. Si ergo illi, qui lumine naturali præstiterunt aliis, summū hominis bonū, quod est finis hominis, neq; inuenerunt, neq; cognouerunt, ingenitum ergo nobis lumen per se nō sufficit, sed externo indiget homo adminiculo ad cognoscēdum, & assequēdum finē suum. Sed faciamus, solo naturali lumine posse finem cognosci, neutiquam ad hāc cognitionem venirēt, nisi homines, qui contēplationi vacarēt. Nam rudi ingenio homines studere nequeūt. Alij itē, vt ingenio excellant, studio non oblectantur. Hi quia rebus vrbanis se dediderunt, alij quia aliis distrahūtur negotijs, non possent hoc pacto finem suū cognoscere, aut inuenire. Quòd si tandem aliquando hoc modo in cognitionem finis veniretur, id longo post tempore eueniret. Nullus que iniuuēta illò perduceretur.

Homo naturalibus viribus nequit cognoscere neq, obtinere suā beatitudinē.

Ex. 1. cōtra gent. c. 4. et. 22 q. 2. ar. 4. & 1 p. q 1. ar. 1.

Ad hæc,opus est multis libris volēti suum finē rimari lumine naturali.Præterea scholæ sunt variæ, atq; diuersæ,diuersa de hoc placita,atq; ex his aliqua erroribus admixta. Et ideò haud esset facile, hoc pacto finē inuestigare.Opus ergo fuit modum facilem inuenire, quo in finem hunc homines perducerentur. Modum inuenit spiritussanctus, cuius hodie solēne festum est. Ipse inuenit modum,ipse inspirauit,& docuit superiori lumine disciplinam,quæ hominibus suum finem indicauit. Hoc est lumen fidei Christi, hæc est eius doctrina, quam bonam dicit apostolus,ad cōmutandum subdito hominē à peccato in sanctimonia insigne, ad ostendendū illi finē suū,ad reuincendos peruersos homines, & veritati repugnantes. Christus igitur inuenit nobis hoc supernaturale lumē,& extrinsecum hoc auxilium,quod cum sibi homo parat,finem suum inuenit,& securitatem,quietēq; cordis sui obtinet. Hęc est illa quies,quam loquitur Noemi Ruth hoc mane.(Filia mi quæram tibi requiē.) Cum itaq; nos superioribus cōcionibus formam Christiani esse gratiam, cum simplicitate, cordisq; munditia, quæ magnoperè audienda scriptura diuina paratur,viderimus,videamus hodie quietē, qua fruitur,qui habet Christiani formā, ut& tu ipsam in hac,atq; in altera vita inuenire posis. Exortum est in tenebris lumen rectis corde. In tenebris,inquam,peccatorum & ignorantiæ, non malitiæ prauitatisq; in qua sit obliquum cor. Esto igitur rectus si vis illuminari. Rectum illud nuncupatur cuius media nō existūt,aut ab extremis discrepāt,sed potius his ad amusim respōdent.Rectū hominem Deus in finem hominis adducit. Contēplare naturā rerū,in qua rectum id dicitur,cui nullū è mediis deficit, quod in illum finem vergat.Cape vitē generosam,habeat pros-

Psal. 111.

Rectum qd.

perum cœli influxum, nullum adsit impedimentum, hæc in naturalibus dicitur esse recta. Quid tu credis, dominum deum nostrum, illi viti facturum? Omnino in finẽ illam suum perducet, &, vt afferat vuas, faciet. Si in naturalibus hoc cernis, itidem, & multò amplius, credere te oportet, hominem bene constitutum, & recto corde coràm deo illuminandum ab ipso, & ad finẽ suum perducendum. Quamobrem nullus de deo queri põt si non illuminatur. Neq; enim ipse homo rectus est interius seu corã Deo, qui non illustratur. Ipsi est imputãdum, qui illuminationem negligit. Ille dicitur rectus esse apud deum, qui in vita sua à fine suo non discrepat, idest qui ordinat omnia sua in deũ, neque agit quicquam, quod nõ in suum referat creatorem. Si vis tu rectus esse da operam, vt recte viuas, rite cõfessus sis omnis absit macula, recte loquaris, fratri opituleris, amore & honore dei motus. Qui sic viuit, omnino illuminatur. Ait seruator. Qui gloriam quærit eius, qui misit illum, hic verax est, idest. Qui nõ quærit proprium honorem, sed dei, hic est verax, hic ordinat mentem, & linguam, & omnia in deũ, & recte loquitur, nititur veritatem dicere, & gloriam dei exaltare, recte agit extrinsecus, externa eius internis consentiunt. Hic est vere bonus, & iniquitas in illo non est. Contrà, qui propriã aucupatur gloriam, & vitiis, atque sceleribus sordet, nihil horũ curat, & improbus est. Quapropter noli mirari, si te deus non illuminat. Tu non vis rectus esse corde, tu non vis recte viuere. Quî igitur illuminari vis? Quî vis bene de rebus iudicare, & veritatẽ nosse? Age quorsum hæc frater? Quia videbis in hoc capite aliqua circa nostram Ruth, quæ nisi rectus syncerusq; sis scandalo tibi esse, queant. Videbis illam in agrum Booz noctu iuisse, eo dormiente, ad pedes eius iacuisse sine

Recti illuminantur à deo & in finem suum dirigũtur.

Ioanis. 7.

Synceros bene fortunat Deus ꝑpetuò

sine teste, &, vt eam ipse pallio tegeret, precatam fuisse. Sed quia rectà illa gradiebatur, & cum simplicitate, Deus illi adfuit, eamque seruauit. Imo & maritum ei dedit. Rectus esto perpetuò, & deus tibi patrocinabitur. Ait ille. Ego vellem inuēire confessarium bonum, qui mihi bona consuleret. Rectus esto. Et Deus te minime deseret, sed potius tibi illum dabit. At vsu quandoque venit, vt, te nolentem mūdum relinquere, neq; rectum cor, neque animum recedendi à malo habentem, sinat De⁹, ad aliquē ire, qui te, & se in inferna trudat, quia tu minime rectus es. Sic, si tu syncero animo ires in curiā, deus te illustraret, & ad recta te moueret. Cernis Ruth nostræ bene vertisse, quippe quæ rectà ibat. Age dicamus prius historiam, & mox dicemus allegoriam.

¶Nos heri diximus Ruth collegisse spicas, & domum regressam tres modios hordei attulisse. Ne intelligas, vt etiam heri monui, modios nostratibus similes, sed quales hosterno die te docui. Huiusmodi labori intenta fuit, donec hordeum, & frumenta messa sunt. (Postquam autem reuersa est ad socrum suam.) Dixit illi Noemi. (Filia mi quæram tibi requiem.) Cogitaui, cordis tibi tranquillitatem quęrere. Booz in cuius agrum ad colligendas spicas iuisti, cognatus es noster, & propinquus nobis, consulam igitur tibi filia mea. Voluit dicere Noemi. Quando iam vir tuus obiit, lex nostra vult, vt leuir viduæ, aut sanguine viro ipsi coniunctus relictam ipsam viduam ducat vxorem. Mihi iam non sunt filij. Adest Booz, qui nobis propinquus est genere. Curabimus, vt te vxorem ducat. Modò est hordeum ventilandum, quo tempore, vt aliquorum expositorum fert opinio, festum agebatur. Vade filia mea ait Noemi. (Lauare, vngere & induere *Caput. 3.* *Ex Lyra hic cap. 3.*

cultioribus veſtimentis,& deſcẽde in aream nimirum Booz,vbi hoc erit veſpere, & caue ne videaris ab aliquo. Sine,vt ipſe bene prius comedat, & hilaris ſit, & (nota locum,) quem ad dormiendum elegerit, ibique iace ad pedes eius, & ſuo te pallio contege. Percontantur hic aliqui, an hæc male egerit hîc. Et reſpondetur abſque hæſitatione, perperam egiſſe etiam Ruth, ſed amplius peccaſſe ſocrum. Hæc mit ſimpliciter. Quia animo nubendi Booz, hoc fecit, credens ſic ſolenne eſſe ibi, vt quandoque eo pacto contraherentur connubia. Ipſa erat hoſpes, & legum Hebræarum rudis. Commodùm enim à paganis receſſerat, neque aliud nouerat. Simpliciter ſe geſsit, arbitrata ſic ibi matrimonia iniri. Ecce rectitudo. Cum eò peruenit, iam nox erat. Iacuit ad pedes Booz. & leuauit pallium, atque illo ſe contexit. (Et ecce nocte iam media expauit homo.) Booz expergefactus eſt. (Viditque mulierem iacentem, ad pedes ſuos. Ne intelligas ab ipſo viſam. Erat ſiquidem nox. Sed ſcriptura ponit ſenſum hunc videndi ſæpe, vt potiorem, loco aliorum. Vt etiam Exod. 20. dicitur populum vidiſſe voces, quando Deus legem dedit Moyſi. Expergefactus eſt ergo Booz, & credidit, illam eſſe furem aliquem, aut ſpiritum, & expauit, dixitque. Quis iſtîc adeſt? Reſpõdit ipſa. (Ego ſum Ruth ancilla tua,) precor te. (Expande palliũ tuum ſuper famulã tuam? Propinquus enim noſter es. Ipſa voluit dicere. Ducito me vxorẽ. Nam ſimplici animo putabat, ritum illum ibi eſſe in matrimoniis iungendis ſolennem. Reſpondit Booz. (Benedicta es à domino, & priorẽ miſericordiã poſteriore ſuperaſti.) Prius bene te cum viro geſsiſti, & bene modò agere cum ſecũdo curas. Tu deſideras

Et Dio. Cartuſi. Contra Lirã qui excuſant ſolam Ruth & contra Abulenſem, qui excuſat vtraſq; cap. hoc. 3. q 13.

Viſus pro aliis capitur ſenſibus quãdoq;. Exo. 20.

ras semen illius suscitare, omnis qui intra has portas huius ciuitatis est, scit te insigni esse probitate, tu non sequuta es iuuenes, aut diuites. Equidem senex sum. (Nec abnuo me propinquum,) tibi nimirum. Ego non recuso, propinquitatem mihi tecum intercedere, neque id erubesco, quamuis tu pauper, quam vis ego im diues. Non fecit Booz, vt multi diuites, qui si cognatos habeant pauperes, nolunt ipsos videre. Deinde dixit Booz. (Est alius me propinquior.) Si te ille noluerit ducere, ego te proculdubio vxorem ducam. Dormi hic vsque ad lucem, & mane ego illi loquar. Vt igitur aurora appropinquauit dixit Booz Ruth. Vade filia mea, & caue ne videaris ab aliquo, deditque ei sex modios hordei, ne vacua rediret. Ipsa per tempus domum rediit, & narrauit socrui rem omnē. Quæ respondit. Sine illum, neque enim quiescet, donec re voti compotem fecerit. Ecce historia, modò accedamus ad allegoriam. *Cognati & propinqui pauperes non despiciendi.*

¶ (Filia mi quæram tibi requiem, & prouidebo, vt bene sit tibi.) Anima mea, ait dominus, si mihi fidem habere volueris, quæram tibi requiem, & vt tibi bona affluant, curabo. Habebis talem, & tantum thesaurum, vt omnes mundi thesauros asperneris. Si tu hodie nunc Spiritum sanctum habueris, & amore impleta fueris Christi, beata es. Nusquam in hoc mundo quies vlla, nisi hîc, hoc est, in Christi, & simplicitatis amplexu, totum hominem ipsi Christo ex animo copulante. Qui hoc facit finem suum inuenit, neque aliquid huius mundi desiderat. Viuit liber, & absque timore. Quid ergo opus est, nisi vt simplicitatem habeamus cordis, & synceri simus, vt nostra Ruth? Et Deus non sinet, nos vspiam labi. Sed increduli *Vbi quies hominis in hoc vita.*

his non assentiuntur. Tu incredule in die iudicij nihil habes, quod excusare queas. Tu dices verba illa tūc aliter. Nihil tibi versutię tuæ proderunt. Atqui si rem penitus inspiceres modò, agnosceres errorem tuū. Aiunt philosophi, negari non posse, quæ manant à lumine naturali. Verbi gratia. Omnia in quibus alicuius speciei vniuersa indiuidua, vt isti vocant, conueniunt, dicunt eidem speciei naturalia esse. Id quod vniuersis hominibus est commune, vt posse ridere, posse discere dicitur naturę humane natiuum, & genuinū. Omnes enim homines eiusmodi sunt, fueruntque, vt ridere, atque discere integrum illis sit ac fuerit. Ouibus etiam naturale est, vt ruminēt, & mites sint. Similiter prima principia sunt homini naturalia, quippe quæ nota, & credita sunt omnibus, verbi gratia, Non posse esse, vt idem sit, & non sit omne totum maius esse sua parte. Quære ex his vnumquenque, num ista ita habeant. Respondebitur tibi ab omnib⁹, ita habere. Naturale igitur hoc est omnib⁹ hominib⁹, bonā voluntatem esse, quę bonū faciat vnumquēque, & sine illa nō esse aliquem bonū virum, neque aliquod opus bonum, quippe quod ab omnibus ita iudicet. Quære ex quolibet, an illius opera qui malo animo bona, ageret bona vocarentur. Verbi gratia, si eleèmosynam daret animo fornicandi, & cū ea congrediēdi, quam à miseria eleèmosyna subleuat, vocaresne illum bonum hominem? Omnes homines improbum vocitabunt illum ob volūtatis vitium. Cōtra vero, qui bono est animo, vt hic nostrā Ruth, licet per ignorantiam labatur aut per simplicitatem non vocabit eum aliquis malum, quia bonam habuit mentem. Quæ ergo vocatur bona voluntas? Quæ ab amore manat.

Quando aliquid dicitur naturale.

Bonitas operis sine bona voluntate nō potest dari in indiuiduo.

Sapien. 1.

¶ Amor ducit voluntatem bonam. Qui Christū amat rectàs

rectà graditur, quamobrem bene ait sapiens. Sentite de Domino in bonitate. Habete bonam voluntaté bene agendi. Dicit ille. Mihi est bene agendi voluntas. Respondet. S. Thomas huic, & dicit. Non voluntatem, sed nouo verbo velleitatem esse illam vocandam. Loquor de his, qui mente non recesserunt à peccato, non de illis, qui secum ipsi disceptánt, & fragilitate quandoque vacillant, propter quod non amittunt nomen bonorum. Bonitas in voluntate est. Et ideò non dicit, cognoscite, quod ad intellectum pertinet, sed sentite de domino inbonitate, quod spectat ad cor. Sentite internè nēpe in corde, aut volūtate. Hinc procedit, hoc est, ex hac bona volūtate simplicitas cordis. Nā qui bonus est, est & simplex. Vnde, qui non est simplex nō est bonus, à destructione cōsequētis ad destructionem antecedētis, vt isti logici dicūt. Quando homo intus extraque sibi ipsi consentit, vocatur simplex, quia duplicitate vacat. Veritas etiam à philosophis, vocatur vna. Quia veritas nihil simulat, nō est duplex. Veritas, & bonitas vna est. Quamobrem si quispiam mendax esset, non iudicaretur bonus. Simplicitas igitur vna est tota, quanta quanta est, atque id ipsum habet bonitas. Et ea re subiunxit sapiens. Et in simplicitate cordis quærite illum.

Sapien. 1.

Qui non est simplex non est bonus.

¶Exigitur etiam exterior simplicitas in externis, vt ostendimus, in domo, in verbis, in amictu, & denique in omni re externa. Externa simplicitas internā significat. Si esset monachus qui preciosis, & præter modum elegantibus vestibus incederet amictus, mox, vt visus esset, admirationem sui in omnibus excitaret. Foris nāque ostenderet, se non esse intus simplicem. Quid tu diceres de eo, qui sanctus haberetur, & præsul esset, & splendidis vestibus vteretur? Vbi illum vidisses, pro-

Ad veram probitatem cordis et corporis simplicitas exigit.

Vera sancti-tas vanitatis aspernatrix. fecto mox diceres. Hei mihi hic sanctus ille est? Sic etiam cum tu de rhetoricis annotatiunculis, & flosculis videres agentem, tu intra te digeres, ille simplicitate interna vacat. Interna enim externis patefiunt. Opus ergo est præterea, exteriori simplicitate. Sed si vis hanc rerum externarum simplicitate habere, oportet quantum potueris, affectum à seculi huius rebus abducere, quia nequeunt hæc relinqui, nisi prius affectum illarum abiures. Porrò qui vult mundum, Deumque pariter amplexari, tentat Deum, vt qui ea, quæ in idem nō cadunt iungere nitatur. *Sapientiæ. 1.* Quamobrem subdit, & ait. (Quoniam non inuenitur ab his, qui tentant illum.) Et tentare illum; id est, Deum, est frustra niti illo pacto habere ipsum. *Diuitiarum contemptus.* Hinc efficitur, oportere, vt curam ditescendi abiicias, si hac simplicitate Christianus esse velis. Diuitiæ siquidem magnum studium exigunt. Vita item Christiani studium grande postulat, nec duobus dominis *Matth. 6. et Lucæ. 16.* seruire quis potest. Confide itaque Deo, & largire superflua, & nihil paueas, te à Deo desertum iri, vt pereas, aut necessariis destituaris rebus. *Matth. 6. Lucæ. 12. 1. Pet. 5. et Psal. 54.* Ipse enim sua prouidentia alit volucres, & multo amplius curæ illi sunt homines. Cura simplicitatem, & bonitatem, habere, & Deus te in tuum finem diriget. Si enim ipse cuncta rationis expertia atque omnia naturalia dirigit, multò potius hominem diriget. Alioqui tollere oportet ab illo mundi prouidentiam. *Prouidentia dei erga homines.* Si igitur Deus dirigit homines in finem ipsorum, multò maiori iure probos diriget. Atqui melior vero, & simplici Christiano est nullus inter ipsos homines. Deus igitur non sinet ipsum aberrare, & in suum finem diriget atque perducet. Christiana religio facit hominem probum. Nam perfectam eius voluntatem in

Dei amore atque proximi reddit. Ipſa tribuit homini animum ad ſpernendum mundum propter Chriſtum. Quapropter Chriſtus dirigit huiuſmodi hominem in finē ſuum, potius quàm alios. Si Deo hæc prouidentia deeſſet, id profectò contingeret, vel quia non poſſet, vel quia neſciret, vel quia nollet eos curare. Eſt autem dictu perabſurdū, ipſum, aut non poſſe, aut neſcire, quia omnipotens eſt, & ſapientiſsimus Eum vero nolle probis hominibus conſulere, atque proſpicere, incommodum pariter ingens foret. Eſt enim ipſe ſumma bonitas. Bonus ergo cum ſit, illis proſpiciet. Attende, quæ tibi dixi. Dede te huic ſimplicitati, & Deus tibi hunc Spiritum ſanctum donabit, vt hodie Apoſtolis ſuis donauit: quia eos ſimplices puroſque inuenit. Scripſit Chriſtus in cordibus apoſtolorum finem ipſorum, neque permiſit, eos aberrare, donec ipſos in ſuam ipſorum requiem perduxit. Sic vos etiam perducet in veſtram requiem, ſi vos voletis.

Mira dei prouidentia de charis et electis ſuis.

Simplicitas præparat nos gratiæ.

¶ (Filia mi quæram tibi requiem.) Equidem anima mea gaudium tibi quæro, ſi tu velis tamen. Omnis naturalis motus quærit quietem. Lapis in centrum mouetur, & quiete habita, non mouetur vlterius, neque aliud deinde quærit. Cor noſtrum in beatitudinem fertur, & ipſa eſt finis eius, & ipſa inuenta conquieſcit. Tu cuius quæris requiem, & omnia ad ipſam refers. Vade, & vide vbi hæc quies reperiatur. Quæſiiſti rem familiarem, atque ſubſtantiam, quæſiiſti honores, quò quietem inuenires. Inueniſti iam ipſam? Vos ergo toto cælo falſi erratis. Debetis potius dicere ſinguli Quid ago? Vellem ego quietē, & quæro hono res? Eſt ne quies hîc? Non. Ego quæro ſubſtantiā.

In vno deo requies hominum.

Eſt

Eſt ne hîc quies? Non. Quid volo facere? Moriendum eſt. Omninò ſatius mihi erit, in viã ſimplicitatis intrare & meã ipſius requiem inuenire. Cogita bene verbũ hoc de futura omninò morte. Hîc eſt bonorũ omniũ ſumma. Cogita etiam, Deum orbis vniuerſi res condidiſſe, alias aliis prçſtantiores, alias ignobiliores aliis. Sed quæ Deo ſunt propiores, eædem ſunt & abſolutiores, & quò magis ei appropinquant hòc perfectiores euadunt. Deus tandem eſt in ſummo perfectionis gradu. Attende deinde omni rei ſuum eſſe motum, præter Deum vnum, qui eſt ſtabilis, & æternus, & mouet omnia alia. Angeli non locali, & corporeo motu ciẽntur vt corporea, ſed voluntate. Cœlum corporeo motu agitatur, ſed locali duntaxat. Deinde quç materiam habent, non ſolum corporeo, & locali cientur motu omnia, ſed multis aliis modis motuum, hoc eſt alterationis, augmenti. &c.

Omnia præter deũ participia ſunt motus.

¶Et quò plus à Deo recedunt res, plus motui ſubduntur. Quàm es igitur ſtultus, ſi in his rebus tam obnoxiis motui hoc loci quietem inuenturum te credis. Tu quæris opes, quò quietem habeas, ipſæ autem maiori agitatione te diſtrahunt. Vade, conſidera, qui diuites ſunt, aut fuerunt, & qui magnos adepti ſunt honeres, quieſcant ne an ipſi potius agitentur, & irrequieti ſint. Si tibi eorum cor pateret, diuitias plane fugeres quòquò terrarum poſſes. Sed tu non inſpicis niſi extrinſecus parentia, & quç ſpeciem faſtus, & oblectationis habent, & bona hæc eſſe quandoque decernis, & falleris. Hoc loci aſſero tibi, non eſt requies.

¶Si quies tibi eſt cordi, ad ſuperna cõuertaris, neceſſarium eſt. Adhære Deo puritate, & ſimplicitate, & inuenies quietem. Omninò neceſſe eſt, Deo iungi eum qui appetat quietem, & finem ſuum. Dices vero tu philoſophi

Fruſtra perfecta quies in hac vita quæritur.

Philoſophi ſeſe Deo pro virili adiunxerunt, attamen non inuenerunt finem ſuum. Reſpondeo. Minime ab illis hominis finem fuiſſe cognitum, quia fidem Chriſti non crediderunt, neque bonitatem Dei tantam eſſe, vt homo fieri vellet, aut mori propter ſalutem hominum. Dico tibi filia mea, anima mea, ait dominus, fidem Chriſti eſſe, id quod ad finem ſuum, & ad ſuam quietem hominem ducit. Accede huc philoſophe. Non credis tu hoc? Quæ res illa eſt, quæ tibi eſt Deus. Prima cauſa, primus motor, primum principium, gubernator vniuerſi orbis. Quæro igitur ego ex deo iſto. O vniuerſi mũdi De⁹, ego abs te quæro, quo pacto viuẽdum nobis ſit recte ne an praue. Reſpondebis. Recte vt viuamus, te velle. Bene ſane. Peto deinde, quod iſtud bene viuere eſt? Libidinibus & luxuria diſſolui? Auarum eſſe? Eſſe ſuperbum, & multa alia ratione repugnãte facere, eſt ne bonum, an malum? Malum. Sanctè, & purè viuere, eaque quę ſint rationi conſentanea facere, eſt ne bonũ? Eſt. Placet tibi nos hoc pacto viuere? Placet. Vis nos ſecùs facere? Minime. Age vero, ſi tibi, vt nos ſic viuamus placet, oportet rem aliquã, quam ſenſu capere queamus des nobis, vt illa ad bene viuendum moueamur. Nos ſiquidem à ſenſibus mouemur. Ego omnia cogitatione ſum peruagatus, oẽs ſcripturas euolui, neq; quicquam reperio quod vt melius viuatur faciat quàm Chriſtus facit. Hoc illud ad bonam vitam eſt inſtrumentum. Si ergo inſtrumentum hoc ad meliorem nos vitam traducit, quàm ea ſit ad quam omnia alia nos ducunt, vt ipſum arripiamus expedit, atque adeò vt, quæ ipſum inſtrumentum, id eſt, Chriſtus ipſe dixit, credamus. Sed ipſe dixit, ſeipſum eſſe Deum, Deus igitur ipſe eſt. O tu qui mundum gubernas, dic mihi ſit ne

Chriſti diuinitas mõſtratur.

Altera ratio ad idem.

Chriſtus

Christus Deus, an non? Si ipse non est deus, & ille, qui nos vt bene viuamus facit, dixit esse Deum, imposuisti ergo tu nobis, qui organum fallax dederis, quo bona constitueretur vita. Da nobis aliud, si hoc idoneum non est. Tu mundum regis, tu nos gubernas, quare ergo non dedisti nobis aliud organum? Nos videmus Christianos fratres nostros meliorem vitam agere, quàm Aristoteles, & plato egerunt. Igitur si tu neque dedisti nobis, neque das instrumentum aliud ad bene viuendum, opus est dicamus, & sic fatemur, hoc verum esse instrumentum, & verum Deum, vt ab ipso dictum est. At qui non potest esse nisi vnus deus, vna prima causa, vnus primus motor, vt probari potest, Christus ergo Deus est, & prima causa, & primus motor, & totius mundi moderator (Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitũ daret.) Nempe in multorũ salutem. Letamini itaq; filij mei, letamini probi, Christus enim est deus. Quid ergo vltra pecuniis tibi opus est? Quorsum attinet, plures iã diuitias quærere. Quorsum plures honores? Quæramus Christum. Hic enim est opulentia nostra. Hic est infinitus thesaurus. Imponamus dorso crucem, nihil persecutiones timeamus. Sat nobis est, certò scire Christum esse deum. Sat nobis est scire si eum sectati fuerimus, in cælestem nos migraturos patriam? Quid vltra volumus? O domine an hoc esse potest, vt nos tàm simus duri? Mitte nobis domine, mitte Spiritum hunc, quo te amemus, cognoscamus, atq; adeò sequamur. Libuit mihi hæc in hunc textum tibi præfari, sed sine me tantisper animam resumere, & ea tibi explanabo.

Euangelium huius diei qd est, Ioan. 3.

Speciosa collectio.

Opes et quies Christiani in solo Christo.

Beneficij incarnationis exaggeratio elegans.

¶(Filia mi quærã tibi requiem.) Crede mihi, ego tibi requiẽ quæro? Sequere Christũ toto corde, nõ tepidè, sed feruidè. Vides filia mea hunc Booz? (Propinquus

noster

noster est homo ait Noemi Ruth. Ac si diceret. Atten de anima mea Christum, quem Booz refert, factum esse propinquum nostrum. Ipse homo factus est, & nostram assumpsit carnem. Hic ille Deus est, qui cœlum, qui terram fabricauit, qui primum est principium, &, vt ait philosophus vniuersi mũdi gubernator. Hic noster propinquus est. Ipse ad nos asserendos, & sospitandos venit. (Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum,) in hoc primo aduẽtu. (Sed vt saluetur mundus per ipsum,) vt testatur hodie euãgelium. Medicus misit medicinã, qua ægrotum sanaret. Quid ergo opus est facere? Credere. Ego credo, ait ille. Tuum credere, & tua fides mortua sunt, quippe quibus non adsint opera. Fides sine operibus mortua est. Recogita ergo semper, & rumina, & dic. Deus meus denique venit in mundum, & factus est homo, mortemque mea causa obire voluit. Lux venit in mundum. Sed vos amatis magis tenebras, quàm lucem. Venit Booz propinquus noster, venit Christus, & frater noster factus est. Dicit modo Noemi nostræ Ruth. Ibis ad aream vbi hordeum Booz ventilat. Tempus ventilandi hordeum significat hoc tempus, in quo ventilatur, & explicatur instrumentum vetus hordeo significatum. Excussio trituratio que ipsius significat vexationem. Vidisti nos expositionem veteris instrumenti adorsos in tempore vexationis, atque tribulationis. An non institui tibi ventilare & excutere hordeum hoc, & vetus instrumentum durum, vt hordeum? An non prædixi tibi venturas tribulationes? Maiores ad huc venient. Ventilari ergo hordeum significat ecclesiam renouatum iri. Persuasum ne est tibi, deum relicturum suam ecclesiam, vt in deteriora in dies labatur?

Iacobi.2.

Ioanis.3.

Tempus ventilandi hordeum quid signet.

Ne

Ne credas. Opus eſt uentilari hordeum. Annon vides tot Turcas, tot Paganos, tot deinde Chriſtianos nequam? Non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Crede eccleſiam innouãdam, & hoc hordeum ventilandum. Crede, aio tibi, hanc doctrinam veram eſſe, & à Deo. Ego toties id tibi inculcaui. Tu non vis adhuc fidem adhibere, ſed odiſti illã potius. Quia, qui male agit odit lucẽ, ne videatur. Cape monachũ, aut laicum bonæ vitæ, & ad concionem veniẽtes, ipſi non timent concionem, ipſis non eſt inuiſa concio, vt tibi. Quia lucem amant, deſiderant bene viuere, & vt recte ab omnibus agatur cupiunt. O monache qui vis tu fidem adhibere huic tuæ doctrinę? Video enim hic multa ſecum ipſa pugnãtia, & rationi diſſona. Attende modò pauliſper, & hac te dubitatione abſoluã. Si vnquàm ad bonam vitam præparari te oportuit, nunc maxime opus eſt, cum rei vnius fides te ad bonam frugem reducit. Crede, & ne mouearis, quamuis tibi illudant improbi. Igitur, aſſero tibi, à nobis prædicata, ſiue futura illa ſint, ſiue præſentia, licet deriſioni ſint habita, eſſe tamẽ omnino vera. Et ipſa noſtrorum deriſio debebat te maiorem in modum, atque amplius in eorum fide ſolidare. Omnia nanque alia, quæ Deus per ſuos prophetas prędici fecit, deriſa fuerunt. Poteſt ergo tu tibi ipſi perſuadere, & iudicare, ab eodem cum illis lumine iſta proficiſci. Caue ne, quia irriſa noſtra hęc eadem dicta videris, aut quauis alia de cauſa te latenti, te ſeduci, aut falli ſinas, & ne laqueum incurras. Obſiſtitur enim nobis argumentis. Scito in Dei rebus aliquem ſemper eſſe laqueum, quo comprehendantur praui, qui rectà nolunt ire. Neque id mireris. Scriptura enim hoc dicit. Dic mihi. Nunquid nõ omnes creaturæ bonæ ſunt? Maxime. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat,

Pſal. 13. *Ioãnis. 3.* *Oſores concionũ qui ſint.* *Diuina ſemp habuerũt deriſores.* *Geneſis. 1.*

cerat,& erant valde bona. Quare ergo dicitur, creaturæ Dei factæ sunt in odium? Quare tu creaturam aliquā odisti,si à Deo bonæ sunt conditæ vniuersæ & singulę? Ille diras imprecatur serpēti, & odio habet illū. Et ait. Quare Deus fecit serpentes? Omnes creaturæ sunt bonę,& Deus frustra nullam fecit. Deus per varietatem creaturarū vult,vt tu infinitam eius sapientiam contempleris. Sed tu,qui rectus non es,& corde es prauo,his creaturis,quæ bonæ sunt irretiris,illaquearisq;. Scripturas itē suas omnes rectè Deus cōposuit, & concinnauit,sed prauis,quippe qui peruersa sunt voluntate,sæpe sunt decipulæ,& laquei, quibus comprehēdantur,& male habeant. Arius,vt qui deprauata erat volūtate,&quæ contra aduersariū essent in scripturis quærebat sacris, inuenit textum tandē illum, Pater maior me est. Et ibi illaqueatus est, & comprehensus. Vnde postea hæresis Arianorū pullulauit. Idem vsu venit Iuliano apostatæ circa textum illum Lucæ,vbi habetur, Ioseph fuisse filium Heli. Cum Matthæus dicat, fuisse filium Iacob. Quamobrē dixit inter euangelistas esse dissidium. Sed qui peruerso animo est irretitur,& scripturæ sunt illi pro laqueis. Ita etiam dicit glossa super textum illum psalmi. Sagittas suas ardentibus effecit. Et in eo parauit vasa mortis,rectę nō gradientibus scripturas esse laqueos,quibus implicentur, & in mille errores labantur. Christus itidem in vita sua multa faciebat,quibus illorum intellectus,qui recti non erant, intricabantur,& maxime quando dixit. Caro mea verè est cibus,& sanguis meus verè est potus. Et,nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem,non habebitis vitam in vobis. Ad hæc verba discesserunt omnes illi, qui audierunt, præter duodecim illos apostolos, & intellectus eorum intricatus fuit, &

Sapien. 14.
Praui, vel optima in occasionem ruinæ accipiunt.
Arij hæresis
Ioannis. 14.
Iuliani hæresis.
Lucæ. 3.
Matthæi. 1.
Psal. 6.
Ioannis. 6.
Ibidem.

Ibidem. dixerunt. Durus est hic sermo, nẽpe de Iesu carnis istius hominis. Sic item intrepide quandoque concionabatur, quandoque propter pharisæos ex alia ciuitate in aliam fugiebat, timorem præferens. Quod in exemplũ dilectis suis præstabat, quo doceret, eos quandoque fugere, quandoq; persistere prò necessitate rei. Edebat alioqui miracula, & cõcionabatur, & detestabatur multũ, aq; carpebat peccata. Aliàs autẽ conuiuabatur apud publicanos & peccatores ita, vt qui corã Deo nõ satis fixus & rect⁹ erat huc illuc nutaret, ac decipi posset. Op⁹ igitur est fundamentũ iacere. Deus scripturã condidit, quãobrẽ bene conditã esse, est necessariũ, & præterea ipsa errare non poterit. Et si locus hic mihi in ea apparet extraneus, aut dissonus, meus est defectus, qui non capio. Ita tempore Christi recti videbant ipsum facere opera diuinitatem ipsius indicantia. Et licet posteà aliquid viderent, quod iudicare nescirent, aiebat tamẽ vnusquisque ipsorum. Hoc equidem non capio. Ita si quid est in præsentia, quod tu non percipias, ne oculos illò conticias. Intuere iu vitam rectam, & vide num te hęc, quæ geruntur, & dicuntur ad bonam frugem reuocent, & an fidei sint consona orthodoxæ, arcanisque literis, & deinde dicito de cæteris. Ego hæc non intelligo. Ne te illaqueari sinas. Quæ tu nequis capere, cui adest almus ille spiritus, intelligit. Videbis adhuc obscuriora & magis dubia. Videbis Lunam obscurari, & Solem. Videbis ensibus & cultis pluere, Videbis tot populos in te irruentes, vt capilli tui horrorescant præ pauore. Tu videbis pręsidiũ nullum aliud esse, quàm id, quod tibi prædixi. Sed liceat mihi paulisper interspirare, & prosequemur historiam.

Scriptura sacra cur infallibilis veritatis.

¶Tu neutiquã credis hæc. Sunt plures stulti, qui tot viderũt signa à Deo illis exhibita, & neq; sic, volũt fidem adhibere.

adhibere. Tu non capis hæc. Scio quid cogites. An me ignorare putas? Scis tu latrunculorũ ludum? Cum se quispiam hoc ludo oblectat, nititur, aduersarij fictique regis in fictam necem comprehendere, & vsque adeò huic cogitationi, & voto impendet, vt non videat colludentis intẽtatum ictum, neque priorem suum ipsius regem mortem omnino iam iam obiturũ, quam collusor vrget eodem momento temporis. Qui extra ludũ est, vtrumque videt, & quis sit ludo victurus, cernit. Ita & ego nunc dico tibi. Ego extra ludum sum, & prædico te ludo hoc vincendũ qui victurũ te existimas. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Tu habuisti huius rei præsagiũ, tu non vis credere. Ego tibi iam aliàs hoc dixi. Admoneo te, certioreq́; facio, Deũ cum suis angelis destinasse bonũ Florentiæ inceptum augere. Et qui ipsi obsistet, male habebit. I, nũc, & dic, me tibi male velle. Prædixi tibi, ludo te isto vincendũ. Vos in oratione habetis, si vultis, præsidiũ. Vacate precibus, & nihil vereamini. Dico enim vobis, hoc opus tota Italia inuulgandũ, & toto orbe. Nos hîc sumus, & habet, aio vobis, hoc opus ea fundamẽta, vt omnino sit processurũ, etiam si totus orbis illi obstet, & principes vndiq; ipsum impugnẽt. Age ad incœpta redeamus.

Simile ex ludo latrũculorum ductum

Apoc. 2. & 3.

¶(Lauare, & vngere, & induere cultioribus vestimentis.) Filia mea, ait dominus, vis tu requiem cordi tuo inuenire? Ne istos imiteris, qui rabiei cochleari edũt. Bene sanè. Quid ergo sum factura? (Lauare & vngere.) Lauare lachrymis præ dolore criminum tuorum expressis. Lauare optime. Cõfitere pecata corãm sacerdote. Accede hac Pentecoste ad sacrã mensam, & vngere spiritus sancti oleo. Accepisti ne illũ hoc Penteco stes festo? Maxime. Sed non ea affluentia, qua adhuc ipse est venturus. Ipse maxima exuberãtia est suo tem

Ruth. 3.

Pœnitentiã & eucharistia.

pore venturus. Precemur, vt in id temporis omnes ser uemur, si fieri potest. Ablue, inquam, crimina tua. Et dicito. Ego deinceps peccatum nullum volo admittere. Nolo vltra terrenis vllis affici. Nolo vero, vt curã eorum, quæ opus sunt, abiicias, sed vt opera tua conferas in Deum. Ablue scelera tua, & vide, quid hoc mane, dicat epistola. Cùm complerẽtur dies Pentecostes, qui sunt. 50. venit spiritus sanctus in apostolos. Quinquaginta dies sunt. 7. hebdomadæ, quod significat, debere te lauari à septem peccatis mortalibus, &. 7. donis spiritus sancti deinde vngi. (Et induere cultioribus vestimentis,) idest, speciosis operibus te indue, indue te speciosis moribus. Significat etiam, vt simplicitatem in vestibus, & modũ teneas, & vt amare simplicitatem incipias. Vestite liberos vestros simpliciter, & minus expensarum numerabitis. Si non vis illis pallia viridia facere, alius sint coloris, modo ne coccinei. Introduc filium tuum opportunè in simplicitatem, si vis illum iam adultum, probum esse. Vbi te laueris, vnxeris, vestieris, (descẽde in arẽam) Booz, vt nostra Ruth fecit. (Descende,) idest, humiliare, viuito modeste. In arẽa quæ longa est, significatur charitas quæ longe protensa esse debet. Extende in pauperculos manus, & nullus abste vacuus abscedat. Descende in hanc arẽam, ait Noëmi Ruth, & caue, ne te videat Booz. Quo pacto, dices tu, fieri poterit, vt Christus in Booz repræsentatus, non me uideat? Nota, Booz aliquando significare Christum, aliquando corpus eius mysticum, quod est ecclesia. Hìc corpus mysticum refert. Ac si diceret. Caue ne illud te videat. Absconde bona opera tua, ne ab hominibus videãtur, neq; bene agas, quò bonus corãm hominibus appareas. Et inspice, attendeq; cum Booz pransus erit, & lætus, ac vade. Hoc est cum Christus cibat

Actorũ. 2. — *Pentecostes quid signifi.* — *Vestimenta christiani.* — *Descẽdere in areã quid signifi.* — *Occultanda bona opera.*

cibat pane populum suum, cum sacræ mensæ populus ipse particeps fit, & hilaris est, vade & tu. Imitare alios in recte agēdo, & dum alij bene agunt, bene age & tu. Cum alij pueri comam attondēt superfluam, attōde tu quoq;. Nihil singulare facias, vt sic murmur queas cōpescere. An exemplum non sum præstaturus bonum? Es, sed in quibus teneris. In vita honesta teneris ipsum prebere. Sed in non necessariis, & vbi murmuris causa esses, ne sis singularis. Vade igitur, vbi iam manducarit. (Et nota locū,) quò dormitum vadit. Et statue te ad pedes eius. Innuit, vt somnū pasionis Christi consideres, & recogites ipsum, somnū cœpisse, idest mortē oppetiisse propter te. (Nota ergo locū.) Nota lignū crucis. Nota bene hunc locum. Nota quò proter te iuerit Deus. O christiani notate bene hanc crucē. Notate bene hunc locū. Nū hoc potest esse vt christiani hoc beneficium non recogitent, quod Deus humanæ naturæ contulit? Hūc ades. Ad hūc venito crucifixū. Et nota bene hunc locū. Et dicito. Hic est Deus meus, qui mea causa hoc in loco voluit diē oppetere. Si in fide vis roborari, vade identidem ad crucifixum. Et dic. Hic Ille est, qui bonam nos docuit vitam. Hic ille est, qui idolorum cultū extinxit. Hic ille est, qui rectā legem condidit, & eam nos edocuit. Hic ille est, qui facit amore, vt langueant homines. Recordare paupertatis meæ. Memento, ò christiane paupertatis meæ. Recordare passionis, absynthij & fellis, & mortis in gratiam tui obitę. O beneficiorū maximū, O charitatem ingentē eligere mortē, quò in vitā restituantur alij. Deficit anima mea in tāti beneficij cogitatione. Anima mea lāguet. Accede hùc philosophe. Intuere in crucē hanc. Tu requiem quæritas. Tu finē vestigas hominū. Hic te beatam vitā docet. Hic est vniuersa philosophia. Christi amor est

Singularitas vitanda.

Christi supplicium recogitandum.

Admirabilis peroratio & affectuū permotio.

Threno. 3.

summa quies. Tu quietē lustras, coniice hùc oculos, & nota bene, vbi sit Christus affixus cruci. Non est quietē inueniri, nisi hîc. Is est finis hominis. Hîc ille est, qui te fixū tenet in oībus tribulationibus, ob hūc honores spernūtur. Ob hūc omnes dispergūtur diuitię, & thesauri in paradiso condūtur, ob hūc homines supernis sese de-
1. Cor. 1. dūt. Hic ille est, quē nos prędicamus. Nos prædicamus Christū crucifixū, gētibus quidē, & scandalū, salutē autē re vera omnibus hominibus, impiis. Ades huc Ruth. Vade dormitū ad pedes Christi huius, & pallio ipsius
Prou. 10. & te cōtege. Palliū eius est charitas, quę vniuersa operit.
1. Petri. 4. O magnā hanc charitatē, propter te mori voluisse, qui te minime egeret. Iacta ergo te ad eius pedes, amplexare ipsum, & oscula fige vulneribus illis. Tege te pal eius. Ingredere, & intrà viscera illa abscondere, cogita magnā illā charitatē, & Christū ipsum precare, vt tibi salutem perēnem donet. Vade, ad hunc Booz, qui dormitū abiit, (Iuxta aceruum manipulorū,) idest, in scriptura sua, vbi aceruus est spicarum, & sententiarū. Lege ipsius scripturam, vbi sunt scripta beneficia humanæ naturæ ab hoc nostro seruatore Christo collata. Hæc cogita. Nullius præter Christum memineris. Habeto ipsum semper in corde. Et dicito. Quid vltra hūc ego cupio? Mi domine cum tu ille sis, qui mihi largiris omnia, nihil prętet te vnū volo. Emitte hùc domine spiritum tuū hunc in terrā nimirū, qui hunc populum amplexetur. Emitte spiritū tuum & creabuntur. Emitte deorsum tuū spiritum. Imple corda tuorum fidelium, & renouabis faciē terræ. Vbi tu es domine? O domine quid tu agis? O domine, iam tertiò, vbi sanguis es tuus, quem propter nos sparsisti? Ne desere populū tuum, Ecclesia tua iam diruta iacet humi. Tu denique prima causa es, tu totū condidisti orbē. Tu deinde ipsum rede-

Appositissima, & incōparabilis apostrophe.

misti

misti. Noli ipsum modo perdi. Emitte hunc spiritum tuum. Hic est quies nostra. Mitte hunc tuum dulcem amorem. Hoc est, quod te efflagitamus. Hoc illud est, quod quærimus. Ah, fac nos liquefieri. Ah, fac nos dulci tui amore languere.

LAVRENTIVS VIOLIVS exceptor, ex ore ipsius Hie. cōcionatis.

¶ Nota candide lector hic interruptam fuisse concionem. In tantas enim lachrymas, & in eum ardorem populus est adductus, vt vniuersi eiulatibus & clamore maximo inceperint misericordiam postulare. Pater vero benedictionem in eos protulit, & abscessit.

Homilia septima habita. 9. Calendas Iunij. 1694. tertio die post Pentecostem, super Ruth.

ET ecce nocte iam media expauit homo. Ruth. cap. 3.



NATVRALE rationis lumē dilectissimi in Christo Iesu clare ostēdit, hominis summū bonū in diuinorū contēplatione dūtaxat consistere. Nā ratio hoc expetit, vt vnuscuiusq; rei finis propria ipsi rei actione cognscatur, & cōmonstretur, idq; tūc præsertim, dū illa eius operatio extremā lineā tāgit, ac perfecta est. Actionē hominis eiusq; intellectus esse contēplationē, argumētis probatur. Est que tūc hęc omnibus suis numeris absoluta, quādo ipse contēplatur Deū, & ideo ipsius fœlicitas, finisq; in diuinorū contēplatione sita est. Cōsequitur, hāc fœlicitatē summa delectatio, omnes delectationes sensuum excedens. Vbi enim est scopus actionis nobilior, est etiā nobilior actio. Atqui in actib⁹ intellectus, quibus circa diuina negociatur, scopus est Deus & adiūctio ad ipsum, cōiūctioq; est maxima tūc. Est ergo & delectatio maxima. Porrò tantò maior est adhuc, quātò amplius à gra

Beatitudo hominis in Dei diuinorumq; contēplatione.

Contemplatio Dei summæ delectationis ex parte obiecti.

Ex parte gratiæ & maioris luminis.

tia ſuperna prodit Dei cōtemplatio. Manat ſiquidem tunc à ſuperno lumine. Ideòq; hoc ſe pacto Deo penitius coniungente homine, fit longe maior delectatio. Et inter alias contēplationes à gratia prodeuntes, quæ maximis afficiūt delectationib, ponūtur ſanctarū ſcripturarū conſiderationes, & inter has maiores illæ ſunt contemplationes ſcripturarū earum, quæ de Chriſto loquuntur, quàm omnes aliæ. Hæ ſunt longè maiores omnibus. Primò, quia prȩterquā, quòd ſunt diuinȩ contemplationes, ſunt etiā de Deo, certo quodā modo, qui vehemēter oblectat. Videt quippe hîc ipſe homo deū hominē ob ipſum factū, & noſtra cauſa crucifixū. Hæc magna eſt delectatio, quia homo ſe dilectū à Deo videt, videtq; Deum ei magnū bonū velle. Et quia bonū, quò maius, hoc etiā eſt magis dilectum, cum ſit hoc ſummū bonum, eſt etiā ab homine ſummè amatū. Conſiderat prȩterea homo in hac contēplatione beneficia magna ſibi à Deo collata. Et hæc beneficiorū recordatio vehemens delectatio eſt. Vnde in hac contēplatione maxima eſt oblectatio. Dein conſiderat mirabilia Dei opera in vniuerſo orbe edita. Sed prȩ omnibus, ſi nos contemplamur huiuſmodi mirabilia, quȩ Chriſtus ſua cruce per totū orbem egit, deficit anima in huiuſmodi cȯ templatione, & cor liquefit, & ſoluitur amore, & ideo heri, ſi noſtra Ruth pacē in corde ſuo volebat, & ſi itē requiem inuenire cupiebat, notandū ei eſſe locum, diximus. Locus eſt Chriſti crux. Nota hunc locū. Contemplare hāc crucem. Hîc enim pacē inuenies, & quietem. Diximus etiā, vt Ruth in hunc locū iuerit ad quē notarat, Booz dormitū iuiſſe, atq; interpellata eſt heſterno mane noſtra concio. Quāobrem, vt capitulum reſumamus, neceſſe eſt. Cui finem imponemus, & ſequens aſſumemus, vt nobis ſpiritus donauerit.

Eximia volu ptas contem plationis diuin. ſcrip.

1 ratio.

2 ratio.

3. ratio.

Cordis quies in conſidera tione crucis Chriſti.

Nos

¶Nos hucusque declarauimus qualis debeat esse christiana vita, & in sola Christi gratia illam esse fundatã monstrauimus. Et qui hac gratia vacat, nõ esse exacte christianum diximus. Ostendimus insuper ab hac promanare simplicitatẽ, & puritatẽ cordis, & præterea exteriorũ rerum simplicitatem, & ideo verè christiano amãdã esse paupertatẽ. Docuimus deinde debere christianũ à rebus mundi huius affectũ separare, neq; tam anxium circa ipsas esse oportere, sed parũ de illis cogitare, neq; plura vt accumulet, satagere, quã pro necessitate, postea vero debere in scripturarũ contemplatione morari, & libenti animo ad cõciones audiendas, & colligendas spicas ire, idest, ipsarũ scripturarũ sententias, quas semper ruminandas illi, similiter monstrauimus. Vltimò docuimus vt se in Christi crucifixi contẽplatione stabiliret & in ea maneret, & in eiusdem Christi amorem transformaretur. Diximus postea omnes nos diuites futuros & beatos, neq; tot mercimoniorũ distractiões, atq; coëmptiones, nec tot reuolutationes nos quæritaturos, si id vellemus facere, & hanc viuendi rationem sequeremur. Quiescerent christiani tunc dulciter, solique necessitati aduigilarẽt, ad conciones, & diuina omnia, atq; spiritualia contenderẽt. An non tibi fœlix quædam vita hæc videretur? Annon videretur tibi vita hæc beata, & istis curis soluta? Cernis quã sit tepidus, & ad spiritualia socors christianus populus ab hac uita distans. Cernis itẽ plures hodie prauos esse, cum hîc, tum etiã vbique gentiũ, & hisce plenum esse orbẽ. Quãobrem expedit, vt ecclesia innouetur, defectura aliòqui. Omnia Deus potest, vnde & hoc vt ita procederet, sicut modo in ecclesia procedit, facere potest, citra hunc defectum consumptionẽq; ecclesiæ, sed Deo tamẽ non est solẽne id facere imò contrà quoties

Epilogus cõcionum superiorum.

Dulcis quies in obliuione terrenarũ rerum.

ipsa

ipſa labefactata aliquà eſt ſoluta nouare illam ne deficiat. Equidē, ſi vellē, oſtenderē tibi, ſi aliquod tēpus ita res eccleſiæ progrederētur fidē interiturā, & ideo, aſſero tibi expedire, vt eccleſia renouetur. Primò innoua-

Varijs temporibus renouata eccleſia. tus eſt primus ſtatus ab initio vſq; ad Chriſtū. Alter innouatus eſt tēpore martyrū, tertius tempore hæreticorū, contra quos inſurrexerūt doctores. Poſtea exortus eſt. 4. ſtatus falſorū fratrum, ideſt, tepidorū hucuſq;. Quid igitur faciendū eſt? Aio tibi. Ipſa omnino innouabitur. Fides haud quaquā mutabitur. Ne talē mutationem crede. Nō mutabitur lex euāgelica, nō eccleſiaſtica ditio, ſed homines melioreseuadēt. Eccleſia renouabitur.

Pſal.102. Renouabitur, vt aquilæ inuuētus tua. Renouabi-

Iob.39. tur, & iuueneſcet, vt aquila. Dicit de aquila Iob. (In arduis ponet nidū ſuū. In petris manet, & in præruptis ſilicibus comoratur, atq; inacceſsis rupibus) locis nimirū imperuiis. Cupit ſibi ab hominibus negotiūminime

Ibidem. exhiberi poſſe. (Inde cotēplatur eſcā, & de longe oculi eius propiſciūt,) Aquila habet acerrimos oculos. Memoriæ proditū eſt, mari impēdentē in altū ſubuehi, atq; inde piſcē in profundo maris exiſtentē videre, ſeque præcipitem dedere & piſcē proſciſſa aqua præhēſare.

Ibidem. (Pulli eius lābunt ſanguinē. Et vbicūq; fuerit cadauer

Plin. li. 10. cap. 3. ſtatim adeſt.) Scribitur de ea, dū iam conſenuerit, tantū ei ſuperius roſtrū excreſcere, vt inferius concludat, & comedere nequeat. Et deniq; fame interiret, ni ſe induſtria à morte aſſereret. Quærit enim lapidē, & eouſq; roſtrum ibi quatit, donec abrūpat illud, & abiiciat. Et tunc demū incipit comedere. Et renouatur. Et excidūt

Elegantiſsima figura primitiuæ eccle. illi pēnæ veteres, & denuo plumeſcit, & regreditur ſurſum innouata. Sic primitiua eccleſia erat primò velut aquila. Erat illi oculorum acies acris è diſtanti valde loco proſpiciens. Ideſt, primis illis tanta exuberantia

 ſpiritus

spiritus suppetebat, vt vniuersa penetrarēt. Legebant Pauli epistolas. Cumq; pro cōspicilliis eis esset is spiritus, omnia statim oblato codice cōprehendebāt, & penetrabāt. Nō tot opus erat cōmētariis ad intelligendū illas, quot hodie. Omnes simplicitati erāt dediti. Ponebāt nidū, & filios in arduis, vt aquila, hoc est, cogitatus suos in diuinis locabāt. Et primò, quod ad intellectum spectat, intelligebāt, & cōcionabātur de trinitate, de fidei articulis, de arduis deniq; & difficilibus. Affectum etiā in arduis collocabant. Dicebāt enim. Oportet ob Christū mortē oppetere. Et spontanei ad martyrium ibant, Neq; sibi inuicē honores, aut opes pollicebātur, vt nos facimus. (Et in petris manet.) Erat etiā primitiua illa eclesia in petris ritu aquilæ. Petra aūt erat Christus. Erant omnes in contēplatione Christi, & scripturarūde eo loquētiū. (Et in prærruptis silicibus cōmoratur.) Habitabāt quoq; in prȩruptis lapidibus. Lapides sūt quibus ædificatur cælestis illa ciuitas Ierusale. Prærupti silices sunt angelorū hierarchiæ, qui prærupti sunt, qnādo partim ceciderunt ex paradiso. Primitiua ergo ecclesia habitabat, & cōuersabatur sursum inter preruptos lapides more aquilæ. Hoc est, qui in ea erāt, cōuersabātur cùm angelis, & loquebātur, & choros illos hierarchiasq; contēplabantur. (Atque inaccessis rupibus,) idest in Dei & filij eius, & sacræ triadis contemplatione. (Et inde contēplatur escam) idest, ab excelso illo loco intuebatur in escam, idest, in animas degentes in terra. Et fundebat pro illis preces, & efferebat sursum, nempe in nidū, prȩdam, idest, in perēnem illā requiem animas adducebat. Habebat hæc aquila, & hæc ecclesia acrē aciē, è cælo terrā pertingentē. (Pulli eius lambunt sanguinem). Potabat sanguine filios suos, idest, Christi sanguine inebriabantur & semper erat illis de

1. Cor. 11.

beneficio illo ingēti redēptionis sermo. (Et vbicunq; cadauer fuerit, statim adest.) Hoc declarat primitiuā illam ecclesiam, vbicunq; illa cadauer subodoraretur, hoc est peccatorē, mox eò se cōferre solitā, quò illum inde afferer et, iterū ipsum habitura, vbi à peccato eripuisset eum. Quod ipsum pro virili etiā nitebatur, illius miserta. Vbi hodie hæc reperiantur? Vbinam hęc aquila est? Vbi est hæc ecclesia tāto spiritu, & tāta charitate affluens? Consenuit aquila. Vtrumq; rostrū, superū nempe, & inferū adeò adunca sunt, vt aduncitas aperiri nequeat, quæ semel coiuit, neq; vltra cibū potest capere. Hoc est. Charitas aduersus Deū & ad superna pertinēs, & quę aduersus proximū infernè habenda est, adeò in seipsas incuruatæ, & inflexę sunt præamore proprio, ut aquila peccatis referta in terrā conciderit. Aquila, hoc est anima, iam sursum nō sese subleuat, anima in corpus versa, atq; mutata est, vsq; adeò illi se se coagmētauit. Quid ergo faciendū est? Vade ad petram. Vade ad Christū, qui est petra, collide rostrū, lamentare peccata, concute in hunc lapidem rostrum, sequere eius vitam, in sequere vestigia eius, resume nouas pēnas, idest, actiones bonas, & hoc pacto renouabitur ecclesia. Sed quî fiet hoc hodie? Ah videamus, an tempore hoc posit id fieri.

Quid distet præsens ecclesia à primitiua illa, quod facit ad fidei & charitatis ardorem.

¶Deus vult suā ecclesiā renouare. Sed quid facto opus est? Opus est spiritus sancti abundātia. O dn̄e si renouare illā vis, opus est ingēti spiritus affluētia. Solenne fuit domino in aliis renouationibus hūc ipsum spiritum affluēter ecclesię donare. At dicet aliquis. Sufficit mi hęc bona vita. Non sufficit, non inquam, sufficit. Opus est, aio tibi spiritus exuberantia. Sanctos vos ipsi, ob nescio quantulum bonæ vitæ, ducitis forsitan. Ego autem dico vobis, alia opus esse abundantia spiritus,

quàm

quã ea quæ modo eſt ad renouationẽ eccleſiæ. Ad huc abundantia hæc ſpiritus ſancti non venit, & prædico vobis, eccleſiam nõ innouandam, niſi ipſa abundantia venerit. Porrò dices. Nonne Deo hoc integrum eſt, ſi velit facere? Integrum, ſed non ei in more. Pergamus paululum naturaliũ rerum bacillo nixi. Deus vniuerſas res condidit, & vnicuique earum tantum bonitatis tribuit, vt non ſolũ ipſa ſit bona, ſed diffundendi ipſum idem bonum appetentia, & facultate ſit prędita, ſicque alia aliam gignit, & alia alius eſt cauſa, neq; poteſt hęc ſine illa generari. Dic mihi. Quin Deus abſq; ſemine facit, vt proferãtur res, & ſine adminiculo aliarum rerũ? Quia ipſe ſua ſapientia ſic ordinẽ, qui perpetuò fuit ſtabilis, & perſeuerans, conſtituit, hocque dè medio ſublato, omnia interirent. Vides omnia ſuum tenere ordinem. Cauſæ appetunt virtutem ſuam, & bonitatem in effectus diffundere, & effectus appetũt cauſis ſubdi, & ſpontanei eis ſubſunt. Verum ſane eſt in omnẽ effectum plus influere primam cauſam, quàm ſecundam. Quare prima cauſa præit virtute ſua. Verbi gratia. Si ego ſerra ſecarem, plus operarer, quàm ſerra, nec dicitur ſerra præcedere, ſed opifex, quia ipſe trahit illam, non illa ſe ipſam. Ita licet creatura alia aliã progignat, eſt tamen verũ Deum, qui prima cauſa eſt, omnes præire res, & plus illis agere. Sed nonnè Deus citra creaturas poſſet agere? Sat ſcis, id manu illi eſſe vuas abſque vite producere, & vitem vnam abſq; altera vite. Sed non moris eſt illi. Ordo eius nõ ſic habet. Non opus eſt de eius potentia diſſerere. Quæcũque vult, poteſt, ſed oportet intueri ſapientiã ipſius, quæ ſic ordinauit hæc. Et non attenditur quid poſsit facere dũtaxat, ſed quid ſoleat facere. Diſpoſitio hæc rerum mirabilem in ſe ordinem continet. Homo autẽ, vt qui quotidie ſolitus ſit ipſum

Deus res alias per alias producit, idq; ſolẽne eſt illi in rebus naturalibus.

ipſum videre, non conſiderat eum, ſed cupit prodigia videre. Deus quandoque, rarò tamen, prodigia facit, & oſtenta. Sed facit, vt ad ſui contẽplationem hominẽ adducat, pro eccleſię neceſsitatibus, quas videt in eccleſia. Hoc tamen non ſemper vſu venit, neque vnum tenet ordinem. Ordo infallibilis iſte eſt, quem tu in orbe vides, qui nunquã interruptus eſt à cõſtitutione prima eius. Vides aliam rem alius eſſe cauſam, & in aliã bonitatem ſuã diffundere. Hoc igitur pacto, vt ad rem à nobis propoſitam hæc conuertamus, Deus in ſua eccleſia ſtatuit, hominem eſſe cauſam ſalutis hominis, & tanta bonitate homines donat, vt velit illam in alios diffundi ab ipſis, qui eam habẽt. Vultque, vt ritu naturalium rerum iidem ſimiles ſibi progenerent. Præit ſanè ipſe, vt prima cauſa, hominibus, qui cauſa ſunt ſalutis aliis, & profundit, atque operatur longe plus ipſe, quàm illi. Deus omnium bonorũ largitor, tribuit ſpiritus ſancti gratiam homini, & vult per illum alios illuminari, & gratiã eos acquirere. Atque hoc modo alius cauſa eſt ſalutis alij? An non poſſet Deus ſecus facere, ſi vellet? Sat ſcis, eum poſſe. Ego tibi dixi ſupra ita habere. Poſſet itidem, ſimul omnes Turcas & Saracenos ad fidẽ, vt cõuerterentur facere, idq; abſq; concionatore vllo. Sed non quid Deus poſsit, ſed quid ſoleat facere intuẽdum eſt. Cùm aliàs Deus mundũ ad ſe conuertit, ſemper id obſeruauit, vt opera hominũ id faceret, quibus gratiam donarat ſuam. Quãobrem itidem nunc idem factur ũ cenſere deberemus, Et dabit ſpiritus abundantiã his, quos volet cauſas eſſe, atq; inſtrumẽta ſalutis reliquorũ. In naturalibus homo hominẽ alium generat, & equus alium equũ, & vitis vitẽ aliam, & omnis res ſimile ſibi gignit, nullaque res virtutem ſuam extra ſpeciẽ ſuã profert, niſi quando vult Deus miraculũ edere.

Quando edit Deus miracula.

Inſtar ordinis rerum naturaliũ ſe habent res eccleſiæ quod facit ad bonitatis diffuſionẽ.

Diuinũ ſimile quo probatur ab improbo concionatore nullum fructũ afferri

In

In quibus Deus miraculũ facere vult, virtutem ipſorũ intra ipſa extendit. Intra ignem gehennæ virtutẽ eiuſdem extendit, quãobrem miraculo in ſpiritus agit. Intra virgam Aaron dum illa effloruit, Deus virtutem eius diſtendit. Simile ergo in rebus naturalibus producit, & generat ſibi ſimile. Idem ordo à Deo ſeruatur in iis, quæ ad ſpiritum ſpectant. Conſidera improbum cõcionatorem. Concionetur quantũlibet, nullum fructũ faciet, neque ad bonam vitã homines reuocabit, quia gratia vacans, non poteſt eam alteri cõmunicare, ſed ſui ſimilem tantum facere, adeò huius ordinis perennis obſeruator eſt Deus. Improbus præceptor improbum facit diſcipulum. Dicit. D. Hieronymus Alexandrum magnũ, fuiſſe ſuo magiſtro ſimilem. Qui gratia vacat, non cõuertit homines ad gratiã. Poterit ille quidem eximiè concionari, ſed fructũ nullũ feret. Omne quippe ſimile ſibi ſimile generat, & cauſa ſimilem ſibi effectum producit. Cauſa mirabilem vim habet in effectus ſuos, & ea re, quæ cauſa magnũ editura eſt effectũ magni ſit vigoris neceſſe eſt. Vidimus Deum hũc ſeruaſſe ordinem in eccleſia, vt qui bene de aliis merituri fuerunt, virtute præditi fuerint eximia & excellenti. *Mirabilis dei ordo.* Intuere in apoſtolos, qui ad magna facinora ſunt cooptati. Vides illis excellentẽ tributam virtutẽ à Deo. Emiſit illis tantam ſpiritus ſancti affluentiam in ſpecie linguarum, vt accenderint, & in flammarint totum orbem. Opus igitur eſt innouandæ eccleſiæ inundatione ſpiritus ſancti. Si modo cõcionatum Turcis adire velimus, nihil faceremus. Emitte igitur domine mi ſpiritũ hunc. Omnia te expectant. Omnia inueterauerunt. Omnes tuam legem refugiunt, & eam excutiunt à ſe. Emitte ſpiritũ tuum, & creabũtur. Nempe, nouæ gentes, & renouabis faciem terræ. Erunt homines aliter

inſtituti

inſtituti & affecti, plenique diuinorum conteplatione. Quin facis hoc domine? Quin mittis modo hunc ſpiritum. Ah quomodo impoſsibile eſt hoc nunc? O domine quomodo hoc impoſsibile modò eſt? Patefac ſaltem his cauſam, quamobrem adhuc hic ſpiritus mitti nequeat. Cur non poteſt ad huc id fieri? Nunquid non non omnia poteſt Deus? Omnia. Sed dixi tibi, Deum ordines præſtituiſſe, & iuxta illos omnes diuinæ res proueniunt. Equidē tibi aſſero oportere, vt prius enſis adueniat. Ah, quare? Quia ſi velimus intueri Dei ordines, hoc ipſum cernes. Aiũt curioſi philoſophi cœlum eſſe cauſam generationum, atq; corruptionum naturalium rerum, quę ſunt in mundo. Vnde cæleſtis latio vita inferiorum iſtarũ rerum nominatur. Et aiunt, primi motum mobilis, qui ab ortu ad occubitum eſt ſolis, & ſemper eſt vniformis, eſſe id quod perpetuitatem rerũ conſeruat, quæ in vniuerſo hoc orbe generuntur. Cęterum obliquus aliorũ cælorum motus, hoc eſt, planetarum, vt Solis, Lunæ, & aliorum qui diuerſimodè cientur, facit rerum, effectuumq; varietatem. O monache tu aſtrologiam obſeruas. Atqui ego non ſum tibi inficiatus aut cælum generare, aut in infera hæc influere. Philoſophi nõ hanc aſtrologiam dánant. Dixi tamen tibi iudiciariam illam, & de libero arbitrio garriētem falſam eſſe. Vade, lege, circunſpice diligenti ſtudio, & inuenies, quod tibi aſſero, Planetarum ergo varietas coniunctionibus eorum varios effectus progignit, vt eſt peuuria, & abundantia, & vt ſunt ſimilia. Praua aliqua coniunctio planetarum non poteſt in rebus mũdi huius bonum effectum producere, aut aliquid boni generare. Nunquid nõ poſſet Deus in his inferioribus bonum aliquod producere, ſi ipſe vellet, repugnantibus etiam prauorum planetarum copulis? Sane quidem.

Subtiliſsima dictorum coaptatio.

Viuificus motus cælorum

Vnde rerum inferiorũ idē atque varius tenor.

Aſtrologia diuinatrix dánatur non altera.

Scitiſsimum ſimile ex planetis ductũ.

At

At non illi in more est in his quæcunq; potest, cõtinuò facere, sed sequitur ordinem quē sua præstituit sapientia. Et iuxta modum diuersarum copulationum planetarum, varij eueniunt in his inferioribus effectus ipsorum. Adhunc ipsum modum statuit Deus ordinem in sua ecclesia. Quò eius perpetuitati consuleret, ordinauit Deus angelorum motum & gubernatum ad similitudinem motus firmamenti. Angeli siquidem ipsi sunt causa generationis, quæ à Deo est, in eclesia eius. Et quemadmodum stellæ in firmamento sunt semper ad vnum eundemque modum, ita angeli Dei ab ipso ad gubernatum ecclesiæ ordinati sunt semper ad vnum eundemque modum benigni ad producendum & gubernandum electos Dei in ecclesia illius. Præfecti deinde, vt qui varij sint, sunt instar planetarum, qui ob aliquam prauam coniunctionem, affectionem, dispositionem ve sæpe sæpius prauos producnnt effectus in ecclesia Christi. Sed ais. Posset ille facere, si placeret, vt præsides nequam mala neutiquam in sibi subditos patrarent. Fateor. Sed non illi consuetum sic facere. Eius sapentia posuit eum ordinem, vt semper ipse per superiores causas inferiores duceret. Si igitur superiores planetæ & præsules ecclesiæ praue desposıti sunt, & coniuncti, quomodo renouabunt ecclesiam, quæ sine Spiritu sancto renouari non potest? Vnde cum tu dispositionem præfectorum & antistitũ prauam vides, præsertim sim vniuersum contingat, dicito, inferiores etiam male dispositos, & affectos, oportereque destruere praua, vt concinnitas, bonitasq; succedat. Superioribus vero bene cõpositis, & ordinatis, aptè constabunt etiã inferiora. Superiores ecelesiæ nequam esse, maxime si id in vniuersum cõtigerit nimirũ per totam ecclesiam, flagella

Simile eximium.

Aliud simile diuinum.

Antistites & præsides Ecclesiæ planetis similes.

Diuinus ordo in Ecclsia.

Acapitum Ecclesiæ lãguore languor membrorũ ferre.

ſtianus, & ambo nequam, fide hinc excepta, ſed paribus cæteris, quæ ad gubernatum politicum ſpectant, vincendum ſæpe improbitate Paganum à Chriſtiano. Siquidem quando Chriſtiani ſe ſubdunt Paganis principibus, videbis eos laudibus vehere eorum gubernatum, cultumque iuſtitiæ præ Chriſtianis principibus, quibus non eandem laudem tribuunt. Si Pagani ad Chriſtianos commigrant ſæpe queruntur de principibus Chriſtianis, intolerabiles eos appellantes. Quas ob res ſæpe, quod ad politicam gubernationem ſpectat, melius ſub Pagano principe, q̃ ſub Chriſtiano eodéq; iniquo degitur. Iniquus princeps, idéq; Chriſtianus difficilis eſt toleratu, ſuperiori tamen poteſtati nullus, teſte Paulo, reſiſtere poteſt. Porrò ſi huic iniquo pincipi eccleſiaſticam addas ditionem, duplam habet potentiam, laicam & eccleſiaſticam, & ferri non poteſt. Neceſſe eſt tamen tibi, vt ſubſis, deus enim non vult claues mutare. Quo igitur pacto degere quis poſsit ſub principibus, qui ad male faciendum ſunt animati praue? Eritque adhuc longe deterius, ſi geminam adiungis adhæc ſcientiam ſcripturæ & philoſophię. Vtraq; abutuntur ad tutelam mali. Atque ad huc res multò peius habebit, ſi duplex tepidorum malitia occulta atque aperta præter hæc accedat. Cogita quonam modo omnes timeant, & metuant bona apertè facere, quando tales principes male facere volunt. Apoſtoli non timuerunt veteris ſacerdotij potentiam, quia ſacerdotium erat immutatũ. Non erat tantum illis, quod vererentur & pauerent, quãtum nobis. Liberiores erant nobis. Et bene facere, & verum ſine timore dicere, integrũ illis erat. Et ideo vberrime Spiritus ſanctus illis eſt datus, quia per probos præfectos ſpiritus in populum deſcendebat. Atſi Deus hodie ſpi-

ritum ſuum vni alicui largiretur, cernitis illi integrũ minime futurum probitatem inducere, & veritatem dicere, ſed opus eſt claues timeat. Quid igitur faciendum eſt? Opus eſt enſis prius veniat, quam ſpiritus. Opus eſt à ſuperioribus incipiat coaptatio & recõcinnatio fieri, & deinde quæ infra ſunt componentur, & ſuo quæq; loco adaptabuntur. Opus eſt vera appareãt & compeleantur verba Eſaiæ capite primo, vbi ait. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum mixtum eſt aqua. Principes tui infideles, ſocij furum. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait dominus Deus exercituum fortis Iſrael. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis. Et vindicabor de inimicis meis. Et conuertam manum meam ad te. Et excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum & reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & cõſiliarios tuos, ſicut antiquitùs. Poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis. Ait Eſaias, eſſe tibi dominos ò eccleſia, eſſe tibi principes, ſed improbos ferè omnes, furum ſodales, qui fortunis, abundant, & iuſtitiam minime colunt. Argentum tuũ verſum eſt in ſcoriam. Pupillorum viduarumque cauſæ ab his non audiuntur, quia pecuniarum ſunt egeni. propter hoc ait dominus Deus exercituum. Attende huc, & vide illum eſſe cæleſtium & terreſtrium exercituum dominũ. Heu cõſolabor ſuper hoſtibus meis. Quaſi dicat. Inuitus de te ſum pœnas ſumpturus, adeò tamen ſum abs te laceſsitus, vt omnino ſumpturus ſim de inmicis meis vindictam, & manum meam in te ò eccleſia conuerſurus ſim. O Italia, ait dominus, auferam, atque diſpellam ſcoriam argenti tui, & omne tuũ ſtannum de medio tollam. Stannum ſunt tepidi, qui

A maioribus correctio Eccleſiæ inchoanda prædicitur.

Eſaiæ. 1.

Ieremiæ etiã 5.

Stãnum tepidorum & hypocritarũ typus.

cum ſtannum ſint, apparent argentum. Et reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius, Ideſt. Vbi nequam præfectos è medio ſuſtulero, mittam ſanctos homines in eccleſiam meam, vt prius. Et mittam Spiritusſancti vbertatem, & abundantiam, & dabo tibi conſiliarios tuos ſicut antiquitus. Et poſt hoc, vocaberis ciuitas iuſti & vrbs fidelis. Ideſt. Poſt enſis aduentum, vocaberis eccleſia iuſta, eccleſia fidelis, & ſic renouaberis. Ecce ergo, quare prius eſt enſis venturus, quam Spiritus ſanctus. Age, ſine me modò tantiſper quieſcere.

¶O monache, quorſum hoc? Tu hoc mane Ruth noſtræ oblitus es. Age, aſſummamus textum noſtrum, & videbitis, quàm apte hæc omnia vobis dixerim. Ruth ſignificat ſimplices, qui ſpiritus abundantiam ad huc non habent. O monache quis igitur ſpiritum habet, ſi non habent ſimplices? O domine nos habemus illum. Sed non in ea abundantia, qua eſt venturus. Simplices tunc illo redundabunt, & nos etiam ſi illo erimus tempore. Nos hæri reliquimus Ruth noſtram ad crucifixi pedes. Et diximus illi, vti locum notaret. Vade nota locum, nota crucem, amplexare ambos crucifixi pedes, alter eſt miſericordia, alter iuſtitia. Ne ſolam miſericordiam amplexeris, ne in arrogantiam intumeſcas, nec ſolam iuſtitiam, ne in deſperatio nem ruas, vtrumque amplexare, & dicito. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Amplexare ambos hos pedes. Et dormi ſub pallio Booz, id eſt, expecta Spiritus ſancti gratiam. Hoc igitur modo ſe habente Ruth. (Ecce nocte iam media expauit homo, & conturbatus eſt.) Porrò ſi Booz, dices tu, ſignificat Chriſtum, quid ſibi vult, quòd Chriſtus expaueſcit, & conturbatur? Dixi tibi Chriſti vocabulo

Pſal. 100.

Reſumit exponendam literã Ruth.

quandoque eius membra intelligi, hoc eſt membra, hominesque, qui ex eccleſia ſunt. Sicut enim tu non dicis, manus huius illum percuſsit, ſed hic illum petiit, licet manus ſit quæ petierit etiam ſic, etiam tu non dices oculus videt, ſed homo ille videt. Chriſtus igitur obſtupet in ſuis membis, & in ſuis inferioribus, idque media nocte. Ad huc media nox non eſt, expectate, vt enſis ſtringatur, & tunc tota Italia peſte ac tenebris occupabitur. Videbunt qui ad Chriſti pedes iacebunt afflictionem grandem, & ſtupefacti manebunt. Tunc omnia ſurſum deorſum voluentur ac reuoluentur. Videbis, vt ad Chriſtum accurretur. Ah, quo pacto te tanquam amentem videbo. Tunc dices, pater adhibe orationem, vt aliàs dixiſti, & ereptus es à Deo. Sed ad priſtinam tamen improbitatem regreſſus es. Preſtolare. Faciam te iterum accurrere. Operire, vt veniat tribulatio tua. Tu ad me confugies dicens. O pater adhibe orationem. Et ego tibi dicam. Vade ad tuos deos improbe. Merētur, qui huius modi ſunt abiici tūc. Crede nunc, dum tēpus eſt. Ecce igitur quo pacto Chriſtus, quē nobis Booz effigiat conturbatus eſt, dum ad pedes ſuos Ruth ſenſit, cui dixit. (Quæ es?) Interrogat eam, vt ipſa rē confiteatur, & miſericordiā precetur. Reſpōdit illa. (Ego ſum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuū, ideſt, tuam Charitatem, (ſuper famulam tuam,) & emitte in me Spiritus ſancti gratiā. Nos nolumus fortunas, ſed copiam ſpiritus, quò propter te mortem iuuet oppetere. Reſpōdit Booz, ideſt, Chr̄us. Benedicta ſis tu filia mea, (quę priorē miſericordiā poſteriore ſuperaſti.) Ideſt. Tu prius ad deū cucurriſti, & peccata reliquiſti, deinde vero, ais. Nihil ex hoc mundo cupio, ſed id ſolū in votis eſt, pro Chriſto occūbere. Sis igitͬ anima mea benedicta.

Totus penè dixerim orbis hoc vidit poſtea impletū.

Quia

(Quia non est sequuta iuuenes pauperes siue diuites.) Idest, sensu debiles, & gratia pauperes, licet locupletes re domestica, aut scientia. Sed sequuta es simplicitatẽ, & probitatem. Sunt sane aliqui senes, qui sibi arrogant sapientiam, quòd cano sint capillitio. Senes improbi, senes stulti. Donate mihi hoc probi senes. Deberent hi dicere. Sine me rationem subducere, num quia longa contigit vita, bene etiam viuere didicerim. Ait ergo Dominus Ruth. Tu nõ sequuta es iuuenes. (Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciã tibi. Scit eñ oĩs populus, q habitat intra portas vrbis meæ mulierẽ te esse virtutis.) Florẽtia quid de tuis dicitur? Dicitur, Florẽtiam monachorũ institutũ amplexatã esse, multasq; quadragesimas obseruari ab ipsa. Et sic irrideris. At illi q intra Christi portas sunt, norũt te esse eximiæ virtutis fœminã. Omnes te boni collaudant, sed praui, qui extra portas Christi sunt, ac extra bonã vitã, lusores, blasphemi, ne fario crimine polluti tepidiq; obtrectant obgãnientes tuis factis. Ait Booz Ruth. (Nec abnuo me propinquũ.) Ita & Christus tibi dicit ecclesia innouãda. Ego non abnuo me tibi propinquũ, nec me fratrẽ vestrum factũ inficior. Volo, vt innoueris. Et sponsam te mihi assumam. Sed sine me paululum rem hanc curare. (Est enim hic alius me propinquior,) qui si te non duxerit, ducam ego. Et modũ inueniam, quo cõsoleris. Dices tu. Ah, quis ecclesiã nouaturus est prę- ter illũ? Annõ tibi dixi supra, Deũ res mũdi huius per secũdas causas gerere, vt ipse sua disposuit sapientia? Præfecti sunt hi propinqui ad quos spectat, vt prius boni ipsi sint, & deinde vt alios renouent. Nam per illos, qui causæ sunt secũdæ descendit Christi gratia, & Spiritussanctus in suã ecclesiam. Percõtemur propinquũ hũc Booz, velit ne Ruth spõsam. Percõtemur pręsules

Qui iuuenes, qui senes.

Insignis Hie. dexteritas in adaptanda tẽpori scrip.

Quiritant qui ob probitatẽ Florentiæ, ob murmurarẽt tẽpore Hier.

hos an ad bonam frugem conuerti velint. Si detrectarint, ait dominus. Ne paue ecclesia mea, ego te ducam, modũq; inueniemus quo innoueris. (Dormi vsq; mane.) Ait Esaias. Custos qd de nocte? Custos quid de nocte? Dixit custos. Venit mane, & nox. Nox typus est tẽporis tribulationis. Mane signat lucem, lumenq;, quod tibi Deus præbuit. Significatur ergo hoc afflictionis & lucis tempus. Ego rogabo vbi iam diluxerit velit ne hic propinquus te ducere. Ego rogaui. Vis tu conuerti Italia? Vis tu conuerti Roma? Vultis vos principes, præsules, & proceres Italiæ ad Deum conuerti, & vt bene viuatur curare? Vultis vos Ruth, & ecclesiam accipere sponsam vestram? Et ego vobis ostendam quo pacto instituendus sit hic gubernatus. Ego percontatus sum, & percõtabor propinquos hos. (Dormi igitur vsque mane.) Et post surge diluculo atque per tempus, idest. Interim recte age. (Et caue ne quis nouerit, ꝙ huc veneris.) Idest. Ne recte agas, quò ab hominibus videaris, neq; recte agas ob inanem gloriam. Igitur cum Ruth primo mane abscedere voluit decenti hora extendit pallium, & dedit illi Booz sex modios hordei, ne vacua rediret. Quod duabꝰ manibus pallium extenderit, charitatem Dei & proximi ostendit, quæ non solum ad amicos, sed ad inimicos etiam debet extendi. Sex modij, quos tu acquiris, amorem & timorem repręsentant. Tribus enim amor, tribus aliis timor innuitur. Hoc est. Dum propinquus vocatur, attende primò, quantus sit Dei erga te amor, qui hominem crearit, mũdumq; hunc propter ipsum condiderit. Deinde Christi suppliciũ contemplare, & quẽ amorem tibi ostẽderit vide, dum te sanguine proprio redemit. Post suspice beatitudinem æternã, qua perenniter fruêris, si diuino amore incensus esse velis. Et hi sunt

Esaiæ. 21.
Mox quid.
Mane quid.
Fuga inanis gloriæ.
Sex modij quid.

ſunt tres priores modij ad amorem facientes. Reliqui pertinẽt ad timorem. Primo intuere gehennam ignis, vt que ibi ſine fine manendum erit, his qui eò ſint detruſi. Mox cogita ſemper mortem. Poſtremò iudiciũ illud finale conſidera, quãq; eſt futurum horribile cõtemplare, cui etiã adſtare te oportet. Rurſus circa timorẽ. Primò Deũ time poſt defle peccata tua, deinde attentius tuã ſemper agnoſce fragilitatem. His ergo ſex modiis domum, Noemi Ruth rediuit, & narrauit illi omnia. Quod ſignificat, oportere, vt & tu vadas ad matrem tuã eccleſiam, atq; illi coniũctus bene facias. Et Noemi dixit illi. (Expecta filia, donec videamus quẽ res exitũ habeat. Neq; enim ceſſabit, homo niſi cõpleuerit, quod loquut'eſt.) Hoc eſt, perſiſte fortiter, & conſtãter in hac fide, neq; enim vnquã Chriſtus hoc opus deſeret, donec eccleſiæ renouationem enſe conſummarit. Própinqui hanc ſponſam refutabũt, & ipſe omninò eam ducet vxorem. Ecce igitur quo pacto ad rem pertineat noſtram, quod ſupradiximus, nẽpe Spiritusſancti gratiam non venturã, neq; populos ad bone vitæ nouitatem reuocãdos, ni ſuperiores primò reconcinnẽtur, & corrigantur. Modo liceat mihi tantiſper acquieſcere, & aſſumemus reliquum caput.

¶ Vbi Ruth à Booz diſceſsit, ipſe ad portam ciuitatis iuit, quo in loco iudices dicebant ius, quia locus ille patebat omnibus. Omnes enim illàc trãſibant. Hic ſedit Booz & ecce vidit propinquum venientem, & dicit hic ſcriptura, eum Booz proprio nomine cõpellaſſe, & dixiſſe. Aſside hic tantiſper. Sed ſcriptura non at texit nomen. Non enim hic homo meruit nominari. Aſſumpſitq; Booz decem è ſenioribus vrbis, & dixit. Sedete, & eritis teſtes. Ad propinquumq; conuerſus incœpit dicere. Frater noſter Elimelech, vt noſti diẽ Cap. 4. Ruth

L 5 obiit,

obiit. Nunc Noemi eius vxor vult portionẽ agri, qui erat Elimelech distrahere. Volui tibi hoc significare corã testib⁹ his. Quippe ad te spectat illius emptio, qui propinquior es. Legitimũ erat tunc extra tribũ huiusmodi agros vẽdi non posse, & erat propinquioris emere. Eme igitur illũ, ait Booz, si placet, aut nega te empturũ, vt, quid sim facturus, norim. Ille Respõdit. (Ego agrum emam.) Et subiũxit Booz. Si agrum, coemeris, vt Ruth quoq; ducas vxorem oportet, quò nostrũ consanguineũ exuscites. Ille respõdit. (Cædo iuri propinquitatis.) Neq; enim absumptam volo meã posteritatem. Erat lex, vt videre est deut. 25. c. vt, qui vxorem defuncti fratris duceret, primũ filium, quem ex ea sustolleret, defuncti fratris nomine nũcuparet. Pręcipiebat etiã lex, vt si propinquus hic eam ducere detrectaret, mulier illa in porta ciuitatis ipsum excalcearet, eiusdẽq; faciem cõspueret, vt sic pudefieret, qui nollet semẽ suscitare fratri, atq; hîc nõ legit̃ id fecisse Ruth, sed Booz calceũ illi extraxit ex pede. Et aliqui dicũt, ideo hoc ab ipso factũ, ꝙ Ruth ipsa per se petitionem non proposuisset. Booz itaq; vertit se ad decẽ illos senes, & dixit. Testes este vos, & cũctus popul⁹ testis sit, me hodie possesionẽ ingredi bonorũ, quæ fuerunt Elimelech, & viri Ruth, eamq; à me accipi, quò nomẽ fratris meis suscitẽ. Agedũ. Nolo vltra progredi, vt prolixitatẽ caueã. Audite modo quæ in hanc literam commẽtabimur. Booz, vt dixi, Christum nobis effigiat vniuersalem nostræ salutis causam. Vultq; propinquitatis nomen suscitare, & suam ecclesiam innouare. Ipse pollicitus est, si propinqui, idest præfecti, primores. Ecclesiastæ, & capitis functionem obeuntes gubernaculisque admoti ecclesiæ, Ruth, idest ecclesiam vxorem recusauerint, neque bene vt viuatur curare

Institutũ Iudæorum.

Ritus legitimus iudæorũ

Mystice omnia hæc.

voluerint

voluerint,ipsum è manibus illorum accepturum eam, & tanquam sponsam innouaturum.Booz, id est,Christus adiuit portam, propinquum vocaturus. Ipse in porta iudicij est. Vbi sunt litium iudices. Hi sunt ab ipso gratia illustrati eius. Vocat decem testes senes ad hoc iudicium, vocat illos qui decem præcepta seruant. Sunt autem senes, qui longa experientia probati sunt boni. Christus vos omnes testes ad id vocat. Transit propinquus portam. Christus est porta. Ego sum ostium. Propinquus hic præsules, & ecclesiastas improbos præfigurat, qui ad portam non manent, neque resident, qui Christo non se affulciunt, sed prætergrediuntur, vaduntque ad terrena. Ait Christus. Persiste fortiter. Accede huc. Ego scire aueo, velis ne Noemi agrum mercari an non. Christus ipsos vocauit. Nos toti Italæ concionamur, & omnibus ex Christo inclamamus, atque hinc quoquo versum vox nostra diffunditur. Vnicuique, vt sese ad bonam recipiat frugem diximus. Sistite in hac porta gradum eidem affulti ò ecclesiæ præsides, ò principes Italiæ.Adhęrete Christo firmiter atque stabiliter. Ipse est ostium quod euangelium hodie nobis proponit. (Qui non intrat per ostium, ille fur est & latro.) Ne verba mea, vt mea accipe, sed tanquam illius qui in hac porta loquitur. Qui præest, atque gubernat, oportet sit illustratus valde & valde excelsus. Cōtemplare, vt in rebus naturalibus quæ plus sunt materiæ immersa, minus cognitionis habeant. Plantæ, quæ penè dixerim prorsus materia sunt, nullam habent cognitionem. Animantes, vt quæ sint sensuum beneficio à materia secretiores, nō nihil cognitionis habent. Et inter sensus oculus cognitione præstat, vtpote qui aliis magis sit spiritualis. Mox phantasia, quia magis

Præsules et ecclesiastæ praui.

Ioanis. 10.

Ex euāgelio hodierno q̄d est Ioan. 10.

Qualis dbeat esse qui cæteros gubernat eleganter et copiose.

magis est immunis à materia acrius videt, atq; altiora penetrat. Tandem intellectus qui prorsus ab omni materia est immunis, longè præstãtius cernit. Dignitate præpollere, & præire, interest præstantius videntis. Si duo sint quorum alter videt, alter non, videns præit cæco, atque à casu ipsum tutatur. Quare qui ecclesiæ moderantur, & præfecti sunt, præsertim si animarum cura illis incumbat, oportet, vt acie sint accerrima altumque penetranti, & materiæ minime sint immersi, aut mundanis rebus implexi, & agglutinati. Qui visu intellectus præcellit & gubernandi peritia, & alio-rum hominum dominus est, teste philosopho. Opus igitur est, vt ecclesiæ præsides sursum ab omni sint materia subleuati. Aiuntque doctores ad moderandum animis & ad eas regendas, necessariam esse præter naturale lumen, Christi gratiam. Et quia nemo scit vtrum amore an odio dignus sit, ideo asserunt doctores eos peccare, qui præesse cupiunt. Vnde sancti vt euocarentur expectabant, & præfecturas fugiebant. Quid igitur præsules faciendum est? Quid faciendum est propinqui? Si vultis Ruth, id est, ecclesiam vxorem, & vestro gubernatui commissam, opus est per hanc portam ingrediamini. Per Christum intrare vos oportet. Ipse dicit. (Ego sum ostium ouium.) Ego sum ostium, per quod pastores ad oues intrant. Qui per me nõ ingreditur, fur est & latro. Tu sacerdotia quæritas, rei domisticæ lucris inhias, atq; honoribus. Tollenda est, dico tibi, crux, tolerandaq; sunt tibi improperia. At tu pecuniis tibi paras sacerdotia. Tu sacerdotium filio tuo empturus vadis, tu latro es & fur, latro, inquam, & fur spiritualium bonorum atque temporalium. Loquor modo, quod ad deũ spectat, nõ quod ad ecclesiasticos spectat canones, vbi qui

Arist. 1. poli. c. 3.

Eccl'es. 9.
D. Th. 22. q. 185. ar. 1.

qui comprobationibus & poſſeſsionibus prior eſt & potior, iure itidem potior eſt. Sed tamen tu rationem omnium malorum, quæ hæc in commoda ſunt conſequuta reddes, tuq; ô pater rationem reddes ſacerdotiorum, quæ filio tuo mercaris. Opus eſt ſi paſtor velis eſſe, vt ingrediaris per oſtium. (Bonus paſtor vocat oues ſuas nominatim. Et illæ vocem eius audiunt.) Huic bono paſtori oſtiarius, Chriſtus & Spiritus ſanctus aperiunt portas, inferam ſacramentorum, & ſuperam arcanorum grandium. Et ipſe educit oues foras ad vitæ perennis paſcua & ſacris ſcripturis paſcit. Sub tribulationis tempus ipſe animat eas ad ſpontaneam tolerantiam. Et ipſe illis præit, priorque ſe perſequutionibus, & ærumnis obiectat. Malus paſtor non præit ouibus, ſed poſt eas vadit, neque ſe tribulationibus pro eis opponit. Hi ſunt hæretici, & philoſophi. Expedit ergo vt qui velit eſſe bonus paſtor, ingrediatur per oſtium. Et ait Chriſtus. (Ego ſum oſtium ouium. Et omnes quotquot ante me venerunt fures ſunt & latrones.) Prophetæ igitur fures & latrones fuerunt, cum ante Chriſtum fuerint? Minime. Neque enim ipſi venerunt, ſed miſsi ſunt potius à Deo. Nemo debet ire, niſi vocatus. Ait ergo hoc de illis, qui ſua arrogantia venerunt, ſuopteque conſilio. Chriſtus eſt in porta, & clamat, vt ad ſe venias, & ad ipſum te reducas, quò paſcua æternæ vitæ inuenias. Ego, inquit Chriſtus, hic ſum ad portam, vt iudicē. Et opus eſt, vt te corrigas, & per portā paſtorū introeas. Alioqui, ſi furē te, & latronem eſſe iuuat, fures latroneſque ſuſpendio intereunt. Opus inquam, eſt enſe ad eccleſiæ innouationem. Intellexti iam hoc. Explicemus textus literam. Teſtes eſtote, ait Booz. Vos qui in porta conſidetis iudicij, teſtes eſtote cuncti vos hìc eſſe iudiciū Italiæ. Noemi vult

Reg. qui priori. 6. ex. ff.

Bonus paſtor quid malo paſtori diſtet

vult portionem agri vendere, Noemi idest pulchra, ecclesiæ typum gerit, cui in sortem cessit Christianorum gubernatus. Laici principes habent temporalem gubernatum, ecclesia spiritualem. Sed dices. Si ecclesia vult vendere affatim emptorum erit. Minime gen-
Matth. 10. tiũ. Gratis accepistis gratis date. Ne sacraméta & spũales res vendideritis. Gratis accepistis, gratis etiã date.
Simonia taxatuor Ait ille. Absit. Hoc mihi tot aureis constitit. Volo & ego pecunias. An nõ tu fur es & latro? Tu ab illo emis, quod ipsius non esse nosti. Tu furto subripuisti res ecclesiasticas, ab aliis emens. Christus vult sacerdotia diuendere, sed non vult pecunias. Ipse vult, per te curari, vt ecclesia sua bene gubernetur. Vis tu portionem hanc agri Noemi emere? Ait ille. Volo. Ego hanc ecclesiam suscipiam, & eius hortos xistosq; recõcinnari faciam. Et ipsa abundè fructum dabit. Minime tamen id, ita fiet. Tantisper expecta. Si tibi ager hic cordi est, oportet etiam Ruth vxorem ducas. Ruth est simplicitas. Opus est animis valde prospicias. Non opus tot or-
Mysticus sensus & egregius. namentis templorum. Quî igitur ducenda est vxor ecclesia? Cum facta est mulier ex protoplasto Adam, ipse dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de car-
Gene. 2. *Matth.* 19. ne mea. Et propter hoc relinquet homo patrem, &
Marci. 10. matrem. Hoc est, propter hanc mulierem, & adhære-
Ephesi. 5. bit vxori suæ. Tu qui curam animarum suscepisti, ex-
1. *Corin.* 6. hibe te sponsum, cura, vt os sis ex ossibus illis, id est, vt ritu ossis corpus sustentes, hoc est illas animas, neque in peccata labi eas permittas. Hæc tua vxor est os ex ossibus tuis, quia sunt aliqui fortiores. Anima illos ad tolerantiam martyrij, & tu vnà cum illis fortiter illud expecta. Est etiam caro de carne tua. Hi sunt fragiliores, & minus perfecti. Opus est, vt illorum commiserearis, & dicas. Sunt hi caro de carne mea. Ob hanc

etiam

etiam vxorem expedit tibi parentem vtrumque deſe-
rere,& relinquere diabolũ patrem. Vos ex patre Dia- *Ioan.* 8.
bolo eſtis,& matrẽ,ideſt,ſenſus concupiſcẽtiam. Expe
dit itidẽ mortificari,& huic eidẽ vxori adhærere,miſ-
os faſtus facere, vnam eandem fieri carnem cum hac
muliere,& ob illam mortem oppetere velle, & ob ſa-
lutem animarum illarum dum opus erit. Vis tu hoc
pacto vitam agere? O præſules, ô eccleſiæ primores
adeſte dum. Vultis ne vos hunc agrum,& hanc vxo-
rem hac lege? Reſpondent. (Cædo iuri propinqui-
tatis.) Aiunt ſe nihil velle facere. Teſtes igitur eſtote,
eos fuiſſe acerſitos, neque voluiſſe tamen pactionem.
Teſtes eſtote per me illos accitos, imò per Chriſtum,
ſex iam annos, nec voluiſſe tamen venire. Excalcea
igitur illos ait Chriſtus, quia propinquitatem cæſſe-
runt, exue illos ſacerdotiis,& omnibus eos ſpolia. En- *Mirè reſpon-*
ſis, enſis tu omnia es facturus. Admoneo te Italia. Ad- *dit poſtea euẽ-*
moneo te Roma. Ne armis,ne equitatui fidas. Aio e- *tus ſub Cle-*
nim tibi,nihil tibi hæc omnia omnino profutura. Pila *mente. 7. ac*
tibi è manu extũdenda eſt: quia propinquitati cæſiſti. *ſub ea memo*
Nihil tibi opem ferre poteſt niſi vnus Chriſtus. *ria.*
Ipſe hoc faciet. Quamobrem vides tempus
non adeſſe adhuc, quo ſpiritus mitti
debeat. Veniet ſuo tempore. Et
tũc Chriſtus erit laudatus,
& in ſecula ſeculo-
rũ benedictus.
Amen.
.:.

Homilia octaua habita octauo Calendas Iunij anni.1496. super Ruth.

Amen amen dico vobis, nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum. Ioannis.6.

Anima spiritualium et corporalium orizon.



Nima intellectu prædita, dilectissimi in Christo Iesu, media est inter corporeas & spirituales formas partim corpori immersa, & partim ab illo seiugis. Et quia medium semper extremorum suorum naturæ particeps est, ideo anima quatenus sentire potis est, organis corporis alligatur, quatenus vero facultatem habet intelligẽdi ab omnibus organis est immunis. Et qm̃ discrimẽ inter homines ponitur, sectantibus his partẽ sentiendi facultatẽ habẽtem, atq; adeo illa, ad quæ à sensibus pelliciuntur, illis vero partẽ intelligere potentem, quæq; præscribuntur à ratione, ideò præcedentibus nostris concionibus videre potestis, distributionem hominũ factam à nobis, dũ alios carnales, alios animales alios

Triplex hõ. spirituales fecimus. Carnales sunt illi, qui sequuntur prorsus cognitionem sensuum, inferioremque hominis portionem, appetentiæ sensuum obsecundantes. Si sensus appetentia te ad lites iurgiaque impellit,

1.Corint.3. & tu ei obtemperas, carnalis es, & ideo ait Paulus. Cũ enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? Quidam alij rationis naturale lumen insequuntur, cui sensus sunt adminiculo. Nihil enim est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Et hi dicũtur homines animales, vt qui non credant, nec faciant tamen quicquam rationis lumini repugnans, & philosophicã ducant

cant vitam. Hi sunt tepidi, qui ritu animaliũ suos impulsus sequentium, naturalis luminis inclinationem, sequuntur, neque aliud intelligere volunt. Alij quidam sunt, qui fidei lumine sunt præditi, quod hominem cum Dei spiritu coniungit, & nuncupatur huiusmodi homo spiritualis. Quippe spirituales res cognoscit, & intelligit, & iuxta eas viuit. Animalis autem homo ea non capit. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus. Quæ cognoscit, ea esse putat & quæ intelligit ea demum magni pendit prætera nihil. Imo alia omnia irridet. Posuimus ergo superioribus hisce duabus concionibus tres assertiones. Prima est. Nullus est exacte christianus, si Dei gratia careat, quæ lumine fidei ipsum spiritum illustrat, Christoque coniungit, atq; spiritui. Porrò alij, qui hac vacant gratia, sunt homines carnales, & animales. Et quia gratiam hanc pauci habẽt, & pauci sunt, qui vere Christiani nominari posint, ideo intulimus ecclesiã innouatum iri. Altera fuit. Cum ecclesia renouãda sit, gratiæ spiritus sancti copia renouandã esse. Et quò hoc fieret, diximus opus esse concionatoribus & ecclesiæ primoribus spiritu sancto plenis, quique, vt ad bonã vitam posint populum reuocare, consuetum etiam hoc fuisse Deo in aliis ecclesiæ renouationib⁹. Et licet Deo integrum esset citra cõcionatores infideles ad seipsum conuertere, & ecclesiam innouare, nihilo secius, non attendendum diximus, quid posit Deus, sed quid soleat secundum ordinem sua infinita sapientia præstitutũ, facere. Postrema fuit, ecclesia nostra hac tempestate renouari non posse, quia opus est prius spiritus abundantia, quæ modò adesse non potest. Quia adhuc non est tempus. Non quia Deus id non posit, sed inspicitur quod illi in more fuit. Deus non consueuit illum

1. Cor. 2.

Tres conclusiones dignæ quæ annotentur.

Nota Hieronimi expositionẽ renouatione ecclesiæ.

M mittere,

mittere,præcipue quando ditio ſpiritualis, penè dixerim vaſtata eſt,antequam ſpiritus almi exuberantia inducatur. Opus eſt è medio cauſas prauas tollere, quæ mala inducunt. Nequit enim recte vita conſiſtere,ſub improbis,præſertim hodie quando confligendum eſt, vt heri tibi dixi, cum gemina ſcientia,cum gemina improborum poteſtate ,'cum gemina tepidorũ nequitia aperta,& clandeſtina. Et dixi ex praua coniunctione ſpiritali,nihil boni progenerari poſſe, & Deum velle, vti ſub hac ſpiritali poteſtate ſit homo, etiam ſi praui ſint illi in quibus reſidet. Quare concluſimus oportere,vt enſis adueniat prius,& poſtea omnia renouabuntur.Tandem in ius vocauimus præfectos eccleſiæ,idq; ad portam ciuitatis,&cum textu noſtro diximus,ſi vellent agrum Noëmi accipere, oportere etiam,Ruth acciperet vxorem,& animas bene gubernarent.Vltimo vidimus,eos audire noluiſſe,& propinquitatis iuri ceſſiſſe,neque voluiſſe accipere conditionem. Paucæ ſuper ſunt reliquiæ textus modo, quẽ vbi expoſuerimus, finẽ imponemus concioni noſtræ, ſi prius tamẽ de more ſacrum euangelium explicare aggreſsi erimus.

Etiã diſcolis antiſtibus parendum modò ne praua præcipiant.

¶Nos omnes ad pœnitentiam vocauimus,neque modò Florentiæ,ſed in cuncta etiam Italia.Nam vox,me hic concionante,in totam Italiam diffuſa eſt. Omnes cædunt iuri propinquitatis. Nolunt venire. Non ita cedunt ius , vt verbis exprimant cæſsionem , præſtant verò id factis.Deus in vos animaduertet. At dicit ille. Ego nequeo ire. An te fugit,neminem ad Deum poſſe venire,niſi Deus trahat, vt Chriſtus mane hoc,in euangelio ſacro ait?(Nemo poteſt venire ad me,niſi pater, quî miſit me, traxerit eum.) Dic,vt me trahat,alioqui nequeo venire.Percontantur hîc in textum doctores, quî Deus trahat,& quos.Sed prius videamus quorſum

Euange. hodiernum. Ioan.6.

Christus hæc verba dixerit, & deinde videbimus, quid sibi ipsa velint. Nota, vbi natus esset iam Christus actis purificationis Mariæ secũdum legem diebus, Mariam Ierosolymam petiisse, & infantem tulisse in templum. Cumque grandæus ille senex Simeon in vlnas eum acceplsset suas, dixit hæc verba. Hic positus est in ruinã, & in resurrectionem multorũ. Similia verba de eodẽ dixit Esaias. Ecce pono in Sion lapidem summum angularem &c. Et Petrus in sua epistola textum illum citans ait. Hic lapis factus est lapis offensionis, & petra scandali. Multi igitur ob hunc Christum in tartara truduntur. Sed dices tu. Quî fieri potest, vt Christus ruina sit, & scandalum plurium hominum, qui ad asserendos venit homines? Respondetur, Christum esse ruinã, & scandalum volentibus, vt ipse scandalum illis ipsis sit. An non tibi nudius tertius dixi, creaturas à Deo bonas esse conditas, scripturam tamen dicere, Creaturæ factę sunt in odium? Sic etiam scriptura à Deo facta laqueus sæpe est improbis, qui rectà non eunt. Scis, vt se hæc res habeãt? Sicut si primates præconio edixissent, nequis noctu per ciuitatem vagaretur, & fecissent insuper, vt per vias claui acuti, & lapides disponerentur, si quis noctu contra edictum iret ipse, sese percuteret, & præterea caderet. Primates in occasione sunt, vt iste ceciderit, qui noctu ambulantibus illa obstacula posuerunt. Imputatur tamẽ casus in solidum huic, qui noctu ire nõ debebat. Vade interdiu, & sursum pedes subleuabis, & nõ læderis. Qui noctu vadit vadit ad patranda mala. Qui male agit odit lucẽ. Sic qui vadit per peccatorum libidinis, auaritiæ, & superbiæ tenebras & noctem, ita excæcatur, vt non videat, quamobrem, offendit, ruitque in malum. Ita Christus sua & sanctorum egregia facinora edidit, vt qui noctu atque in pecca-

Quorsum dixerit Christus verba hæc late.

Lucæ. 2.

Christus quomodo scandalum & ruina.

Esa. 28. Roma. 9. 1. Petri. 2.

Homi. 6. supra.

Quomodo diuina aliquando sunt in ruinam prauorũ

Ioan. 3.

torum tenebris ambulat, non capiat, & ad ipsa im) ingat. Damnum tuum erit si corruas. Vade interdiu, & quæ sunt Christi capies. Si perdius vadis, & sceleris purus, ac recta via, si Christi scripturas, aut facta nō capies, precaberis Deum, & dices. Domine illumina me, & lumē tibi infundet. Dixit ergo quodā tempore Chri-
Ioannis, 6. stus sequentibus ipsum. Ego sum panis viuus, qui de cę-
Ioannis, 6. lo descendi. Et inferius ait. Panis quem ego dabo, caro
Ibidem. mea est pro mundi vita. Et vlterius. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis. Quæ verba multis fuerunt scandalo, quia noctu ambulabant. Ecce fuit hic Christus ruina, & scādalum horum. Alius dicebat, hic ait se
Ibidem. esse panem viuum, qui de cælo descendit. Nonne ipse
Ibidem. est filius Ioseph? Alius dicebat. Quomodo potest hic dare nobis carnem suam ad manducandum? Alius dicebat. Durus est hic sermo. Quo pacto hominis cuiuspiam caro edi potest? Et à Christo defecerunt, neque vltra eius discipuli voluerūt esse. Dixit tunc Christus.
Ibidē. Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Verba, quæ ego loquutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. At qui vos non creditis, quia rectà non ingredimini. Hæc ratio est, quamobrem mihi non creditis, Quia (nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum). Ecce igitur quomodo, & quādo hęc verba à nostro seruatore sunt dicta, quæ scandalo fuerunt pluribus eius discipulis noctu ambulantibus. Con-
Ibidē. uertit se dein ad duodecim discipulos, & dixit illis Nūquid & vos vultis abire? B. Petrus, qui interdiu ambulabat, respondit. Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternę habes? Ego video te rectam vitam tenere. Si in ea aliquid est, quod ego non capiā, in me defectus est. Quare fili mi vade interdiu, & quæ Christi sunt scies cognoscere.

cognoscere. Hoc illud est, quod tibi toties dixi, meam doctrinam non esse meam. Recte viue, & interdiu vade & cognosces illam. Tu denique noctu ingredi vis. Vade, inquam, interdiu. Bene viue, & me tibi verum dicere videbis. Aliòqui ad aliquod impinges scandalum, in quod corruas, & lædaris. Hæc ideò tibi dixi, vt tibi exponerem, quorsum Christus hæc huius euangelij verba dixerit. (Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum.) Videamus modò quid sibi velint.

¶Reuera maximus labor est id tēporis cōcionari, æstu siquidē resoluimur. Ego sinam vos in dominicū vsque diem quiescere. Nollo vestræ valetudini negotiū exhibere, atque incōmodare. Trium dierum ocium dabimus, & postea quid sit faciendū videbimus, (Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eū.) Ait diuus Augustinus. Quid hoc est fratres mei? Quid sibi seruator noster hîc vult. Quid sibi vult, trahere hoc? Nunquid significat violenter ducere, & cogere, hoc est, fune collo inserto, aut catena vincto per vim hominem trahere ad Christum? An non homo libens venire potest? An illi non est liberum arbitrium? An non suapte sponte homo ad Deū sese mouet? Respondet Augustinus hominem vi non pertrahi à Deo, sed delectatione. Ecce, gratia exēpli esto. Tu vis ad te puerum trahere, tu illi poma ostendis, & delectatione pellectus venit. Oui ramum profers virentem, ipsa trahitur, sed delectatione. Ita Christo tibi ostendente vnū aliquod delectabile, tu etiam traheris. Ostēdit tibi cœlestem patriam, & dicis. Equidem vado. Atque in hūc modum delectatione, & non vi traheris à Christo. Dicit etiam Augustinus. Si licuit poetæ illi dicere, trahit sua quenque voluptas, quanto amplius de nobis ipsis di-

Quæstio Augustini. *Responsio Augusti.* *simile.* *Vergilius in Alexi.*

cere debeamus, nos à Christo delectatione trahi. Delectamur siquidem fœlicitate, veritate, iustitia sempiterna vita, quæ nihil aliud quàm Christus est. Da amantem ait Augustinus, Da desiderantem, da feruentem, fonti æternæ patriæ suspirantem, sentiet subito se trahi. Peregrinus qui nolit vltra in hac manere vita, sitit cupitq; ad Christũ ire. Videbit hic & sentiet in se, quo pacto à Deo trahatur delectatione. Deus non egreditur suum ordinem, quem sua sapientia statuit, aut rarò aut potius nunquam ipse trahit pessum grauia, & sursum leuia, atque adeò omnia disponit, & trahit iuxta suam vnius cuiusque naturam. Deus attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Mouet itaque vniuersas res iuxta ipsarum naturam. Ita liberum arbitrium & voluntatem hominis, quia libera sunt libere mouet pro eorum natura. Triplex est appetitus, naturalis, animalis, rationalis. Deus omnes illos pro ipsorum ingenio ciet. Et vnusquisque ipsorum innatam sibi propẽsionem sequitur. Appetitus naturalis non nouit finem, quem sequitur. Verbi gratia, lapis it pessum, nempe ad centrum, & id appetit, & ignorat causam. Deus qui eum fecit, nouit. Appetitus animalis sequitur sensus cognitionem, & propensionem suam. Vnde cognoscit ouis, viridem ramum sibi esse vtilem, & delectabilem, quia sub specie vtilis & delectabilis illi obiicitur. Et ideo appetitus ipsum prosequitur. Appetitus rationalis, qui est hominis voluntas, quia est liber, libere mouetur, & suam inclinationem insequitur. Sed nota ad hoc, vt quid per delectationem moueatur, non sat esse rem esse vtilem, & delectabilem. Sed opus est, vt tanquam vtilis & delectabilis offeratur. Ecce ouis ramunculo viridi trahitur, & depascitur vsque ad satietatem ipsum. At post, & si viridem

Augustinus

Suauis gubernatus Dei.

Sapi. 8.

Triplex appetitus rerum.

Quomodo voluntas humana à deo mouetur.

Simile.

ridem videat ramum non mouetur, quia non ei ſub ſpe
cie vtilis opponitur, aut delectabilis. Idẽ vſu venit homini. Deus tibi oſtendit bona vtilia, & delectabilia. Oſtedit tibi, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, oſtendit tibi æternæ vitæ fœlicitatem, quam tibi ſanguine Chriſti præparauit. Hoc tibi valde eſſet vtile & delectabile, te tamen non mouet, neque trahit. Primò deberet te trahere res pro miſſa, & grande præmiũ. Deinde modus, quo tibi pro miſſa & præparata eſt hæc ipſa fœlicitas. Quippe per ſanguinem Chriſti tibi parta eſt. Ego ob oculos vobis pono hoc, & hoc ipſum ſpeciem præſefert vtilis & delectabilis. Quid ſibi vult, quòd alius mouetur, alius nõ? Quia, (Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum,) ait Chriſtus. Tu fœnum & farraginẽ equo obiicis. Ipſe intuetur in farraginẽ, & illam edit. Quòd ſi tu illi dixeris. Comede fœnum, recuſat, neq; ab ipſo trahitur, quia præſente farragine nullam illi boni, nullam vtilis aut delectabilis ſpeciem fœnum ingerit. Sic tu, qui mũdi paſceris delectationibus, & ſi diuina, vtilia illa quidẽ atq; delectabilia, tibi offerãtur, non te trahũt, & præſentibus ſenſuum voluptatibus, quibus caperis, diuina tibi duritiei & aſperitatis ſpecie, dum offeruntur, apparent, minimeque videntur delectabilia. Oportet ergo, vt Deus ille ſit, qui trahat. Quamobrem bene ait textus. (Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum.) Quum Deus vult aliquem trahere, oſtendit ei ſua ſub ſpecie bonorum & delectabilium, eorum verò, quæ mundi ſunt delectabilium nauſeam & abominationem ingenerat, ſicque trahit illum. Sed quid hoc rei eſt? Ego tibi abominationem rerum mundanarum pro virili ingero, & mundum hunc nihil eſſe cõmonſtro, tu tamen non venis.

Simile.

Mirabilis dei tractus.

(Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit me traxerit eum.) Deus ille eſt, qui trahit. Tametſi ego oſtẽdã tibi mũdũ nihil eſſe, & expedire, vt ad deum venias, tamẽ niſi Deus trahat, firmus fixuſque manes in cõſideratione eorum delectabilium, quę in mũdo intueris, & neutiquam moueris. At vbi Deus trahere, ac inſpirare tibi incœperit, continuò dicere incipies. Ego volo ad Deũ ire. Et ille quia te aptum videt, gratiam tibi præbet, illuſtrat, trahit, & ad Deum venis. Trahit itaque Deus non vi, ſed oblectatione, & abominationem fluxarum rerum homini creat. Ipſe ſub ſpecie malorum inferni ſupplicia obiicit. Ipſe, vt bonam & delectabilem fœlicitatem commonſtrat æternam, & ad ſe trahit, & venit homo ad eum non vi, ſed amore tractus. Sed dices. Quid ſibi vult hoc, quòd hunc potius quàm illũ trahit, illum vero non trahit? Sit mihi per te quietis tantillæ copia, & nonnihil tibi de hoc dixero.

Quomodo trahit nos deus.

¶O monache quid ſibi vult, quòd Deus alium trahit, alium non trahit? Id omnino gratiæ eſt. Quare ipſe illam huic & nõ illi tribuit? Vade roga eum, qui lances, vrceos, patinaſque facit, atque alia fictilia, & dic. Quur tu multa fingis & pulchra vaſa, multa etiam turpia? Et cur hæc ſpecioſa ſunt, illa vero deformia? Reſpondebit tibi, id facio in totius domus bonum. Nam pulchro hoc ad illud miniſterij opus eſt, & deformi hoc ad aliud. Quod ſi dixeris, quid tu ex eadẽ argilla atque materia hoc bellũ vas fingis, & non illud aliud? Et ex hac terra vnde deforme vas fingis, quin tu ſpecioſum formas? Reſpondebit tibi. Quia ſic mihi collibitũ eſt. Roga philoſophos, quid ſibi velit, quòd exiſtẽtibus animãtibus cunctis ex materia eadem, formis ſint variis diuerſiſque, & aliud alio ſit formoſius. Reſpondebit tibi, Deum id in ſpeciem vniuerſi feciſſe. Varietas enim facit

Prædeſtinationis reſolutio.

Simile in hac materia ſolẽne.

De hoc ipſo videa autorem in Tomo ſuper Amos. hom. 1.

cit pulchritudinẽ. Quod ſi dixeris, quid leoni aut equo nobiliorem formam indidit, quàm aſino, atque in his ipſis equis, ac leonibus, alium formoſiorem alio fecit? Reſpondebit tibi. Quia ſic ei placuit. Sic & in re propoſita, ſi tu dicis, quare hunc Deus trahit, illum vero non? Reſpondetur. Vt ipſius tum iuſtitia, tum miſericordia manifeſta fiat. At quare hunc, potius, quàm illum? Quin huic gratiam largitus eſt, ſicut & illi? Reſpondetur, quia ſic ei placet. O monache, non eſt alia ratio? Fili hæc abyſſus quædam eſt magna. Dixi tibi aliàs, ne huc ingredereris. Dicit hîc Auguſtinus. Noli iudicare, ſi non vis errare. Diuus Paulus ſciebat longe melius, quàm nos quæſtionem hanc ſoluere. Noluit tamen huc penetrare, ſed dixit. Quia ita Deo fuit complacitum, ideo ſic res habet. Voluntati enim eius quis reſiſtit. O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Deo nota eſt ratio, cur ipſe ita fecerit. Te autem latet, neq; ipſe tibi eam exponere tenetur? Miſſas fac quæſtiones iſtas. Dũ in patria erimus beata, ſciemus. Dic mihi vtrũ potius eſt, vt tu Deum æſtimes iuſtũ, te verò ignarum, an ipſum iniuſtũ, te autem ſapientem? Deus iniuſtus dici nequit, quippe qui ſumma ipſa iuſtitia ſit. Præſtat igitur dicere Deum omnia benefacere, & à te hoc non poſſe intelligi. Ne igitur altius in hac quæſtione eas, offendes enim ad petrã ſcandali. Origenes voluit inuenire ſolutionem, & dixit animas vniuerſas ſimul fuiſſe conditas, & deinde pro meritis vniuſcuſque, vel delictis corporibus hiſce immiſſas hîc. Hoc cum vniuerſa philoſophia pugnat. Et Paulus ibidẽ de Iacob electione loquens, & de reprobatione Eſau, ait. Cum nõdum nati eſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecundum electionem &c. Dictum eſt ei, &c. Sicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Pelagius

Prædeſtinationis materia abyſſus magna.

Roma. 9.

Origenis error.

Roma. 9.

Gen. 25 Mala. 1.

gius etiam, volens hoc ipſum indagare, in errorem lapſus eſt. Concludе igitur Deum eſſe, qui vocat & recte agẽtem vocari. Sed tu dicis. Quomodo citra gratiam quis poſsit bene agere cum ſcribat Paulus, non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis? Sufficit tibi, Deum vnicuique ſufficiens præſtare auxilium. Ne te in hanc abyſſum intromittas. Sed cogita gratiam ſeruatoris noſtri Ieſu aduenisſe, & nobis non ob noſtra merita, ſed ſua miſericordia benefeciſſe. Bene ergo age, & vt Auguſtinus ait. Si non traheris, ora vt traharis. Deus ſufficiens adiutorium largitur vnicuique. Tu quæ fidei ſunt tenes. Rumina illa. Conciones tibi ſunt. Age bene, ſi vis trahi. Aliôqui nullus tibi remanebit prætextus. Accedamus pauxillum modo ad euangelij verba.

2. Cor. 3.

August.

¶(Nemo poteſt venire ad me, ait ſeruator, niſi pater qui miſit me, traxerit eum.) Si ergo tu ad pœnitẽtiã & bona opera tract⁹ es, ne tibi acceptũ ipſi referas. Ipſe eſt pater, qui ſua te trahit miſericordia, & dicit. Eum qui ad me veniet, ego reſuſcitabo in nouiſsimo die. Hoc eſt corpus, animáque eius ego ſoſpitabo in æternũ. Vide igitur, ſi ſequaris Chriſtum, quid lucri facies. Si mũdum ſequaris animæ & corpus iacturã facies. Si Chriſtũ ſequaris, aliquid ex his, quæ mundi huius ſunt amittes, ſed tãdem animam corpuſque tuum æterna ſalute donabit. Quid igitur facis, qui Chriſtum non ſequaris? Sciſne tu, cur non venis? Quia Deus non te trahit. Scis quare te non trahat? Quia peccatis implicitus es. At quare illum trahit, qui in peccato eſt, & facit, vt illud ille dimittat, & non ego? Quum tu baptizatus fuiſti, Deus tibi ſuam gratiam impartiit. Si bene agere vis, illa iuuaris gratia, atqui ſi tua nequitia in peccatũ labaris contra Dei pręceptum, in manus eius incidiſti.

Conuerſio noſtra munus Dei.

Ioan. 6.

Sequelæ mundi et Dei quã diuerſum pmium.

Non eſt cur queramur de Deo ſi nõ trahit nos.

Nonne

Nonne in te, si velit, animaduertere potest? Ita pater. Ne ergo de illo queraris, si parcere vult vni alij, & sub leuare ipsum, atque trahere, & de te supplicium sumere. Sat est, te non posse conqueri, illum tibi iniurium esse. Tu demum cecidisti, & scis te iure damnari. Ne ergo de Deo queraris, si de te vindictam sumit, parcēs aliis. Manat & hoc malum à parentibus vestris, qui bene non instituunt filios, imò male educant, quare gratiam baptismalem amittunt. Quod si Deus post illis ipsam non vult restituere, nō tenetur. Vos parentes in die iudicij rationem reddetis. Est etiam primatum culpa, qui in suis terris non curant leges rectas condendas neque vt recte viuatur dant operam. Pueri, quæ audiunt & vident addiscunt. Tu etiam non vis tollere de medio, ludo vacātes, & meretrices in viis obuias. Quid vos Domini Octouiri agitis? Vos estis ministri Christi, regis ciuitatis vestræ. Si iustitiam non coletis, ipse in vos animaduertet. Væ, inquam, vobis. Curatæ hæc vitia à vestra ciuitate pellēda. Vos item pueri quęrite ludo vacantes, tollite ab illis chartas. Vos ciues quorsum constituti estis magistratus? An vt peccata foueretis? Ego vobis dico, hunc non esse finem. Vos secus, atque debetis, facitis. Vos magistratum in hoc suscepistis, vt vitia & peccata de medio tolleritis. Vos finē dimittitis, neque id facere addiscistis, quod vestri muneris est. Qui probus est addiscit, sicut scriptum est in prophetis. Erūt omnes docibiles Dei. Hoc est qui filij Dei erunt, & intelligent, & addiscent. Sit mihi modò quiescendi venia tantisper.

Baptismalis gratiæ amissio parētibus etiā adscribitur.

Magistratuū exhortatio.

Esaiæ. 54. Ioan. 6.

Esa. 54. & Ioannis. 6.

¶ Vos ad diuina tardi estis, & desides, ad ea vero, quæ mundi sunt, soliciti. Itidem ad ea, quæ cōmodo sunt ciuitatis pigri estis, ad propria bona soliciti & diligētes. Vos contra quā debeatis, facitis. Quare vestra nōn pro

à Christo trahendum ad suum famulatum. Sine modo vt tantisper quiescam, & veniamus ad Booz, & Ruth heri intermissam historiam. Volunt enim nostri fratris suscitare semen.

¶Si tantum malum impendet dilectissimi, & si pauci homines reliqui futuri sunt in terra & hi pauci, vt sint semé, quid agitis? Quin ad Christi famulatum non venitis? Quin ad exuscitandum semen, & nomen fratris nostri non cōtenditis? O monache res in hoc sita est, atque hîc eius est cardo, si hæc quę tu dicis credātur. Qui nō credit, aio vobis, iā iudicatus est. Actū est de illo. Tu cernis bonos credētes, improbos vero minime. Quod aliud signum vis? O domine, quid dicam nescio. A quibus stat veritas, à probis, an ab improbis? Si ab improbis quomodo hęc res se habet? Quomodo geritur? Vbi tua est prouidentia? Si tu filios tuos spurios illuminas, bonos autem & germanos in tenebris deseris, quid dicā nescio. At hoc esse non potest, quippe quod cum bonitate & sapientia Dei pugnet. Verum ergo est, quod dixi ego. Quum igitur id verū sit, præpara te, atque appta te ipsi, & interpella Deum, vt te trahat, & vt ex his sis, qui ad eius inuigilant famulatum, & qui fratris nostri exuscitāt nomen. Adesdum. Videre enim libet ex vtrorum velis esse numero. Distinguunt isti philosophi omnia in substantiam & accidens. Substantia illud est, quod accidentibus subest. Accidentia illa sunt, quæ accedunt substantiæ, & abscedunt ab ipsa. Homo est substantia, & tametsi natura sit disciplinæ capax, neque hoc ab illo vnquam recedat scientia, tamen quam colligit accidentaria illi est. Ammittit enim illam interdum, & aduenit atque adeò abit, tanquam accidens. Angelus habet innatam sciētiam. Nam cum primum fuit creatus scientiam recepit, quam nunquam amisit.

Ioann. 3.

Differentia scientiæ hominis, angeli, Deique.

Et quoniam angelus homini natura præſtat, excellentiori pollet ſcientia, & lumen illius latius funditur. Et quò altius aſcenderis, maiorem inuenias excellẽtiam. Quapropter Deus, vt pote qui lumen habeat immenſum, & natura ſit præſtantiſsimus, ſcientia item pollet profundiſsima quę etiã adinfinita extẽditur. Tene modò hoc firmiter, & ſine me. Redibo ſiquidem ad propoſita cõmode. Deus ſeipſum comprehẽdit, & omnia, quæ in ſe ſunt cognoſcit, & quia infinitus eſt, infinitè etiam ſe cognoſcit, omniſq; perfectio in eo eſt naturâ. Efficitur ergo hinc non poſſe creaturam condi, quæ per naturã ſuam duntaxat videre queat Deum facie, quod aiunt, ad faciem. Videret enim virtute propria, atque finita, lumine etiam finito res infinitas. Cum omnis creaturâ ſuapte natura finita ſit. Quod ſi hæc omnia naturà res illa cerneret, quod proprium Deo eſt haberet, & illam peccare non poſſe, eſſet conſequens. Licet ergo angeli naturâ ſcientiam habeant, & excellentes ſint, tamen quum creati fuerunt vltra genuinũ lumẽ, fuit etiã illis gratię lumen contributũ pro vniuſcuiuſque ipſorũ capacitate natiua. De gloria item eorum qui nõ peccarunt conſimiliter eſt dicendum. Fueruntque ſurſum leuati tractiq; à Deo, vt à magnete ferrum trahitur, videndiq; vultus ſui copiã ipſe illis fecit. Omnes angeli probi amare Deum, quoad eius fieri potuit niſi ſunt, idque pro cuiuſq; captu, & natura. Ait. D. Thomas angelos curã gubernatumq; gerere huius mũdi. Sũtque in tres hierarchias diſtributi. Prima nouit, amatque finẽ, in quem omnia ordiuantur, quę in eccleſia gerẽda ſunt. Altera diſponit, & in finem ordinat ea. Tertia exequutioni res mandat. In prima hierarchia, Throni finem ſibi proponunt, cherubim agnoſcunt illum exacte. Seraphim ipſum ardenter amant. In altera

Ex S. Thom. 1. parte. q. 62.

Angeli gubernant hũc mundum. 1. part. quæ. 110. art. 1. & 3. & 3 contra Gent. c. 83.

Ordo & differẽtia angelorum.

ra Dominationes res in finem referunt. Virtutes pellunt mala, quæ impedimento possent esse. Potestates dein committunt tertiæ hierarchiæ ordinata, vt capessant ea administrentque. In vltima principatibus curæ sunt prouintiæ, Archangelis principes, & ecclesiæ præfecti, quorum gubernatui cæteri homines subsunt, angelis post, quorum vltimus est chorus, priuati homines. Vnusquisque enim homo habet angelū suæ custodiæ præfectum. Quid tu dicis Florentina ecclesia? Quando ecclesia renouabitur, erit gubernatus hic in terra. In prima hierarchia, qui erunt similes Seraphim? Præsides feruidi & charitatis erga Deum & proximum ardore accensi, quique ex his sic erunt animati, vt vitam propter Christum exponere desiderēt. Similes cherubim erunt doctores & ecclesiastæ ad aliorum illuminationem illustrati. Thronis similabuntur reliqui sacerdotes & monachi omnis maculæ mundanique contagij puri, atque adeò nitentes. In altera hierarchia similes Dominationibus erunt domini, qui bene cuncta ordinabunt, ad bene viuendum, & his suberunt Octouiri, & reliqui magistratus Virtutibus similes in malorum expulsione & bonarū legum obseruantia. Dein similes Potestatibus erunt magistratus reliqui, committentes curam, atque ordinantes, vt in vrbe, & vbique studiose viuatur. In vltima hierarchia erunt deinde similes Principatibus, Duces, Vicarij, Prætores & rectores terrarum vestrarum, vt benè & iustè viuatur studentes. Archangelis similes erunt curiones probi, & familiarū patres. Angelis vero vnusquisque, qui virtuti iustam nauarit operam sanctè degēs similis erit. Quorsum hęc monache? Videris enim egressus historiā. Attende vero & videbitur cōmodus digressus, quē, vt hoc manè verbum tibi dicerem, feci.

D. Thom. 1. q. 108. mul ta de his.

D. Tho. 1. p. q. 113.

Ecclesia militans similis triūphāti in gub.

Gradus ordinesque ecclesiastici simulantur angelorum ordinibus.

Angeli

¶Angeli ergo,& gratiam,& gloriæ lumen pro sua habuerunt natura. Homines non sic. Sed habēt gratiam, iuxta dispositionem ipsorum. Oremus Deum, vt nos aptos reddat, & vt nobis donet posse æquiparare aliquos angelos fœlicitatis fastigio, & adhuc superare.

Vide mirabilem euētum. ¶Quieti estote, nihil mali est. Concionante D.Paulo iuuenis quidā Euthychus nomine iuit ad illius audiendam concionem, & cum è fenestra illam audiret, *Actorū.20* præ concionis prolixitate obdormiuit. Dæmon verò quò rem interturbaret, è fenestra illam iactauit,& interiit, D.Paulus fecit, illū ad se adduci,& vitæ restituit. Caue te tamen vobis à casu. Neq; enim nos Paulus sumus.

LAVRENTIVS VIOLIVS exceptor ex ore Hie. concionātis

Animaduerte hic lector, hæc verba proximè dicta, eò fuisse interiecta, quòd dum hucusque concionem traxisset pater, subito gradus alti quidam confracti sunt, quos pueri faciendos curarant, ad audiendam concionem, & erat supra affatim puerorum. Gradus fracti sunt, & pueri corruerunt, & tamen Dei gratia nullus læsus est. Et pater superius posita verba dixit, & deinde concionem prosequutus est, dicens.

D. Tho. p,q, 62. arti, 6. ¶Aio, angelos habuisse gratiam, iuxta naturam suam. Si aliquis sit natura rectè constitutus, alter vero prauè vter credis tu maiorem sibi à Deo cōciliabit gratiam? Certe qui melius in bonum propensus est. Nam semper ille nititur maiorē sibi gratiam adsciscere. At quā obrem huic talem non dedit propensionē, qualem illi? Sat tibi est, Tibi non deesse eius gratiā, si te exactè præ *2.Cor.12.* parare velis. Deus sufficiens præstat auxilium, & ait. *Quàm altissimū fastigiū in cælis curādum.* Sufficit tibi gratia mea. Igitur vnusquisque se præparet, quò ad eius fieri potest. Stellio nititur manibus. Quid igitur vis facere tu, qui præstanti es ingenio, & bene natus? Nitere, vel altissimū fœlicitatis fastigium *Prouerb,30.* ascendere. Præpara, atque rectè dispone te,& concilia tibi Dei gratiam. Vtrum melius est te angelis annumerandum

randum aſcẽdere, an archangelis? Vtrum eſt melius. Poteſtatem eſſe an Dominationem? Quid potius eſt eſſe Thronũ, an Cherubin, an Seraphin? Quid eſt præſtantius in primam, in ſecundam an in tertiam hierarchiam cooptari, quò aſcenderis altius, hòc melius tibi atq; prę̃ſtantius erit pręparà te ad ordinem Seraphin. Num præfecturas quęrere vis? Nolo te illis offeras. Eſſes enim arrogans, quamuis præfecturam deſiderans, bonum opus deſideret, vt Paulus ad Timotheũ teſtatur dicens. Qui epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat. Hoc eſt. Deſiderare, & orare Deum, vt tibi eã gratiam ad ſuam gloriam tribuat, qua præeſſe merearis, non eſt malum. Pro virili ergo labora, vt te præpares ad eam tibi à Deo ineundam gratiam, quam potueris. Nec obid tamen tibi aliquid arroges. Sed te præpara in Chriſto ſperans. Et pro virili bene age, vt Deus, ſi illi erit placitum, cum tempus erit, dicere valeat. Veni huc. Ego volo facere, vt tu ſeraphin eſſe, mereri poſsis, tu vero, eſſe Thronum, tu eſſe poteſtatem, tu Dominationem, & cætera. Veni ergo ad Chriſtũ ipſe enim te inuitat ad ſuum famulatum. Veni grãde ingenium. Veni ad ſeruiendum Chriſto. Si maneas in ſeculo, ſeruire Deo bene non poteris. Opus eſt mũdũ deſerere, qui præſtãtem ſe Dei famulum exhibere cupiat. Oportet non tam humili loco inſiſtere, qui ſeraphin eſſe contẽdat. Si in ſeculo vxorem habes, bene age & cura quam altiſsimum locum aſcendere. Gratiam homines à Deo ineunt pro ſua ipſorũ præparatione. Grãdem modo curato præparationẽ afferre, ſi grandẽ vis à Deo obtinere gratiã. Veni, dico tibi, Chriſto miniſtraturus. Veni ad exuſcitãdum fratris noſtri nomen. Hoc illud eſt, quod heri tibi dicebã in hiſtoriã Booz volentis nomẽ fratris ſui ſuſcitare. Vide modò, vt nõ

Ambitio cõpeſcitur.

1. Timo. 3.

Grãdia præſertim ingenia vocat ad monachorum inſtitutum.

ab re sit superior hęc nostra raciotinatio. Veni, atq; ad Christi famulatū te accinge, & coapta. Et relinque illi cogitatū de tua exaltatione in gloriam Cherubim, aut Seraphim. Veni, quia Christus obiit, & apostoli mortui sunt, atq; martyres. Opusq; est, vt nos fratris nostri Christi nomē suscitem⁹. Si præstanti es intellectu, atq; ingenio, & potēs ad grādia, veni Christo famulaturū. Tu ē porta vocat⁹ es. Vnus quisq; est vocatus. Vidisti heri p Booz vocatū esse propinquū ē porta corā decē seniorib⁹ ex Israel. Si fratris tui nomē suscitare nolueris, si id facere detrectaris, ad quod te deus vocat, Booz idest, Christus, ad portā ibit, & dicet. Tolle calceamētum. Quod statim soluit ē pede suo, vt heri tibi dixi. Dicetq;. Auferte ab eo gratiā, excalceate illū. Facite, vt annumeretur familię discalceatorū, vt in veteri lege fiebat. Inspuite illi in faciē. Sinite, vt cōuitiis omniū vbiq; pateat Annon igitur tibi satius est, vt ad Christi famulatum contendas, & ad suscitandum nomen fratris tui? Sine te sursum eleuari. Sine te ad Thronorum subuchi gradū, aut Seraphim, quò ipse vult. Deus est, qui trahit. (Quia nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Sine, te trahi. Trahit enim te non vi, sed delectatiōe. Tu sub pudefieri times. Veni mecū. Vadamus ad improperia. Eamus foras, obiectem⁹ pro Christo vitam, in frusta discerpamur, quò Christi nobis beneuolentiā adsciscamus. Ipse vocat. Heri sub ma ne vidisti, vnumquēq; vocatū, fuisse. Et hęc est secūda vocatio, quæ excellens est. Sine me paulisp quiescere.

Veretur aliq ignominiam ex famulatu Dei in instituto monach.

¶O monache tu ab hinc sex annos, nullum verbum de hac re fecisti in hūc vsq; diem. Christus, aio, ministris eget, vultq; ecclesiā renouare. Veni, alioqui extrahetur ē pede tibi calceus. Tempus instat, & modô liberi tui ad hoc inepti sunt. Apti postea erunt. Veni, in-

Cur hucusq; non vocarit Hie. homines ad institutū monach.

quam. Etenim talentum modò abdituris male vertet, væ illis. Persuaserunt sibi hi qui grandi pollent sapientia, Christo opus ipsos esse. Christus non te eget. Sed tu omnino illo. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Deus potest ex lapidibus homines facere, quia te hoc munere donare vult, si ipse velis. Ipse te ad suum opus vocat, quamuis illi te nō opus sit. Mihi etiam te nō opus est. Ego dico Christo. Gere tu dn̄e rem hāc. Opus hoc tuum est. Ego quod meum est præstabo. At forsan sapiētes credunt, ipsis Deū egere, & ex se de operibus Dei cōiecturam faciunt. Dicit philosophus. Vnumquodq; est in alio per modum sui. Cape speculum. Tu intueris intus faciē, & intellectui tuo materialem sese offert, vt foris est, & licet immūnis sit à materia ipse intellectus, neq; aliquid in se materiæ habeat, apparet tamen illi materialis, quia idôlū qđ haurit, ex sensibilibus vsurpatā est, quæ materialia sunt. Et quia fallit sensus, quò propius ad sensum accesseris, plus fallitur intellectus. Tu solem vides. Et apparet tibi exiguum corpus, & intellectus decipitur, qui credit sensui. Re vera sensus decipitur, & nos volentes dicere aliquem vastum hominem, & deceptum etiam esse, dicimus ipsum imaginationem non transcendere. Quare tu philosophe nō bene ratiocinaris. Tu intueris res naturales, & cū alius rei egēt opera ád aliquid, tu dicis illas citra hanc id non posse facere. Sapiēs tu parū penetras. Fides catholica & Christi amor supra omnes sensus sunt, & exuperant intellectum, & naturale lumen hominis. Quare vsu venire videas, sanctos viros in contemplatione sensibus educi. Paulus raptus est, & nihil sentiebat. Cæteri, qui rapiuntur, nihil sentiūt. Non ergo eget ô sapiens fides tua sciētia, tametsi profit etiam scientia, si adiungatur ei. Piscatores

Matth. 3.

Canon philosophicus.

Natura legibus angustis tenetur in agendo, Deus non item.

2. Corin. 12.

Deus nō eget nostra industria ne ingeniis.

citra dialecticam & philosophiam grandia gesserunt. Christus nõ te opus habet. Sed, quò tibi bene faciat, ad suã te inuitat gratiã. Sed si audire noles, deus exuscitabit simplices piscatores, exuscitabitq; in illis denuò spiritũ. Et hoc in tuã tibi gratiã volui dicere. Ecclesia nouanda est, si tu illã detrectes, in tuũ futurũ est incomodum. Hæc est illa Ruth, quã propinquus Booz noluit vxorem, & cessit propinquitatis iuri. Et ideo Christus, dicet, vt Booz dixit. Testes estote, à propinquis his repulsam, & desertã Ruth. Testes estote simplices esse recusatos, & desertos. Ego volo mihi Ruth vxorem. Ego hanc innouabo ecclesiam. Estote testes ita futurũ à me asseri. Age verò qđ reliquũ est textus prosequamur. Sed permitte mihi tantillum quietis prius capere, & videbis honores, q in hãc fœminã cõgerunt. ¶(Respõdit oïs populus, qui erat in porta, & maiores natu. Nos testes sum⁹, Faciat dñs hãc mulierẽ, quæ ingredit̃ domũ tuã. Sicut Rachel & Liã, quæ ædificauerũt domum Israel.) Nos volũt dicere, testes sumus, te Ruth vxorẽ duxisse, & tuũ propinquũ eam detrectasse. Ita nos huius rei testes sumus te missurũ tantam spiritus abũdantiã, vt hãc Ruht sis ducturus vxorẽ. i. hãc ecclesiã nouaturus. Rachel interpretat̃ ouis. Et Lia laboriosa. Nos præcamur te, vt sanctos ꝓphetas, mittas mansuetos tanquã oues, laboribus insudantes, & ecclesiarum zelo plenos. Nos precamur, vt hec ecclesia Florentina, (sit exẽplum virtutis in Ephratha) quæ interpretat̃ frugifera, & significat ecclesiã. Nos precamur, vt in vniuersa Italia sit exẽplum & in toto orbe. Nos precamur, innouationẽ fieri vbiq; terrarũ. Et vt Ruth hæc ꝓcreet bonos liberos, & vt heretici infidelesq; illi ad saniorem mentem reuocentur, & bonos filios generent. Domine tu absque doctrina id potes facere, & absq;

Rachel & Lia quomõ interpret̃ & quid significent.

Ephratha ecclesia.

absq; dialectica. Emitte igitur hũc spiritum tuum, fac vt cõcionatores in hoc opus incumbãt. Fac vt hæc mulier, vt hæc florentia sit exemplum virtutis per totam ecclesiam, & in vniuerso orbe, & vt instauratricis orbis nomen ipsa ferat. (Fiat domus tua, sicut domus Phares.) Quod interpretatur diuisus. Apostoli fuerũt, qui orbẽ diuiserunt vniuersum. Diuiserunt ethnicos ab idôlis. Fuerũt etiã ea tẽpestate diuisi & occisi multi martyres. Renouetur ergo, & fiat hæc ecclesia, qualis apostolorum & martyrum fuit tẽpore, quãdo ipsa peperit Phares hunc, & hãc diuisionẽ. (Quem Thamar peperit Iudæ.) Thamar signat palmã, Iuda vero confessionẽ. Tunc tẽporis vigebat martyrij palma, & omnia confessione laudis diuinæ plena erãt. Ah domine reduc illa tẽpora. Exaudi simplicium preces, qui producto semine filios generabunt. Obed interpretatur seruiens, & significat eos, qui futuri sunt, Deo seruituros & Deo obedituros. Natus igitur est Obed filius ex Ruth, & Booz eius viro. Et venerunt mulieres & dixerunt Noemi. (Benedictus dominus, qui non est passus, vt deficeret successor familię tuę.) Ita dicẽt animę ecclesiæ. Benedictus Deus, qui ecclesiam suã innouauit. (Vt habeas qui consoletur animam tuã, & enutriat senectutem) Tu Noemi. Tu ecclesia anus eras, & modò innouata es, & Deus in senecta tua animam tuam consolatus est. Benedictus Deus qui simplicium precibus magnos viros progenerauit, qui totam ecclesiam solabũtur. Noemi accepit infantem in vlnas suas. Ecclesia tunc multos liberos suos in gremiũ suum accipiet, multasq; animas bonas, & mulieres illam circunstantes, ipsam consolabuntur. Idest: Boni & simplices oẽs Deum collaudabunt. Age quiescamus tantisper cum Noemi, & summam textui imponemus manum.

Phares quid significet Apostolorũ & Martyrum tẽpora.

Thamar Iudas.

Obed.

 ¶Hæ

recede à mūdo. Hæc est cōsummatio. Si vis pfectus esse, vade, vēde oia quæ habes, & sequere me. Ecce text⁹ in his generatiōibus te hoc docet. Primò hic Phares te hoc docet, q interp̄tatur diuisus. Diuidere, & separare a mūdo. Abscinde, abscinde. Ne ampli⁹ indifferēdo tēp⁹ teras. Nō est in vita mai⁹ solatiū, q̄ illud qđ inueniť in instituto monachorū. Ex Phares nasciť deīde Esrō, q interp̄tatur, sagittā vidēs. Sagittę intra pharetrā occultanť, & significāt illos q internè occulta vidēt. Quū tu ad institutū monachorū venisti, dedis te scripturæ sacræ studio, vides, quæ intus sunt, & ritu sagittę penetras occulta sensa ipsius, & occulis vales. Et cū dn̄s videť te hoc studio scripturæ satis prouectū, dicit Heus, ego volo te ad mundi salutē curādam mittere. Et educit te foras tāquam bonā sagittā, & mittit te. Qui adeo vocať, ad suā salutē est vocatus. Qui verò sese intrudit muneri obeūdo, amittit gratiā. Sequiť deinde Esron, q generat Arā, cuius est interp̄tatio, suscitās excelsum, vel, suscitās gentē. Probus monachus orat, & ait. Dn̄e largire mihi, vt suscitē homines. Dormiūt quippe oēs hi, neq; audiūt. Ait ille. Ecce instāt vindices Dei. Oēs tn̄ dormiūt. Nasciť dein ex Arā Aminadab, qđ nomen interpretať, populus me⁹ spōtaneus. Nasciť popul⁹ qui dā Dei qui spōtaneus bene agit, & turba conuertitur. At qm̄ quum te fructū facere, & populū cōuerti per te videas, in superbiā erigi posses, ideo ex Aminadab procreatur Nahassō. i. serpens inutilis. Hic ad me spectat. Serpēs hic in bonam partē capitur. Opus est prudentē fieri instar serpētis, neq; incātationibus laudū alicuius hominis cædere, aut eis permoueri. Serpens veteres ponit exuuias, & innouatur. Opus est omnem vetustatem abiiciat, & seipsum prius innouet, qui alios sit renouaturus. Serpens libens est ad solis calorē, sic bonus

Matth. 19.

Figura abrenuntiantium mundo, & ad institutū monachorum transeuntium.

Concionatori fructificanti cauenda superbia et inanis gloria.

Concionator ipse renouandus antequā renouet cæteros.

Serpens symbolum perfecti cōcionatoris & perfecti monachi.

Monachus volenti animo caloribus orationum immoratur. Serpens obiicit corp⁹ ictibus, & abdit, & protegit, quoad fieri potest, caput. Ita bonus monachus, & bonus ecclesiastes caput suū Christum abscondit. Hoc est, quò honorē Dei tueatur, corpus suum ictibus obiicit, & morti sese dedit, & ait. Equidem ob hanc virtutem volo oppetere. Ex hoc Nahassone generatur Salmon, qui interpretatur pacificus, quia hic efficitur humilis, & pacificus. Et dicit. Nos nihil facimus. Deus est qui omnia egit. Hic honores non ambit, intus manet, & foris pacificus, neq; vllis rebus turbatur, aut permouetur.

Trāquillus et humilis dbet esse concionator & Monachus.

Ex Salmone postea nascitur Booz, qui interpretatur, in quo est robur, quia hic validior in dies euadit, tantiq; spiritus, vt neq; principes, neq; vllum mortalium timeat. Veritatem coràm dicit, fustigatur, & blasphematur, perseuerat tamen fortis. Et ideo generat postea filium Obed, quod est interpretatum, seruitor. Generat liberos Dei seruos, æquanimos, supplices, & ait. Sinite tandem eos obloqui, qui obtrectant. Nā vita Christiana est benefacere, & mala pati. Obed deinde generat Isai, quod interpretatur, sal⁹ mea, quia ipse hoc pacto sperat sibi coronam adipisci. Vltimus nascitur Dauid, & interpretatur pulcher aspectu. Et nostrū seruatorē effigiat, aspectu pulchrum. Sperat hic deniq; ire ad videndum vultum assertoris nostri, atq; vindicis Christi Iesu, qui est gloriosus, & in secula seculorum benedictus. Amen.

Fortis debet esse conciona.

Beata spes cōcionatoris veri et perfecti.

LITERALIS, AC MYSTICA EXPOSITIO MIchææ prophetæ.14.homiliis distributa, autore F. Hieronymo Sauonarola Ferrariensi, ordinis prædicatorum. Est autem prima earum hæc, quæ in ordine libri est nona.

Homilia nona habita quarto Calendas Iunij anni. 1496. super Michæam.

Verbum domini, quod factum est ad Michæam Morasthitem in diebus Ioatham, &c. Michææ cap. 1.



RISTITIA, dilectissimi in Christo Iesu non modo multa impedit bona spiritualia, atq; corporalia, sed multa etiam mala gignit. Nanq; impēdens malum intuetur, atq; illud maxime, quod ipsi est ineluctabile. Estque is idem affectus, ceu pondus hominis, & ceu grauedo ei imposita. Quum tu dorso pondus toleras, quod te nimis grauat, nequis ambulare, ita tristitia nonnũquam adeò animum aggrauat, vt non sinat hominem ad bonas progredi operationes. Et impedit voluntatē, atq; adeò non rarò corpus. Manant ex tristitia ira, odium, & verba mala. Quare homines spiritu sancto illuminati omnino fugiunt tristitiam, & hilaritati student. Neque aliud est, quod iuxtà exhilaret hominem, atq; ruminatio scripturarum sacrarum. Cuius hæc est ratio. Omne quod conforme est naturę hominis, est etiã

Tristitia mala.

Viri sancti fugiũt tristiã

illi delectabile. Spiritualis homo habet supernaturale fidei lumen, & scripturæ sacræ sunt à Deo conditæ supranaturali lumine. Quum ergo sint scripturę homini spirituali adsimiles, sunt etiã illius naturæ conformes, & ideo multũ eum delectat ipsarum ruminatio, & contemplatio. Quò etiam homo Deo plus appropinquat, plus eius beatitudinem sentit, & amplius oblectatur. Atqui scriptura sacra, quæ Deum, ceu scopum intuetur propiorem facit hominem Deo, ac proinde ipsius beatitudini. Hac ergo ratione etiam scriptura sancta multũ oblectat. Adde, ꝙ operatio, quò est perfectior, hòc maioris est oblectationis. Est autẽ scripturarum cõtemplatio sacrarum, eximia operatio, vt per quam Deus consideretur, qui prima est veritas. Igitur consideratio hæc permultum voluptatis habet. Memoria quoq; rei amatę multã voluptatem amanti affert. Scriptura sacra Christi tibi memoriam refricat, qui te tantum dilexit, vt in tuã gratiã, & homo fieri, & diẽ oppetere voluerit. Ob hoc ergo scriptura multã prætereà affert voluptatẽ. Spes item rerum grandium multa afficit voluptate. At scriptura grãdia nobis æternæ vitæ sistit, quã nos à Deo speramus. Grandi igitur voluptate nos scriptura perfundit. Tunc deinde, si se amari homo nouerit, impẽse delectatur. Scriptura vero ostẽdit homini ipsum cũprimis à Deo amari. Magnã ergo homo capit delectationẽ. Affatim quoq; volupe est, de aliis bene mereri, quia ille cui id in manu est sentit in se aliquã esse excellentiã, qua possit de aliis bene mereri. Atqui scriptura te docet, & vult, vt salutem tibi pares, atq; adeò aliis per conciones, & doctrinam, atque consilia, & id genus alia. Affert ergo tibi scriptura oblectationem minime vulgarẽ. Prætereà, quò aliqua contẽplatio eleuatior est, hòc maioris est voluptatis, scriptura

Cur tãtæ suauitatis et lætitiæ est lectio diuinæ scripturæ.

1. Ratio. (plus eius beatitudinem)

2. Ratio. (Atqui scriptura sacra)

3 Ratio. (multũ oblectat. Adde)

4. Ratio. (deratio hæc permultum)

5. Ratio. (tere voluerit.)

6. Ratio. (te nos scriptura perfundit)

7. Ratio. (homini ipsum cũprimis)

8 Ratio. (ctationem minime vulgarẽ)

ptura vero sancta eleuat multum hominis mentem in sui contemplationem. Igitur ipsa magnā habet secum oblectationē. Hæ atq; plures aliæ rationes adhiberi possent in hoc, vt ipsis cōmonstraremus animæ hominis valde esse delectabilē scripturā sanctam. Et ideò dilectissimi bonū nobis est, perpetuæ scripturarū contēplationi vacare, idq; sub tempus tristitię & afflictionis præsertim. Sed quia varia sunt tempora, sunt etiam variæ & variis modis cōditæ à Deo scripturæ, quò variis temporibus inseruiant, quia opus est vt temporibus aptæ sint. Videamus igitur quænam scripturarum in hæc nostra tempora conquadret, postea quàm eas voluptatis esse plenas vidimus.

¶Quæcunq; scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt, vt per patiētiam & cōsolationem scripturarū spē habeamus. Ecce, ait Apostolus in tribulationis tempore à scripturis magnā nobis spem, magnā etiam consolationem tribui. Legis tu sanctorum vitas, & illorum patientiam intueris, vnde addiscis in tuis afflictonibus æquanimitatem. Exuscitant etiam hæ scripturæ spiritum tuum magnopere, & viam salutis te docent, ac tibi commōstrant, & multo frueris gaudio. Nota vero, vt delectari queat homo, exigi, vt rei unde capienda est voluptas atq; etiā ipsius coniunctio fiat, & vt præterea in eo sit dispositio apta. Oblectat te cibus, ita demum, si linguæ tuæ coniungatur, atque adeò si sensui delectationis sis aptatus. Si dormires, tametsi cibus tibi coniungeretur, nullam oblectationem caperes. At si perpetuò in eadem esses aptitudine, affectioneque corporis, eandem omnino semper delectationem caperes. Sic rigenti bruma gelidus ad ignē accedis, ignis tibi voluptati est. Et si perennis tibi ea inesset affectio, perēnem tibi illam oblectationē ignis exhiberet, quā sub

Roma. 15.

S. Th. 12. q. 13. ar. 1.

Curque semel nos delectarunt non semper nos delectant.

Cernis etiam tot figuras, quæ omnes Christũ ostendebãt. Vacca ruffa quæ sacrificabatur, signabat Christũ. Serpens deserti signabat Christũ, itidẽ & plura alia sacrificia, similiter & columbæ, quæ offerebantur, & alia id genus, quæ affatim delectationẽ in sacra scriptura ingerũt. Legis typum illum, & illo caperis, legis illud aliud sacrificiũ, & voluptatẽ tibi affert, quia in alio vnum quid deo propriũ doceris, in alio aliud. Homo igitur oblectatur pro affectione sua, vt diximus. Ploratus *S.Th. 12.q.* res est nullius voluptatis, quandoq; tamẽ ob affectionẽ *32.ar.4.* hominis, verbi gratia, cum tu mœres, flere volupe tibi est, quia illi mœstitiæ fletus ille natura consentit. Pro varia ergo affectione varię sũt homini delectationes. Quæ igitur est horũ temporũ affectio & quis habitus?. Nos afflictamur. Cõsona igitur est, & consentiẽs huic *Mæsticiæ tẽ-* tẽpestati nostræ priscorũ prophetarũ scriptura, qui & *pori apta pro-* ipsi afflicti sunt. Hæc scriptura nos docet, vt improbos *phetarũ le-* deus flagellauerit, & in eos animaduerterit, & ex affli- *ctio.* ctionibus electos suos eduxerit. Solatur ergo nos abũdẽ hæc scriptura. Orationibus ergo vestris Michæas propheta nobis occurrit, septẽ capitibus digestus. Lectitabimus eum vobis, & hanc scripturam explicabimus, & multũ solatij vobis erit. Adoriemur igitur sanctũ hũc prophetã hoc mane. ¶ (Verbũ dñi quod factũ *Caput 1. Michææ.* est ad Michęã Morasthitẽ.) Quod est dicere. Cõcept⁹ dei verbis Michææ indutus, datus est huic prophetæ. Morasthitẽ, significat Michæã ex vico vocabulo Morasthi fuisse, qui paruus erat pagus. Vt docearis deũ nõ esse personarũ acceptorẽ. Fuit Michæas sub his regib⁹, id est. (In diebus Ioathã, Achaz & Ezechiæ regũ Iuda. Quod vidit sup Samariã & Ierusalẽ.) In hac nostri prophetæ enarratione fide opus est. Fide illi opus est, qui velit credere Micheæ. Aliàs tibi dixi, à Deo arcana re-

uelari.

Fidei necessitas eleganter & copiose. uelari angelo. Vultq; vt ꝓpheta fidē ipsi angelo adhibeat. Dein ꝓpheta renūciat res hominib⁹, & vult deus illi etiā ab ipsis fidē adhiberi. Opus deniq; est fide, qua si quis vacet, nihil faciat. Idipsum in rebus naturalibus vides. Attende oēs artes, & inuenies omnibus inesse aliquas, quasi radices, & quędā ceu fundamēta ipsarū, quę credi oporteat, atq; recipi, aliòqui nihil facere queas. Hæc fundamēta, & hæ radices sunt prima principia in omni arte, idq; in mathematicis artibus reperit. Atq; his principiis cōstitutis, hisque iactis fundamētis, quæ maxime sunt luculēta, proferūtur cōtinuò ceu rami, & earum artiū conclusiones, sicut ab arbore vi radicū id agēte, flores fructusq; ꝓducuntur. Pictor certa quædā axiomata, & certos quosdā canones habet, quos vt in arte sua manifestissima præmittit. Ipse habet mēsuras quātitatis capitis, brachij, & reliquorū mēbrorum. Fœminæ etiā in arte suēdi, quę illarū est, certas regulas, & dignitates habēt. Hoc est, digitale, acumq; certo quodāmodo aptāda, atq; tenēda. Quibus qui vacaret, artē nō addisceret. In maximis sciētiis sunt principia q̄ manifestissima, in subditis vero illis, quas subalternatas vulgo vocant, non item. Ait philosophus. Oportet addiscētem credere. Si pictoris discipulus nollet fidē adhibere pictori ipsi, haud vnquā facultatem illam erat adepturus. Sic mulier quæ volet suēdi artē sibi parare, nisi credere vellet neutiquā aliquid adisceret illius artis. Qui ergo vult artē bene viuendi addicere, oportet vt credat. Nulla ars iuxtà est necessaria, atq; benèuiuēdi, neque quicquam est quod abs te libentius addisci oporteret. Sed opus est, vt credas. Et scito, nihil profici in spirituali vita, nisi in hac arte expertis credatur. Vidi ego cū adhuc tyro essē in religioso nostro instituto neq; solū legi sed vidi, inq̄, etiā eos, qui noluerūt fidem

1. Elancho. cap. 2.

Necessitas artis benèviuendi.

adhibere

adhibere, nil boni egiſſe, neq; profeciſſe. Dictũ eſt em. Ne tantum progrediamini. Et credere aliqui hoc pacto noluerunt, & poſtea retroceſſerunt. Hoc propter aliquos dico, qui male corpore atque animo valuerunt. Oportet ergo diſcere cupientes, ſcripturis fidem adhibeãt ſacris. Opus eſt credere. Qui credere prophetis noluerunt, periclitati ſunt. Reliqui autem honorem atque vtilitatem modò habent. Opus fuit, vt illi Michææ primo credidiſſent, ſic & tu credas, oportet. Ego non me Michææ ſimilem dico. Peccator quippe ſum, atque ille ſanctus fuit. Porro notabis Michęam, Eſaiam, & apoſtolos habuiſſe repugnantiam, & perſequutiones affatim. Et ſtulti habiti erant. Homines igitur habebantur. Et ideò ne ſic fili mi dixeris, tametſi enim ego Michæas non ſim, credas tamen opus eſt, ſi bonam vitam iuuat addiſcere. Vidiſtis adhuc vos plura, dicam ego vobis ita, quàm habebant illi, qui tempore erant Michææ. Bene, quid tibi vis denique monache? Permitte vti tantiſper acquieſcam, & ego tibi dixero.

Pro phetis et Apoſtolis rẽpugnatũfuit.

¶ Michæas prædixit Samariæ vaſtitatẽ, & Ieruſalem, & Iudæ. Prædixit quoque Chriſti aduẽtum. Quãto tẽpore vos creditis Michæã fuiſſe, ante illud excidium? Dicitur hîc incœpiſſe ſub Ioathã. Cape vltimũ huius regis annum, qui ſedecim annos regnauit. Inueniesq; vſque ad ſubuerſionẽ Ieruſalem pluſq̃ centũ quinquaginta annos interfuiſſe, & ad Chriſtum vſque plus ſexcentis. O ſi rebus noſtris non iam diu aliqua ex parte euentus reſpondiſſet. O ſi non iam modò vapulaſſet Italia, tu, ſat ſcio, diceres liberè. O ſtulte monache, qñ ſunt ventura iſta? Sic & Michææ vſu venit. Fuerunt etiam tum ſapiẽtes. Sat ſcis irriſum fuiſſe etiã ipſum. à ſapiẽtibus. Res igitur à Michæa prædictæ ſatis ſeræ venerunt.

Quid prædixit Michæas et quanto tẽpore ante rerum ipſarum euentum.

venerunt. O monache quid sibi vult, quod tua verba tandiu expectantur, Scilicet, vos non audistis sanctos illos, priscosque concionatores, qui flagellum Italiæ impendens vaticinati sunt? Atqui ego ad extrema reiectus sum instar Ieremiæ, qui afflictiones suo ipsius tẽpori imminentes prænuntiauit, & fuit etiam catenis vinctus, & ab inimicis abreptus, & denique lapidibus impetitus, & occisus à suis, qui eum audierant. Porrò dices. Cur Deus tanto ante prædici facit sua? Videlicet, quò det electis suis significationem, vti parati sint. Et vt posint nequã post periclitari, neq; id tamẽ iustis querimoniis, quibus afferant, se nõ prescisse. At quare non etiã ipsa tẽpora rerum quas prædicebãt prophetæ vlli presignabant, aut certè pauci illorum id fecerunt? Quò contineret populum in timore. Deus vult, vt homines pauidi expectent, atque præparati, & vt dicant. Hæc afflictio meo tẽpore potest accidere. Alij qui vident postea flagellum, aiunt. Credimus. Et ideò vtile est, diuinas rescredere. Stultum te, qui astrologo credis. Ille astrolabiũ manu tenet, & ait, conscẽdite equos, hoc ipsum temporis momentum est. Ipse credit his. Sed sapientes obseruas. At verò neque his fidem adhiberes, oporteret. Quia improbi sunt. Et quæstus, non veritatis dicendæ gratia, id faciunt. O quanto potius credi, oporteret, his qui pecunias non quærunt, neque honores ab aliis. Omne quòd fit, alicuius finis gratia fit. Si ille quæstus gratia id facit, par esset, vt crederes, eàdem lucri spe ductũ dicturũ tibi illud etiã, quod falsum est. Sed ei qui ex te nihil ambit, & veritatẽ tibi dicit, credere deberes. Si philosophiã calleres, tibi ipsi persuaderes, stultum esse astrologis fidem arrogare. I, lege eruditos viros, I, lege Platonẽ, & videbis eos astrologiam nõ sectari. Vade lege Albertum magnum. Tu ais, opus illud

Exemplũ Ieremiæ, qui propter prophetias occubuit.

Prophetiæ causa.

Cur a paucis prophetis tẽpora signata rerũ euetibus

Astrologia iudiciaria vana est.

Alberti magni opus nothum.

illud astrologiæ, quod vulgo circunfertur, ipsius esse. Mendacium tamen asseris. Ipse ait. Astrologos fecisse cælum mendax. I, lege Meteorologica Aristotelis, & vide, quid de cometæ exortu loquatur, cernesq;, illum risu traducere, quæ vos stulti astrologi dicitis. Nõ sunt libri illi, inquam, Alberti, quos vos illi tribuitis. Assero vobis minime illius esse.

Alberti magni apophthegma egregiũ

¶Hæc circa prophetæ literam libuit dicere, quò videre vobis liceat, qua tempestate fuerit, & quanto ante tempore flagellum fuit prænuntiatum, vtque tandem venerit. Quamobrem fide opus esse, aio vobis. Dominus Deus permittit sapientes istos inellectu irretiri, & implicari, & fidem astrologis adhiberè. Quum astrologus ait, hoc punctum ipsum est, equos conscendite, quære ex eo, quodnam sit punctum contrarium illi, & muni te crucis signo tunc, & dic. Benedictus dominus, ipse mihi adsit in itinere, & angelus eius socius mihi sit. Et mox cõscende equum, & secundius tibi iter continget, quàm sit illud, quod te docet astrologus. Scis tu verò quare illi nõ credunt? Quia fides est donum Dei. Age gratias Deo, qui te miseratus est, donumque hoc tribuit fidei non tuis meritis. Qui fidei donum, optat & bene facere cupit, opus est vt bene sit affectus & suo cõstitutus loco. Si piscis esset in aëre, & extra locum suũ, cælum ei diceret. Tu non viues. Tu in loco tuo nõ consistis. Si auis quę in aëre assueta est esse, in aqua esset, dominus ei diceret. Tu minime viues. Neq; enim in tuo loco es. Superbi exeunt extra locum suum, & altius volunt consurgere, quã sint locati. Et dominus in eos ait. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam abinuicẽ accipitis? Ac si dicat. Id esse non potest, vt hi superbi credant. Vos inuicem vobis demitis honorem & gloriam, & ex arrogantia facitis omnia. Deus superbis resistit.

Ridiculæ prædictiões astrologorum iudiciariorum.

Superbia taxatur.

Ioãn. 5.

Iaco.2. resistit. Deus oppido inuisam habet superbiã. Et ideo sensum abstulit, superbis his primoribus. At si solũ quæ hucusque viderunt, & hucusque contigerunt, quæque imposterum impendent attenderent, vel sola natura

Obstinatio dæmonis. ducente credere deberent. Sed imitantur diabolum, qui omnia, quæ ad Christũ spectant, euenisse, faustèq; cessisse, videt, qui etiam videt fidei veritatem. Nullam

Iacob.2. tamen sibi salutarẽ fidem eis adhibet. Dæmones enim credunt, & contremiscunt. Ita hi quoque vident, euenire prædicta, neque ea confitentur tamen. Dæmon obstinatus est, ita & hi obstinati sunt, & nolunt credere. Ait ergo textus noster. (Verbum domini, quod factum est ad Michæam), idest verbum, quod manifestatum est humilibus, qui ea quæ ex Deo sunt crediderunt, quia sese humiliarunt, & Deus, vt crederẽt fecit. Tu vero dices. Angelus mihi non venit nunciatum. Sat tibi est, hoc aut illo pacto demum reuelatum esse.

Elegans de fide adhibẽda prophetis simile. Si esset hic in fonte aliquo aurea fistula, quæ in vas exiguum vinum funderet, illudque idem vas vinum in aliud minus vas refunderet, cui fistula esset ærea, si tu fistula ærea biberes quidam vero alius aurea illa, sat haberes, vnum idemque esse vinum. Deus est prior ille fons aureo caniculo vinum fundens. Angelus est vas illud exiguum. Aliud minus vas est propheta, vnde populus epotat. Per hosce igitur canaliculos, & per hæc vasa merum transfusum est vsque ad Michæam, idest, vsque ad supplices, qui humiliter crediderunt. (In diebus Ioatham.) Qui fuit rex Iuda & Ierusalem, & fuit

Verumtamẽ excelsa nõ abstulit, quomodo intel. bonus rex. Veruntamen excelsa non abstulit, idest, adorationes, quæ in montibus fiebant, atque in locis excelsis extra templum, quod erat nefarium, cætera tamen bonus rex. Sub illo igitur factum est verbum domini ad Michæam. Nostra hac tempestate, quæ ea

dem

dem cum illa est, factum est verbum domini. Ioatham interpretatur consummatio, & passus est, vt diximus, vt populus arduos montes ad adorandum adiret. Qui bus hoc tribuemus? Tepidis, qui extrinsecus boni parent, & intus montem superbiæ habent excelsum, neque illam auferunt, aut ab se abiiciunt, & absumpserunt consummaruntque in se hac sua superbia omnem gratiæ radicem. Vides igitur tempus hoc Ioatham, esse tempus nostrum, in quo factum est verbum domini ad Michæam. Fuit etiam factum sub Achaz, qui fuit rex deterrimus, & immolauit filium idòlis, & pro uirili idololatriæ sededidit. Hi sunt improbi principes, præfecti ecclesiastici nostræ tempestatis. Animaduerte num tempora nostra illis sint similia temporibus. Principes & præfecti nequam liberos suos diabolo immolarunt, quia prauis exemplis in scelera labi coegerunt subiectos. Idololatriæ vacant auaritiæ, idololatriæ ambitionis, idololatriæ libidinis. Et interpretatur Achaz apprehendens fortitudinem. Deberent esse principes masculi, & stabiles in rebus quæ sunt cum virtute coniunctæ. Ipsi vero sunt effœminati, & fortitudo eorum est eneruata, quia patiuntur sibi à seruis, & ab aliis applaudi. Fuit etiam Michæas sub Ezechia, qui interpretatur auxilium domini. Hi sunt boni, qui sunt axilium domini. Bene degunt, & diuinis operibus ferunt suppetias, hunc atque illum roborantes. An nō tibi tempus illud, tempus hoc nostrum apparet? An non tēpus hoc, nostrum est tempus? Vide, num tempus illud, trium regum illorū, sub quibus venit Michæas simile tēporibus nostris tibi videatur? Vidit illa Michæas (super Samariam & Ierusalem.) Samaria interpretatur, custodiēs dominū, & lana domini. [illegible] ibi Roma est, quæ dominum debet

Ioathā quorum figura.

Achaz principum prauorum figura.

Ezechias quorum typus.

Samaria Roma.

custodire. Et sicut Luna debet bono exemplo, & feruore vniuersas alias ciuitates calefacere. Ierusalẽ, interpretatur, visus pacis. Et hæc typus est tepidorũ dicentium, vos habituros pacem. Faxit deus, vt bona ea sit pax. Hi sunt nomine nõ rebus Ierusalem. Oportet, illos pacem cum bonis obseruare, illi tamen sunt, qui persequuntur cæteros. Agè verò quod verbũ est hoc, quod Michæam hac tempestate factum est? Attendite, atque ipsum audite.

Differentia animalis & spiritualis hominis.

¶ (Audite populi omnes, & attẽdat terra.) Nempe quę volo dicere. Animaduerte aliter audire homines, & aliter bestias. Bestiæ audiunt tantũ modò vocẽ, homo capit etiam sensa. Vox vsq; ad aurẽ protenditur, significatio vsq; ad intellectum. Quo cùm bestia vacet, nõ capit sensum, neque conceptum mei animi, vt homo. Sic & inter animalem, atque spiritualem hominẽ differt. Spiritualis homo capit spiritualia, animalis minime. Neque intellectum habet ad intelligendum, quod ego illi profero. Vnde neque cognoscit Illud. Christus in cruce pendens inclamat. Siquis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hic verba capit, & ait. Equidem ire volo. Ille non capit, neque ire iuuat eum. Alter intellexit, alter non. Homo spiritalis intelligit, animalis nõ intelligit. Si ego bestiæ dixero, volo tibi panem porrigere, ipsa non intelligit. Si ego pauperculo idem dixero, intelligit, & accepturus panem accedit. Itidem ego paradisum vobis sisto, & viam illò eundi doceo, alius intelligit, alius nihil mouetur. Et ideo ait. (Audite populi omnes) vos spirituales lẽge diu ina formati. (Et attẽdat terra.) Idest. Vos terrestres atq; animales homines, terra volutari attendite. Vobis tamen intelligere nõ placebit. Aliàs tibi dixi, animam [illegible] esse, &

Matth. 16. Mar. 8. Luce. 14.

Cur aĩalis homo diuina nõ intelligit.

ideò

& ideò, quādo alicui actioni attētius vacat, alia omnia quæ fiunt ſæpe non intelligit. Terreni homines terrenis rebus vacantes, non poſſunt ſpiritalibus rebus operā dare. Attende Italia, arrige aures, attende quæ tibi ſunt dicta, attende terra. (Et plenitudo eius.) Quaſi dicat. Tu plena es peccatis, tu omnibus ſceleribus referta es. Attende bene. Flagellum enim appropinquat. (Et ſit dominus Deus vobis inteſtē,) nēpe, me vobis dixiſſe verū. Deus teſtis ſit, angeli teſtes ſint, veritatem à me vobis eſſe dictā. Quis teſtis erit huius, quod dicim⁹? Deus erit teſtis, qui euenire faciet res ipſas, vt præcedentes fecit euenire. Ipſe tibi pro ſigno dedit eas, quæ euenerūt, vt reliquas itidem credas eſſe venturas. Fuit qui aduerſus nos ſcripſerit ſub Italię perſona, neque nomē apponit ſuū operi. Ipſe ait, in lege Moyſi ſcriptum eſſe, non oportere credi prophetæ, quando quæ prædicit aduenerūt. Stulte, peruerſe, non igitur Ieremiæ es crediturus, neq; reliquis prophetis? Non igitur es crediturus Chriſto? Euenerunt enim quæ prædixit. Ait ergo textus ille, non eſſe fidem prophetæ illi adhibendam, qui prædixit, quæ poſt euenerunt, ſi modo poſtea is ipſe malæ vitæ ſtudeat, & ad idololatriam te nitatur, adducere. Aſpice, quanta ſit horum nequitia. Omnia peruertunt. Si tibi facies eſt, & librum ſcribis, inſcribe nomen tuum, & nō Italiæ, ſine vultum tibi videri. Sed quia tu improbè agis, non ſinis te videri. Qui male agit odit lucem. Piget te nomen apponere, quia agnoſcis te aduerſus veritatem niti. Huiuſmodi res nō dignabor reſpōſo, vt quæ nō illud mereantur. Tu non inſcripſiſti nomē tuum. Age regrediamur ad rem. Aio dominum futurum teſtem euētu rerum prædictarum à nobis. Neque id ſolum ira erit. Sed ſunt etiam teſtimonio opera, quæ facta ſunt, & quæ modò fiunt. Ego

Nota aduerſarios Hieronymi. ipſo etiā viuente.

Deuter. 13.

Ioannis. 3

non docui vos malā vitam agere, neque idololatriam. Omne bonorum operum genus vos edocui. Erit etiā testis contra obsistentes Deus. Si quidem hæc spiritus vis, licet corpore nō ita præstemus, quinimo inualidiores simus, quod ad corpus ipsum facit, maioris corporis vires vincet. Assero tibi hanc veritatē mille gradibus omni alij humanæ virtuti præcelsuram, modóque præcellere. Virtus diuina, humanam vincit virtutem. Et leo cuniculum passerculumque, volēte Deo, fugit. Nostris aduersariis sanguis effluere incipit. Et intra paucos dies Christum videbis egrediētem foras. (Dominus de templo sancto suo,) Dominus testimonium perhibebit è templo sancto suo. Vos tēplum Dei estis. Vos, inquam, boni, qui testimonium pro veritate fertis. Qui credunt, & probi sunt, templum Dei apellantur. Vtris credis tu Deum suam veritatē reuelasse, probis an improbis? Tu nequis dicere, improbis illam potius traditam. Probi ergo, vt pote qui tēpla sint Dei, veritati eius testimonium perhibent. Quid igitur tibi vis monache? Arrigitó aures. Et audi attendens, quæ hoc mane tibi annuntio.

Quomodo deus sit in loco & egrediatur e loco.

¶ (Quia ecce dominus egredietur de loco so.) Adnotate, & auscultate bene omnes populi verba mea, (Dominus egredietur de loco suo) ait propheta. Locus hic est arduus. Deus nullibi circunscribitur, vt nos. Angelus loco definitur. Aiunt tamē theologi Deum in loco esse, late capto verbo. Libet mihi explicare id tibi. Nos vt homines diuina effamur, alioqui ea non intellecturi. Balbutiendo vt possumus, excelsa Dei resonamus. Omnis res naturalis dum in loco est proprio, firma est & quieta, quoties autem extra est, nititur semper illuc tēdere. Lapis nititur in centrum descendere. Dum vero in terra est, quiescit. Si tamen terra dehisceret, vbi

Omnis res naturalis quiescit in loco suo & non extra.

ille erat, vſque ad centrum pertenderet, quò cũ peruenirer, ſi in modũ pilæ rotundus eſſet lapis ille, punctum quod eſt mediũ in eo globo, hoc eſt, centrũ illius, concentricum eſſet centro mundi, neque in aduerſum cœlum iret, etiam ſi terra ſic aperiretur, vt viſi poſſet pars nobis inferna. Spiritualia non ſunt in loco proprie. Obiicies tamen. Voluntas noſtra eſt ſpiritualis res, attamen quieſcit. Sæpe ergo inuenit locum proprium. Reſpondeo tibi. Voluntati bonum pro ſcopo eſſe. Et quando ipſum inuenit, amplexatur illud, & in eo quieſcit. Et licet proprie locus illud non ſit, large tamen vſurpata voce dicitur locus. Vnde voluntas cum in eo quieſcit, locum ſuum inueniſſe dicitur. Sic etiã Deus dicitur in loco eſſe ſuo, quia intellectus eius, & voluntas eſt intra ſuam bonitatem, vt ſcriptura ait. Requieuit De⁹ die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat. Ait Auguſtinus, illum in ſua bonitate quieuiſſe. Et licet Deus ſemper in ſua bonitate ſit, tamen nos pro noſtro captu verba vſurpantes, dicimus illum in ſua eſſe bonitate & clementia, quum ſuam nobis exhibet miſericordiam. At quando malum pœnæ infligit, dicitur à nobis à ſua clementia, & bonitate, ceu egredi. Non quòd egrediatur, ſed ſic nos humano modo vocamus, dum videatur nobis, id ceu contigiſſe. Quod quandoque videri liceat, apud nos, ſi pater qui verberare non ſoleat filios vnquam præ bonitate, ad infligendam illis pœnam, baculum arriperet, & illos percelleret atrociter. Videretur enim nobis tunc pater ille à ſua & clementia & bonitate egreſſus. Sic Deus cum in homines animaduertere incipit, feriſque illos modis accipere, latè capto verbo, dicimus, illum è ſuo egreſſum eſſe loco, & è ſua bonitate, & clementia. Annuntio tibi Italia & Roma dominum de loco ſuo egreſſum. Ipſe

Voluntatis noſtræ quies.

Quies dei vbi

Gene. 2.

Simile de vindicta dei.

tandiu te pręſtolatus eſt, vt iam vltra præſtolari nequeat. Annuntio tibi enſes ab illo è vaginis ſtringēdos. Immittet exteras gentes. Ipſe extra ſuam clementiam exibit, & extra ſuam miſericordiam. Tantus ſanguis fundetur, tanta erit cædes, tam latè progeſſa atrocitas, vt dictura ſis. O domine tu de loco tuo egreſſus es. Dominus itaque veniet. (Et deſcēdet, & calcabit ſuper excelſa terræ) Aio tibi Italia, & Roma, te conculcatum iri à domino. Dixi tibi, vt pœnitentiam agas. Tu deterior es, quā vnquā fueris. Pedes domini te cōculcabūt pedes illius erunt equi, & copiæ ipſius plures, & extraneæ gentes, quæ conculcabunt Italię magnates, & citò ſacerdotes, Monachi, Epiſcopi, Cardinales, & præpotentes conculcabuntur. Calcare hîc ſignificat ſpernere. Spreti erunt, & in terram iactati, & hoc in Italia futurum eſt, Romæ præſertim. Ego te ad pœnitentiam inuitaui tu noluiſti agere. Et ideò venit dominus. (Et conſumentur montes ſubtus eum.) Montes ſunt, inſolentes, quique locis altis inſiſtūt, qui deorſum deturbabuntur. Iuuabit illos pœnitētiam agere, quùm fruſtra agent eam. Atque honorem, fortunas, corpus, animamque amittent. Dæmon prægrandem parauit locum. Quippe in illo tanta eſt futura ſtrages, vt multa ſint loca complenda, & foſſæ ſine termino dilatādæ. Sine me modò quieſcere tantiſper.

Ita habuit anno. 1527

Hoc impletū eſſe reor anno 1527. cum Pontifex & Cardinales Caietā abducti ſunt.

Montes ſuperbi.

¶ (Et valles ſcindentur, ſicut cera à facie ignis.) Equidem aliquantò lentius vellem dicere, non tamen poſſum. Opus eſt, oremus, vt durare poſsimus. Afflatim enim calor reſoluit. Aut hîc textus, valles diuidendas, ideſt, probos ab improbis diſceſſuros, ſeque ipſos ab illis ſeparaturos. Atqui ſuperbi liquefient, vt cera ad ignem appoſita (Et ſicut aquæ quæ decurrunt impreceps.) Hoc eſt, ſicut aquæ torrentis alicuius rapidiſsimè

Hinc colligitur dicentis Hiero. feruor vt etiam ex multis alijs.

mè decurrentis, descendentisque liquefient, vt liquefit cereus à pharmacopola, qui liquefacit operimentũ illud cereum, & quod residuum deinde est, in ignem proiectum exurit. Electi etiam liquefient, secùs tamẽ quàm improbi, nempe amore. Amplexabitur enim illos Deus, & solabitur in calamitatibus. Liquefient præ pterea pœnitentia, quam pauci agent, ex his qui modo non agent eam. Dulciter itaque cereorum ritu liquefient, idest, per pœnitentiam amittent, exuentque vetustatem, hoc est, affectus, quos ad hæc terrena gerunt. Oportebit enim tunc terrenis affectibus non vacare. Et, vt cereoli, innouabuntur homines, apposito primo lychno, qui erit cordis puritas. Mox cera virtutum & bonorum operum sensim superducetur, & erũt cerei totum orbem illustrantes, & ad Turcas vsq; fulgentes. Aquæ improborum & eorum torrentes pro nihilo ducentur, & ceu torrentes, in infernum labentur. Age, quid huius rei causa est? Propheta hìc causam notat. Attendite ergo.

¶Nihil in terra sine causa fit, & de terra nõ egredietur dolor, ait scriptura. Nempe, quia non adest in ipsa terra causa, obquam egredi dolor possit. Punge terram, ipsi neutiquam dolet? Punge carnẽ tuam, dolebit ipsi. Nihil itaq; sine causa fit. Quamobrem (dominus egredietur de loco suo?) Non faciet gratis. Ipse quò vos in nouet, id faciet. Vt enim dixi tibi nil extra locũ suum quiescit. Ait glossa. Ipsum egredi ceu violentum. Non quòd in Deo violentia esse possit. Sed nos sicùt de homine aliquo loquimur de illo. Si tu lædentem te sentires, quid ageres homo? Tu erũperes ad illius animaduersionem. Deus grauiter offenditur quotidie à peccatoribus. Ego dixi tibi, vt tu ipse punires eos, neque vis, & ideo ad vindictã Deus cõmotus est, & ait. (In sce

Deus non punit gratis.
Iob. 5.

lere

Iacob præsules. lere Iacob omne istud,& in peccatis domus Israel.) Iacob significat supplantatorē,& innuit presules, qui deberent, vt supplantarentur peccata ab aliis,facere, esse *Israel tepidi qui deberent videredeum.* illos qui aperta fronte illa hodie cōmittant. Israël interpretatur videns Deum , hi sunt tepidi qui doctrina & bono exemplo deberēt videre Deum , & vt alij etiā viderent, facere, sed tamen nihil faciunt,& parent extra boni, intus vero sunt superbi. Dicit adhuc. (Quod scelus Iacob? Nōnè Samaria?Et quę excelsa Iudæ.Nōne Ierusalem?) Quæ causa est scelerum Iacob,quisupplantator interpretatur? Hoc est,quę,est causa cur peccata non supplātantur,& pelluntur?NōneSamaria?Et quæ est causa peccatorum Iuda,quæ interpretatur confessio, hoc est quare non illa confiteantur homines, & *Causa peccatorum populi principes improbi.* relinquant? (Nonnè Ierusalem?) Hi sunt principes, præsules, & sacerdotes,qui causa sunt malorum,& scelerum populi. Quæ est causa peccatorum populi christiani? Nonne principes ipsi improbi? Sanè quidem. Et sunt malorum causa,dum capita agunt ecclesiæ,capita monachorum , capita sacerdotū , capita domorū, capita familiarū,præterea vero nihil aliud,quàm ociātur,& quiescunt.Hac vna re causa sunt,malorum aliis. Si cęlum quod caput est generationū orbis,quiesceret, causa esset multorū malorū. Omnia enim quæ subsunt ei in nihilū verterētur. Si Deus omnium vniuersalissima causarum virtutē suam subduceret , neque ageret, omnia in nihilum verterentur. Mala ergo vita populorum à principibus manat. Quia tenens manū in manu, non erit innocens malus. Si bona esset Samaria , si boni essent principes,&prefecti,totus orbis bonus etiā esset. O tepidi, ò praui principes & sacerdotes. O Samaria, vos in causa horum malorum estis.Eòque dicit dominus.(Et ponāSamariam,quasi aceruū lapidum in

agro

agro cum plantatur vinea.) Vidisti ne vnquã quempiam, qui vellet vineã plantare? Rusticus scrobẽ aperit, lapides effodit, & eiicit, & in agro coaceruat, & incipit terrã aptare. Quære ex eo, quid velit facere? Ille tibi respondebit. Volo bonam terram hãc facere. (Et detraham in vallẽ lapides eius.) Volo siquidẽ vineam meam plantare. Florentia admoneo te, Deum plantationẽ vineæ adortum. Duros hos lapides qui volentes bene facere insectantur, extrahet ex vinea. Veniet ensis, caritas, & pestis, & aceruos ex his lapidibus duris aggerabit, aceruos inquam mortuorum qui sepeliri non poterunt, & deinde extrahet illos dominus in inferni vallem. (Et fundamenta eius reuelabo.) Modo prauorum fundamentum non visitur. At omnia patefient. Si tu radicem illorum, eaque, quæ faciunt nosses, diceres oportere, vt terra dehisceret, viuosque eos deglutiret. Aperientur omnes eorum hypocrises. (Et omnia sculptilia eius concidentur.) Omnia idola eorum diruentur, omniaq; sculptilia ipsorum. Idola sunt scorta, & reliqua quę isti amãt. (Et omnes mercedes eius cõburentur igni.) Desiderabũtur comæ speciosæ, & pulchrę vestes, conflagrabũt illorũ mercedes auaritia eorum qui veniẽt. (Et omnia idola eius ponã in perditionẽ.) Idola illorũ sunt pulchræ illorũ magnificæque ædes, pulchra illorũ aulæa, & ornamenta illorũ. Idola etiã illorum sunt astrologi eorũ, & poetæ, qui omnes destruentur. (Quia è mercedibus meretricis congregata sunt, vsq; ad mercedẽ meretricis reuertẽtur.) Hoc est, quia vos omnia hęc ex mercedib⁹ meretricũ accumulastis, ideo ad mercedem meretricum reuertentur. Ecclesia iam mihi ecclesia non videtur. Omnia in mercedem versa videas. Omnia veneunt, etiam ipsius Christi sanguis. Prostant sacerdotia, & qui emit, nõ erubescit rem

Calamitas Italiæ ventura prædicitur.

Obscuratum aurum Ecclesiæ et misere mutatus color optimus.

rem Cristi comere. Fidem tibi do Italia. Fidem tibi do Roma, reuersura omnia ad meretricū mercedē, quan doquidem ea ex meretricum etiā mercede tu ferè coa ceruasti. Qui venturi sunt, sunt impij. Ne fidenti animo dicas, sunt apud nos sanctorum reliquie. Est hic D. Petrus totque adsunt martyrum corpora, non vsq; adeò malum Deus grassari finet. Certiorem ego te facio ipsorum sanguinem à Christo vestri vindictam in clamare. Ne fidas. O Roma dicēs illud, tēplū domini, tēplū dñi est. Nihil tibi profuerit. Præstātiores tuis reliquias habuit Ierusalē. Ibi fuerūt christus, B. virgo, & Christi ipsius apostoli. Ibi erat ipsius crux, ibi ipsius sepulchū, ibi eius cōsanguinei. Neq; vnquā speciosiores illis reliquię fuerunt. Quare noli confidere. Annuntio enim tibi, res tuas ad meretricū & improborū hominū manus deuoluēdas. Age sine me parūper requiescere.

Roma calamitas, quæ postea visa est totiq; orbi innotuit.

¶ Nos denique prophetam assumpsimus exponēdum, qui ad nostra tempora per omnia factus videri queat. Hoc liquet, fuisse nimirum easdem res etiam prophetæ huius tempestate, quæ hodie sunt. Vos liquidò videtis ciues, afflictiones appropinquare. Ego ad consolandos vos concionor quidem. Quid dicam ignoro, meque ipsum fugit, an consolationes vobis bonæ modò sint. O pater tu nobis spiritus adimis. O fili tu nō facis, quæ nos diximus tibi. Ego nō dixi absq; limitatione solatia te tua habiturum. Sed te tantò citius eis fruiturū, quantò ad meliorem frugem ciuitatem reuocaris. Noui vbique lusores esse, pluresq; quàm vnquàm, neq; tu vllā animaduersionē apponis. Existimas te solatio fruiturū, & fustigationē fortè sustinebis. His ludis, atq; vitiis vos nō obstatis. O monache pueri audaciā sūpserūt. Tu nolles eis integrū esse, vt chartas abriperent, & per vias lusores è medio pellerent. Pueri, equidem nolo

Promissa Florētiæ ab Hieronymo solatia quì intelligantur.

Expulsio lusorum.

vt vlla de causa ſcandalo alicui ſitis. Si vos tollere ab illis chartas luſorias,& luſus earum è medio citra ſcandalum abolere potueritis, id curate. At verò te,qui vt ludatur ſuſtines, luſorem etiam eſſe ſuſpicio eſt. Dixi tibi,nullum alium regem Florentiæ præter Chriſtum eſſe,ipſumque vt ludatur,nolle. Verbis ergo eius tibi dico, vt in agentes, conſentienteſque animaduertatur. Polliceor tibi popule, niſi hoc faciendum curaris, nos tot multiplicaturos orationes, vt flagellũ in te tandem infligendum ſit aliquod. Ego tibi in hoc ipſo ſuggeſto hoc polliceor. Populi eſt imperium,& ipſius intereſt curare,vt bene viuatur, & admonere Dominatum,debita obſeruantia tamen,& dicere. Nobis cordi eſt,vt viuatur benè,atq; eliminẽtur vitia. O monache, tu igitur magiſtratibus impones leges? Non ego, ſed Chriſtus. Ah lege Deuteronomium, & videbis Moyſem,vbi colloquium cum Deo miſcuerat, populo quæ facienda erant præſcribentem. Ais tibi auſpicatos nuntios,& lætas literas aduenisse. Nil te promoturum ſpe res, ſi hoc non feceris,nihil obtinebis prætermiſsis his. Ego, quod ad correctionẽ muliebris ornatus ſpectat, non gratis loquor. Veſtes hæ multorum grauium ſcelerum cauſa ſunt. Tu nõ noſti omnia. Si fas mihi eſſet loqui, ego vt obſtupeſceres, facerem, audita tibi enarrans. Ego confeſsionibus audiendis minime vaco. Sed conſilia vltrò ſeſe mihi offerunt. Curate, vt & famuli veſtiti domi etiam ſint,& non ſolo thorace caligiſque amicti. Facite, vt in veſtitu ſemper & vbique decorũ ſeruent. Facite etiam,vt parũ cum fœminis viri conuerſentur. Non ex meo ipſius ſenſu hæc ego moueo. Cuperem,vt vos ſanctè vitam ageretis. Tu de pueris dicis. Percontare confeſſarios,quid diſtent puerorum huius temporis mores illis,quibus viuebant, aliquibus hinc

Muliebris mundi ornatuſque correctio.

Hiero.non audiebat confeſ.

Viri cũ fœminis familiaritas vitanda.

hinc retroactis annis paucis. Videbis illos scelerum puriores, quam prius. Idque adeò, vt comparatio dari nequeat. Tu illos, quòd chartas capiunt lusoribus carpis. Sat habe, nihil in hoc addituros iniurium. Opus est animum remittant. At melius est, vt in rebus bonis, quàm in malis id faciant. Ciues vultis ne verum vobis dicam? Vos veteres retinetis mores, affectusq;, Vos pusillanimes estis, Quia sub regimine estis educati, de quo vniuersi doctores, qui de tyranno scribunt, aiunt pusillanimē fieri populum, qui illo gubernetur. Vos oculos hominum timetis, & iustitiæ cultum relinquitis. Time manum Dei, & magistratus neque aliud timueris. Coniungimini ex vobis quatuor simul, dum aliquid boni intuiti eritis, & dicite. Nos ita iuuat hoc fieri. O monache tu schismata nos doces, facere. Meli⁹ est diuisos esse ad bonum faciendum, quàm ad malum copulatos. Ego non probo, vt ad malum vos ipsos diuidatis. Vos mutua maleuolētia, atque inuidia laboratis. Paruulum occidit inuidia. Vos fabarum suffragia aucupamini. Tu illi inuides, cum itur in suffragia. Ille vero illum alium deturbare nititur. Inuidia est, quæ vos interficit. Vos corde constricto, & paruuli estis. Este semel magnanimi, & veritatem sectamini, & ne sectemini mendacium. Præterea, expediret, vt hoc corporis Christi festo supplicatio nō dæmonis, sed Dei adhiberetur. Inter alia oportet, vt mulieres non insistant in viis, neque transeunte Christi corpore, ritu meretricum ornatæ sellis suis insideant. Memini, cum aliàs huiuscemodi interfui pompis, post regressum in domum præoptasse potius, acerbam aliquam interea pœnam tulisse. Adueniebant adolescentuli ad monachos impudentíssimaque in eps dicteria iactabant, per absurda etiam multa dicebant. Facite, vt à fœminis viri distincti

Tyrannis animos subditorum facit viles.

Iob. 5.

Supplicationis series.

ſtiucti ſint,& vbi pompa iam proceſſerit, ſubſequetur Dominatus, poſt viri, deinde fœminæ conſequentur. Omneſque comprecabũtur Deum, vt in cor veſtrum, qui fideles eſtis ſpiritum ſanctum immitat,& vt largiatur bona vobis, vtque abſint mala. Qui verò præmultitudine incedere nequiuerint,maneant intra oſtium, & ne inſiſtant in viis. Intellexi etiam die D. Barnabæ ſacro ludum populo exhibendum.

¶Num vobis pallij tempus hoc apparet? Aio vobis, *Ludus eſt fletũ s ſolẽnis.* hoc tempus flendi potius eſt, quàm ridendi. Oportet potius conſiliis veſtris curare, vt pecuniæ illi ſocietati diui Martini donentur, vt pauperibus occultis, quique præuerecundia duntaxat non mendicant,tribuntur. Amplius hoc pacto Diui Barnabæ inſeruiretis, quàm in curſu pallij. Idem de pallio feſti Diui Ioannis dixerim. Facite, vt abſque eo ludo agatur. Et Diuus Ioannes gratius habebit, ingratius aliòqui habiturus. Aio vobis,ploratus eſſe tempus,nõ riſus.Oportet, vt D. Ioannis feſto,qui veſtræ terræ præſes eſt,peccata confiteamini & ad Euchariſtiã accedatis,& gratum illi facietis. Non tot licentiolas,non tot nugas,non tot tricas adeſſe pár eſt. Oportet potius veſtra coniuncta in Chriſto eſſe, quia vt dixi, omnino tempus ploratus eſt, vt intextu noſtro conſequitur. (Super hoc plangã & vlulabo.)Plangite ait propheta.Plangam ſiquidem & ego,atque vlulabo. Opus eſt plãctui,& vlulatui paratos eſſe, quia tempus appropinquat patiendi ſeruatori noſtri Ieſu Chriſti cauſa, ad ipſius laudem, & gloriam, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum.

Amen.

Homilia decima, habita Nonis Iunij. 1496. In Michæam.

Super hoc plangam, & vlulabo, vadam spoliatus, & nudus faciam planctum, velut draconum, &c. Michææ. cap. 1.

Duplex cognitio hominis spiritualis.



OMNES Homines spiritales dilectissimi in Christo Iesu, hoc est. Omnes homines in Dei gratia existẽtes, habẽt duas cognitiones, alteram naturalem, alteram spiritualem. Naturalis manat á lumine rationis, supernaturalis à supranaturali lumine gratiæ. Altera manat à sensibus & sensibilibus, altera à Deo. Et quia amor cognitionem consequitur, atque adeò rem cognitam, voluntas hominis spiritualis est inter duas has cognitiones, sicut ferrum inter duos magnetes. Et quemadmodum ferrum à fortiori magnete trahitur, adipsumq; vadit, sic amor voluntasque hominis spiritualis fortiorem sequitur cognitionem. Altera harum cognitionum breuitatem huius vitæ, certitudinem alterius, bonitatem Dei, incarnationẽ, Christique pasionem illi cõmonstrat. Quæ cognitio ceu magnes tàm vehementer trahit voluntatem, amoremque hominis spiritualis, vt illum sequatur ipse & omnino se in Deũ ferri sinat. Altera cognitio, idest naturalis, quæ à sensibus proficiscitur, trahit voluntatem huius spiritualis hominis, & ostendit ei res huius mundi corpori bonas esse, & iucundas. Ostendit illi difficultatem bene agendi, & mali genij insidias, & voluntatem vehementer ad terram detrahit. At tanto vtraque harum cognitionum, & vterq; horum magnetum fortior est, quanto coniunctior est mouentibus

Simile elegãs

Munus vtriusque cognitio.

mouẽtibus suis causis, eaq; pars potẽtior est, atq; validior, quę his causis pręcellẽtib⁹ est copulatior, tãtoq; debilior est quanto ab his ipsis est remotior. V. g. Dũ tu oras & in te aliqua ingruit tẽtatio, si Deũ præsentẽ habes, illiq; affixa est mẽs tua, vincit hęc pars, atq; hic magnes sursum trahit mentẽ. At qñ te mũdanis reb⁹ sistis, sensus, qui oblectat̃ deorsũ te trahit, & voluntas in sequit̃ sensũ, atq; hoc pacto prosterneris. Et ea re spũalis homo inter has duas cognitiones cõstitutus, cum quid hæc, q̃d illa pôssit cognoscat sæpe ad contemplationẽ se erigit, eleuatq;, & conatur semp̃ scopo suo, qui deus est cõiungi curatq; minime corporeis hisce & terrenis rebus immorari. Quia corpus quod corrumpitur aggregauat animam. Et ideo ait sapiens Salomon. Meli⁹ est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Idq; propterea, quia in domo conuiuij videntur delectabilia, & à sensu intellectus, & voluntas in terrã trahũtur, & est res plena periculi spiritualibus viris ire ad similia loca. Vnde B. Ambrosius cõsulebat volenti benè viuere, vt nunquam, aut rarò, conuiuiis interesset. Et ideò ait Salomõ, melius esse ire ad funus. Hîc enim tu breuitatem vitæ consideras, & eleuatur à sensibilibus rebus affectus tu⁹, quia cernis, eas esse fluxas, & hoc pacto sursum eleuaris, & ad Deum ascendis. Quapropter dicit etiam Salomon in Ecclesiaste. Cor sapiẽtis in tristitia morabitur. Cor autem stulti in lætitia. Vnde Michæas hoc mane in nostro contextu subiungit, & narrata vastatione Ierusalẽ, & Samariæ, atque Iudę incipit deplorare, quæ sua tempestate fuerunt, & ait. (Super hoc plangam, & vlulabo.) Sic & nos hoc mane faciemus. Adoriemur planctum rerum nostrę tempestatis. Et hanc ob causam verba hæc volui tibi præludere, & quæ vidisti præfari, nempe, vt commodius in

Studium viri spiritualis.

Sapienti. 9.

Ecclesia. 7.

B. Ambrosij documentũ.

Ecclesia. 7.

obiectio de lætitia et tristitia Christiani.

planctum hûc ingredi possemus. Dicetis vos. O pater, tu aliàs nobis, vt læti essemus, cõmendasti, & modò dicis. In planctu potius, q̃ in lætitia oportere commorari, & cor sapientis in tristitia esse, cor autem stulti in lætitia? Duo hæc non consistunt vnà, imò secum mutuò pugnant, quæ dixisti nobis. Respõdeo duplicẽ esse lætitiam, alterã stulti, alteram sapientis. Stulti lætitia est à sensibilibus, adeòq; sese illis immersat, & adeò se à sensibus trahi sinit, vt voluntas, insequatur eos, atque omnino intellectus, & deniq; tot⁹ ipse. Itidẽ & in calamitate facit. Cum enim irruit in ipsum calamitas, stultus post eam vadit voluntate, intellectu, sensibus vniuersis, & sinit se ab illa submergi. At sapiens nõ habet tristitiã, quæ à sensibus sit, sed quę à ratione proficiscatur. Sic aliquando Seruator tristatus est. Sic etiam B. Virgo nonnunquam. Manabat enim tristitia ipsorum à ratione. Nam firma existẽte ratione tantum mœrebant, quãtum par erat. Mittamus vero seruatorem atque Virginem. Et ad eũ quem nos iustum hominem dicimus veniamus, ad eũ nimirũ, qui sine noxa est lætali, licet multa admittat venialia. Ille primò mœret, quia nonnũquam in hoc se mundo esse dolet, & animã vellet agere, vt ad illã fœlicem vitã immigraret, quã certò sperat. Et ideo hęc spes quæ differtur, affligit animã.

Pulchra diuisio lætitiæ.

Christus & B. Virgo quomodo tristitia affecti.

Vnde tristitia proborũ.

1. Causa.

2 Dein tristitia probũ affici contingit quandoq;, è suis peccatis orta. Quia Deus aliquando ei ostendit, quis ille esset antea. Vnde ipse dolore afficitur, & tri-

3 statur. Mœret præterea iustus de aliorum peccatis, vt qui desideret Christũ in omnibus suis membris hono-

4 rari. Aliquãdo etiam mœstus est de inopia & miseriis aliorũ. Est enim misericors. Porrò sapiẽtis & iusti lætitia ex diuinorum æternorumq; contẽplatione proficiscitur, & in hac ipsa lætus atq; alacer est. Et si aliquando

quando aliqua dictarum tristitiarum ipsi occurrit, solari seipse nouit, & animare. Et primò circa tristitiam qua afficitur ob dilationē incolatus in hac vita dilati quo ab ingressu fœlicitatis abstinetur, solatur se, & dicit. Nos omninò illò ibimus. Et licet in diē vsq; mortis id prorogetᷣ tātisper, prorsus tñ dei grã illò enauigabim⁹. Circa peccata vero sua se cōsolatur, atq; animat dicēs. Deus mihi parcet, ipse est misericors. Ego aliàs huius rei specimē habui. Sciò, mihi parcet. Ego ad meliorē vitā in posterū attētus ero. Circa proximorū peccata animū resumit, & ait. Cōpertum habeo, Dei electos prædestinatosque minime perituros: scio etiam Deo esse curæ illos, ab ipsoque in finem ipsorum perducendos, & voluntati diuinæ sese attemperat. Circa tribulationes quibus homines versari, fatigarique videt, adhuc ipse cōsolatur se dicens. Sine, veniant. Deus enim ob salutem electorum illas permittit. Ego scio deum esse bonum, & quicquid ab eo fit, in bonum fieri ipsorum ab eo. Tribulatio homines facit bonos, & nisi Florentia afflicta fuisset, Florentini haud quaquàm bona quæ fecerunt, fecissent. Animatur etiam iustus, & sapiēs, & focillat nonnunquam corpus suū, rebus spiritualibus lassatus, & facit, quēadmodum aliquādo D. Antonius faciebat, qui quandoq; in syluā animi gratia cū suis monachis prodibat, & ridebāt pauxillū, sic ociātes, & corpus recreabant. Quia spiritus tristis exiccat ossa. Et vbi homo spiritualis animum remisit, regreditur postea ad orationes & spiritualia opera. Dicit ergo sapiēs Salomō. Melius est ad funus, quā ad cōuiuiū ire. Hocq; minime cū eo pugnat qd' tibi aliàs dixi, hilarē te esse oportere. Verū siquidē est, spiritualē hominē ea tristitia nō debere affici, quę à sensibilib⁹ proficiscitᷣ. Sed si qñ tamē tristatᷣ, tristitia eius à ratione ꝓcedit, &

Cōsolationē proborum. 1. Ratio. 2. Ratio. 3. Ratio. 4. Ratio. Alterna requies corpori tribuitᷣ à sanctis viris. Exemplum D. Antonij. Prouerb. 17 Ecclesiast. 7 Quæ tristitia cauenda.

nititur se consolari modis hisce, quos dixi. Stultus autem habet suam lætitiam atq; tristitiam a sensibilibus, & illis totus immersus manet, ibiq; perit. Hoc igitur pacto liquet non pugnare, quæ hoc tibi hoc mane dixi cum his, quæ aliàs te docui. Ingrediamur modo literã textus nostri. (Super hoc plangam & vlulabo, vadam spoliatus & nudus.) Aliquorũ sentẽtiam est prophetã hîc destinasse conscisis vestibus ambulare. Aliorum vero sententia est, voluisse dicere. Ego omnibus vestibus nudatus incedam. Prophetæ quandoq; non modo verbis, sed factis etiam vaticinabãtur, & operibus quibusdã exterioribus. Ambulabat igitur ꝓpheta hic nudus. Quid tu dices sapiens? Num non esse opus istud prophetæ, dices? Deus rotat sapientum horum sensus, atque intellectus, neque vult, vt illis patefiant ipsius arcana. Ait Iob. Adducam consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Videbitur enim eis exactũ dedisse consilium, & nihil cædet illis ex sententia. Iudices etiam obstupere faciam, inquit. Cogitabant ipsi in Italia, à vulpe capiendam gallinã. At modo capta remanebit vulpes. Et hoc modo perducentur consiliarij in stultum finem, & iudices in stuporem. Dicent quippe sapientes. Hoc non poterat euenire. Hoc nõ est iuxta iudicium naturale, factum tamẽ est, & sic procedet, & manebunt stupefacti, quia deus intellectus sapientum rotat, qui non se volunt demittere. Hoc idẽ facit in suis sanctis. Facit nanque illos aliquando non nihil facere, quod minime capiatur, & quod intellectus hominum in turbinem agat. Faciebat hũc prophetam in terra nudũ ambulare. Quid tibi de hoc sapiẽs videtur? Proh, si nudus ego ꝑuagarer in terra, quid tu diceres? Diceres cape catenã. In insaniã versus est. Vinciamus illum catenis. Vides in quę Deus impellat suos seruos.

Nudus ambulauit Michæas aliquãdo.

Iob.

Multa agũt sancti instinctu dei, quæ praui capere nequeunt.

Equidem

Equidem ignoro, num & ego stultum aliquid coram hominibus in speciem sim facturus. Et quidem esse id posset. Quid scio ego? Si à deo præciperetur, oporteret obedire. Proh si ego nudus per orbē irē, atq; inclamās, væ Italiæ. Quid tu diceres? Turbinē cerebri patereris, & diceres, Ille tandiu cōcionatus est, nec tñ apparebat stultus, & modò sic insaniuit? Itaq; deus in multa pellit homines, quæ aliorū cerebrum in orbē agunt, quia nolunt sua superbia decedere, suisq; peccatis. Quare merentur, vt cerebrum ipsorum in gyrū agatur, & in stultum finem ipsi adducātur. Aspice Noe, Cū arcā fabricatus est. Dicebat enim turba. Noe hic satis sapit, bene familiæ moderatur, & ꝓbus vir est, & cætera sapiēter agit. At in huius arcæ fabrica insanisse, nobis videtur. Sicq; mēte obturbabātur. Dauid qui tam sapiens erat, quiq; rex erat Israel, dum tamen portari fecit arcam dñi, regia exuit indumenta, & per viam saltabat ceu scurra quispiam, & turba dicebat ipsum esse amentē, præsertim vxor eius Michol, quæ ipsum, vbi domum regressus est, carpsit, atque quæsiuit ex eo num amens effectus esset. Helias qui Ioanni Baptistæ æquiparabatur, vt ait Augustinus, adueniente tamen pluuia tunicam succinxit, & ceu stultus regem Achab insequebatur, & concitatissimo gressu currebat ponè equos, vt regem assequeretur. Postea cū minata ei esset mala Iezabel vxor Achab, metu tanquam væsanus fugam cœpit. Vides, vt Deus cerebrum hominibus circunducat. Dicebat tunc turba. Si Helias propheta est, & homo sanctus, quid opus est fugiat, aut timeat protectore Deo? Et hoc pacto turbati addubitabant, qui rē nō callebāt. Esaias, qui ex stirpe regia erat, & regis frater, & in suis verbis valde eloquens, ac sexcētis annis seruatorem præcessit, loquiturq; de ipsius aduētu tàm clare q̃

Irrisus Noe ob arcæ fabri

Dauid irrisus.

Heliæ verius affectus.

1. *Reg.* 18. *et Ioseph.* 8. *lib. antiqui. c.* 20.

Esaias quantus propheta

Esaias quandiu praecessit Christi adventum. alius quicunq; propheta. De quo B. Hieronymus ait. Non solū ipsum, vt prophetā loquutū, sed historiā re. ipsa iam transactam tanquam euāgelistam, videri, cō- texere. Attamen dn̄s illi iussit, vt nudus perambularet terram. Et aiunt doctores, tres dies nudum ambulasse.

Nuditas Esaiae qd significet. Quod significauit spacio trium annorum Aegyptum & Aethiopiam spoliatum iri. Atq; hoc pacto Deus in orbem agit cerebrum hominum, vt diuina non intelli-

Lucae. 28. gant. Ieremias portabat catenas ligneas collo, & dicebat. Vos catenis vinciemini à Nabuchodonosor. Et illi ad quos loquebatur dicebant illū emotæ mētis esse.

Iere. 13. Deus illi dixit. Tolle lūbare & absconde illud. Et obediuit Deo. Abscondit enim illud sub petra. Posteà vero actis iam non paucis diebus dixit illi. Vade tolle lūbare. Et abstulit, & computruerat. Dixit illi dominus. Sic faciam computrescere, atque deficere vitam istorum. Quid de Ezechiele dicemus? Cui dominus dixit.

Ezechiae. 4. Dormi in latus tuum læuum trecētos nonaginta dies, & postea in latus dextrum quadraginta, & deinde accipies panē, & cooperies illū humano stercore, & ille erit cibus tuus. Cui Ezechiel respondit. A, A, Domine, tanquàm, qui id abominabile duceret. Et dominus ei dixit. Benè sanè. Vade tamen, ac tolle bouis excrementa illisq; cooperi panē. Et sic faciam filios Israel panem in afflictione comedere. Vide parumper ò sapiens, q̄ stulta hæc tibi videntur. Et ideò ne mireris, si non intelligis omnia, quę Dei sunt. Hęc ideò tibi dico, vt intelligas deū efficere, vt serui sui ea faciant, quæ cerebri vertiginē hominibus inducāt. Aliàs etiam dixit

Ezechie. 12 dominus Ezechieli. Fac trāsmigrationis vasa, & perā baculumq; assumito. Et rumpe parietem domus tuæ, & fac te portari foras per foramen illud parietis. Et dices. Ego sum portētum & monstrum, quod misit deus, & quem-

& quemadmodum ego extra hunc parietem portor. Ita & vos captiui exportabimini ab hostibus. Ad hæc, dominus etiam Oseæ prophetæ iussit, vt vxorem fornicariam duceret, & filios ex ea fornicationis tolleret. Vides igitur, vt Deus cerebrum hominibus circumuerset, nolens, vt sapientes hi intelligant. Sine me tantisper quiescere, & melius adhuc tibi rem explanabo. *Oseæ. 1.*

¶Demiror equidem cur sapientes isti legentes, aut si non legunt, saltem audientes hæc, non mutentur, neq; dicant. Hæc deniq; à Deo gesta sunt, qui non vult prorsus ea intelligi. Dic mihi tantisper sapiẽs Erant ne stultitiæ hæc quæ tibi dixi? Si stultitias vocare libet, mihi videntur sapientię plena, quia gesta sunt à deo. Ego tibi nuper in palatio dixi, omnẽ virtutem creatã, etiam terminatã esse, neq; à suo obiecto excedi, aut illud ab ea. Intellectus noster habet vim quandã, & lumen eius terminatũ est. Fidei lumen dein altius penetrat, & hoc altius adhuc penetrat lumen glorię. Angeli qui lumen gloriæ habent, lumen terminatum habent. Quod si Deus diceret angelis, ego plura intelligo, quæ vos non capitis, & nollent angeli credere, sed dicerent, Haud vllum est aliud lumẽ præter nostrũ, annõ illi stulti essent? Sic etiã si inferior angelus superiori diceret. Ego tot scio tantaq;, quot quãtaq; tu scis, aut etiã plura, meliusque ea noui, nõne ille stultus esset? Si ꝓpheta diceret Angelo illustrãti ipsum, ego iuxtà atq; tu intelligo res, & tot quot tu, aut melius etiã & plures, profectò nõ esset sanꝰ. Ita si philosophus diceret rustico cuipiã, aut puero alicui. Ego multa, quæ tu ignoras scio, & puer aut rusticus nollet credere, num tu illos nõ esse stultos assereres? Sanè quidem. Itidẽ si auris loqueretur, & diceret oculo. Ego nescio quid sit color, & ideò nec te *Diuina licet non capiãtur Credẽda sunt*

ſapientiam præter tuam, neq; alij quàm tibi ipſi vis fidem adhibere? Hoc non aliunde, q̃ à tua arrogãtia eſt? Atq; hoc modo cerebrum Deus ſuperbis circũuertit. Ait ille. Bona ille facit opera, probus vir eſt. At prophetiæ illæ ipſius non ſunt veræ. Stultitiæ quædam ſunt, in cæteris tamen ſapiẽter ſe gerit. Sicq; ferè dicere vult. Ille ſtultus eſt, ille ſapiens eſt, ille eſt ſimul & ſapiens & ſtultus, ſimul bonus & malus. Et ſic ſecum ipſe pugnat, neq; intelligit. Et hoc modo Deus cerebra circumagit. Attende tamen parumper, & videbis adhuc amplius circumagenda eſſe.

¶Scis tu vnde iſtorum veniat incredulitas, & vacillatio? Quia dñs ſeram quãdam paruulam illis non recludit. At quare dñs illam ipſis non recludit? Quia non merentur, vt recludatur. Ego hîc non loquor de illa clauicula, de qua tibi dixi aliàs. Sera illius recludi neqt adhuc. Imò an vnquã ſit recludẽda, nõ habeo cõpertum. Nos nõ habuimus tãtas vires. Orate tñ. Quia illa ſerula cuiuſdã domus eſt paruulę, vbi ſunt arcana multa, quæ ſi aperiet quãdoq;, vt aliàs vobis dixi, obſtupe faciã vniuerſum orbẽ. Ego de illius ſeræ clauicula modò nihil dico, ſed de clauicula ſerulæ domũculæ tuæ, & mentis tuę, cuius ſi reſeraretur hæc, quã dico, ſerula, videres tibi verum fuiſſe dictũ, & illud crederes, quod tibi dicimus, & agnoſceres nullum remedium ſupereſſe Italiæ præter pœnitentiã. Aio tibi, opus eſſe omnino, vt flagellũ adueniat, quia Italia intelligere noluit. Quare remedio vacat. Neque hac clauicula ſerulam dñs reſerare voluit, quia id minime peccata veſtra merita ſunt. Equidem in rebus ſenſibus obnoxiis manifeſtum id tibi facere volo. In animãtibus cognitione ſenſuum prædictis, ſunt quinque ſenſus externi, nempe, viſus, auditus, guſtus, odoratus, quo ad tactum vero ſpectat

Ideſt, ſi te Deus moueret & illuminaret.

2. de aïa. Vide etiã. S. Tho. 1. p. q. 78. ar. 3.

ctat lis eſt inter philoſophos, quibuſdam dicentibus vnum eſſe, quibuſdã plures eſſe contendẽtibus, ſed non hùc diſputaturi conſcendimus. Donemus eſſe vnum. Sunt etiã in anima aliqui alij ſenſus à philoſophis interni ſenſus nuncupati. At vero medicis & philoſophis controuerſum eſt, quatuor ne ſint, an quinq;. Ego hîc philoſophiam non ſum ventilaturus, ſed ſolùm dum verba facio, eam ceu bacillum tuum induco, vt tibi quæ dicimus planiora luculentioraque faciamus. D. Thomas, ait quatuor eſſe internos ſenſus. Primus eſt ſenſus cõmunis, alter imaginandi vis. Tertius vis æſtimandi, vltimus memoria. Oculus cognoſcit colorem, naſus odorem percipit, oculus tamen neſcit diſcrimen ponere inter odorem coloremque. Similiter neque olfactus ſcit inter ea, quæ ad ipſum & alios ſpectãt ſenſus diſcrimen notare. Quare philoſophorum conſenſus eſt omnium, eſſe vnũ ſenſum communem internũ, qui diſcrimina omnium noſcat ſenſibilium. Poſtea imaginatiuam cognitio hæc ingreditur, quæ ſimplices cognitiones & ſimulachra conſeruat, atq; componit. Ex pluribus enim ſimplicibus cõpoſitum quid reddit. Verbi gratia ex cognitiõe atq; ſimilitudine mõtis, & ex cognitione ſimilitudineq; auri vnà cõpoſitis, mõtem iam aureũ, vt imagineris facit. Aſcẽde dein altius ad æſtimatiuam virtutem cui peculiare eſt ſpecies non ſenſu extero vſurpatas percipere, verbi cauſa, ſitne res oblata vtilis, an noxia. Quod ſenſus cõmunis nõ cognoſcit, neq; imaginandi facultas. Exemplum eſto. Ouis videt lupum, oculus colorem illius percipit, cõmunis ſenſus ponit diſcrimen inter animal illud atq; aliud quodlibet. At neque occulus, neque ſenſus communis, neque phantaſia cognoſcit, aut diſcernere ſcit, vtilis ne ſit, an noxius, quod tamen comprehẽdit imaginatiua

S. Tho. 1. p. q. 78. ar. 4.

ginatiua potẽtia. Confestim siquidem noxiũ illum ap prehẽdit,cognoscitq;. Sic si oui ramus offeratur vires æstimatiua est,quæ tanquam vtilem ipsum apprehen dit.Memoria verò est deinde,quę species illas retinet. Sic in intellectu sunt etiam aliqua,quę speculatur dun taxat,aliqua quæ etiam in opus refert ipse.Exemplum esto.Phantasia offert aliqua,cumq; intellectus tanquã vera falsaue ea decernit,illa est speculatio. Cum verô indicat,recta aut praua,iam adest praxis. Ecce theolo gus cogitat vniuersali quodam modo de trinitate, de eucharistia,tuncq; speculari tantum dicitur, non practice de illis cogitare,quia non tanquam vtilia, aut bo na hæc contemplatur.Cuius ratio est,quia serula tunc reclusa non est.Deniq; intellectus theoricus non mouet, practicus vero mouet. Hæc gratia Dei facit, quæ mouet hominem,practico intellectu,vt rem tanquam vtilem noxiam ve consideret, vt æstimatiua etiam fa cit. Verbi gratia. Concionatur quispiam de gehenna, aliquis,qui audit,non permouetur ad considerandum illud,vt utile, aut damnosum. Alius vero cui gratia di uina adest,mouetur & cõsiderat tanquam damnosum, quia serula reserata est clauicula.Quam nisi Deus ipse aperiat conari quidem poteri ,promouebis tamen nihil.Modo accipe documentũ hoc homo,& hoc grande signum sume.

Eximio simi li docet necesse esse vt intellectus à deo moueatũ practice ad audita vt auditis moueamur.

Munus dei mouere ad opera, quæ audimus, legimus,ac intelligimus.

¶Cum Deus facit, vt alicui populo rerum caritas,pestis, bellum, & grande flagellum prædicantur, vides tamen per ipsum seram non esse reclusam,hoc est,vides homines non corrigi,neq; timere, aut pœnitentiã agere,sed eã theoricè tãtum cõsiderare,& nõ practicè dicito tunc.Deum velle,vt ille populus vapulet.Siccũ Pharaone se gessit,de quo ait scriptura Indurabo cor Pharaonis.Quod idẽ est ac si dicat.Ego illi non aperiã

Populum doctrina sana non moueri, signum futuri flagelli.

Exod. 10.

seram

ſeram, neq; videre ſinam, diuina eſſe hæc, nõ humana. Sic & cum Phariſęis ſcribiſq; Chriſtus ſe habuit. Viderunt enim plurima Chriſti miracula, haud quaquàm tamen ei crediderunt. Quia non aperuit illis ſerulam.

Eſaia.22. Ille claudit, & nemo aperit, & ſi clauſerit quis aperiet? At quare illam ipſe non recluſit eis? Quia non merebantur. Ita hac noſtra tempeſtate ſacerdotes, & monachi, perpetuò ſoluendis ſtatis precibus vacant, attamen vitam minime immutant. Loquor de improbis. Hoc ideò illis vſu venit, quia Deus non recludit illis ſerulam clauicula. Sic nunc etiam Italiæ Romæque vſu venit, quibus flagellum nuntiatum, declaratumque eſt, & Deus ob oculos illis poſuit aduenientem gladium, nec mutantur tamen, nec credunt, quia ſera non recluſa eſt. Ah, quare nõ? Quia à ſuis criminibus reſipiſcere non iuuat eos. Nolunt conuerti, & ideò, (deſperata eſt plaga eius.) Illorum plaga dedeplorata eſt. Multi etiam ciues qui florentię ſunt, qui ipſi conuerti nolunt, neq; eis Deus aperit, ſignum habent punitionis, illis à deo inſtãtis. Deſperata eſt ipſorum plaga, ſubuerſioq; decreta, & ideò. (Plangam, & vlulabo.) Plangent itaq; & vlulabunt, vt hîc faciebat propheta noſter.

¶ Plaga illorum deplorata eſt. Actum eſt de illa, ſilicet. Improbi hi peius peccarunt, q̃ prius, idque ab ipſo vſque capite Italiæ, hoc eſt Roma, quæ peiora patrauit, quàm prius. Sic etiam tibi ciuis aio. Deſperata eſt plaga tua. Tu malis non deſiſtis, & ideò omnes praui operimini. Deus nanq; flagellum vult immittere. Et ideò (ſuper hoc plangam, & vlulabo.) O pater quin tu intueris, poſsit ne adhuc vllus conuerti? Crede, iam paucos conuertendos. (Ideò, plangam ſuper hoc, & vlulabo,) voce nempe grandi fortique, hoc nanque

tempus

tempus planctus est, non festorum non obcursitandi pallium. (Vadã spoliatus, & nudus.) Hoc ecclesiam signat, quæ modò spoliata est, atq; omni virtute exuta, & aperta fronte, atq; citra pudorem omnes committũt scelera, & ad illa currunt. Idq; procliuius sæpiusq;, & improbius maiores, quàm minores. Vadunt igitur spoliati omniq; bonitate exuti. Vade age Romam intuere, & videbis omnia meretricibus plena atq; flagitiis, (Faciam planctum velut Draconum.) Ait propheta, Draco præliatur cum elephãte in india vbi copia illorum est. Elephas illum percutit, & proboscide illa grã differit. Draco eiulatus edit, & planctus illos magnos. Elephas animal qnoddã est magnum, dura ossa habẽs, mirabili æstimandi vi, eximiaq; docilitate præditum. Vidi ego aliquando elephantem omnia ei iussa à pædagogo capessentẽ, & ille dicebat ei, flecte hîc crura, flectebat, vade illuc, ibat. Denique æstimatiua præpollet, dentes habet prolixos, proboscidem prælongam, qua si hominem abripiat, sursum non modico spatio iactabit, & dentibus post excipiet, atq; ipsum discerpens necabit. Hoc animal cum committit prælium cũ dracone, atque ipsum percutit, extorquet illi eiulatus, acresque planctus. Et ideo dicit hoc loco propheta. (Faciam planctum meum velut draconum.) Elephanti vasti Barbaros in Italiam venturos & vastos illos, id est, grandi autoritate, & potentia immodicos futuros portendunt. Ossa dura, robur exercituum insinuant. Admiranda æstimandi vis elephanti indicat bellandi peritiam egregiam, qua præstant. Proboscis oblonga innuit, subodoraturos è loginquo bellũ. Vafrici ijdẽ erunt mirabiles. Quantula erit cunque mora prælij, mille annorum ipsis videbitur. Elephantus & ad bella olim instituebatur, & in prælium deducebatur pugnaturus.

Ludus Floētiæ est.

Draconis ingenium.

Elephãtis natura.

Mira & propè incredibilia leguntur apud ãtiquos de docilitate eleph. præsertim apud Cice. Senec. Plini. Mutianumq; Aristo. 3. 5. & 8. de animali. Diuũ Tho. Iob. 40. l. 2. Ita fuit.

fert.Ita isti sua de spe decident, quã in suis primoribus locauerũt. (Quia desperata est plaga eius.) Aduenientib⁹ barbaris auferetur eis eorũ spes. (Quia venit vsq; ad Iudã.) Vsq; ad Iudam hæc pertinget tribulatio. Iuda significatur cõfessio, & hic in malã partẽ capiĩ pro principib⁹ his improbis & præsulibus Italiæ, qui extra videnĩ fidẽ fateri, & boni esse, & nõ sũt. Veniet igiĩ afflictio vsq; ad Iudã.i. vsq; ad hos, q nomina tãtũ sustẽ tãt nõ rẽ. Quia despata est illorũ plaga. (Et tetigit portã populi mei vsq; ad Ierusalẽ.) Ierusalẽ interpretatur visus pacis. Et capitur etiã sinistrè pro his qui extra boni parẽt, re tamẽ id nõ pręstant. Portæ hic effigiant ecclesiastas improbos. Veniet igitur pestis & vos creditis vos stratis precationibus & liturgiis eruẽdos, & nihil ꝓficietis. Extẽdetur igitur calamitas vsq; in Ierusalem, & vsq; in populum meum, idest, vsq; ad monachas atq; monachos improbos, & nomine solo religiosos. Et ideo (sup hoc plangã, & vlulabo.) Super hoc, inquam, plangemus, & vlulabimus. Hicque primus est planctus, quẽ hoc mane sumus edituri, atq; adeò hæc prior est pars huiusce cantilenæ.

¶Scis tu quos etiam hæc plaga attinget? Attinget non solũ improbos & tepidos, sed etiã probos. Hoc est illos ciues, quibus bonum fieri placet, & non faciũt tamen, & possent, & vellent iustitiam colere, timore tamen ipsam violant. Itaque ad vos etiam vsque attinget plaga hæc, ad illos præsertim, qui iustitiæ sunt obstaculo, nè seruetĩ. Tu numismata accipis, & munera, & postea interpellatũ pro illo vadis, q exulat, & iustitiæ, cultũ impedit. Quare te etiã hęc plaga cõprehendet. Si tibi, vt iustitia obseruetur, cordi est, fac vt nuper in palatio tibi dixi, fac, inq̃, vt Rota veniat. Et videbis an iustitia colatur. Quando alicui quidpiam nõ placet, & punire *Iustitiæ cultus commendatur.*

non vult fontes. Scis modum nullum ab illo inueniri, quia non quærit. Vade, quære parũper, & videbis num

1. Cor. 5. reperias. Ex purgate vetus fermentum. Purgate ciui-
Gala. 5. & tatem vestram improbis, & iustitiam colite, quia mo-
1. Cor. 5. dicum fermentum totam massam corrumpit. Et quando superioribus diebus vobis in palatio dixi, vt vestrã vrbẽ vitiis purgaretis, & adhuc, integrũ vobis esse aliq̃n nequitiã sacerdotum, qui improbitati studẽt, pellere, verba hæc molestia aliquos affecerũt. Sed fortè tu nos non cœpisti. Et quò credas, me non citra fundamentũ loquutum, dicam tibi iterum, quæ tunc dixi. Ego hoc pacto loquutus sum. Et quod loquutus sum, verũ mihi videtur. Volo tñ omni meliori iudicio subiici. Quamobrem hoc tibi prius subiicio indubium dogma, Deũ non posse errare. Sic etiam angeli eius & beati, vtpotè qui deũ cernant ipsum, errare nequeũt. Homo errare potest. Quare ego cũ homo sim, errare possum. Et libet mihi, idq; volo, vbi errassem, emendari. Ego ita loquutus sum, in duo secans, quę docui. Et primò suppono, monachum sacerdotem ve esse vitæ improbæ, qui aliorum corruptionis sit causa. Sic ego intelligebam. Attende quorsum tibi nunc ea verba facere. Scis quippe me in eum incidisse sermonem, quo dicebã purgandam vrbem improbis, qui proximorum erant corruptela. Et ideò ego non illud intelligebã de eo, qui priuatim inq; propriã duntaxat pernitiem prauus erat. Huic enim fraterna correptio sat est. Sed dixi, dũmodo ille monachus, sacerdos ve corruptor sit aliorum, putà, sodomita, incantator, hæreticus, aut patriæ proditor, ita vt peccatum eius saluti aliorũ noxium esset. Et hoc est quod tibi priori loco dixi. Alterum est, me non dixisse tibi, in illum animaduertere continuò licere tibi. Sed indicandum superiori. Quod si ille nõ prospiceret

Quãdo liceat Ecclesiasticũ pniciosũ reip. vrbe pelli p potestatem laicã etiam.

Declaratio conclusionis.

ſpiceret ei, dixi, in manu tibi eſſe finibus tuis illum tūc pellere. Nota verò, nos ſuperioris nomine non intelligere illum tantum, qui apud nos illi monacho, aut ſacerdoti præeſſet, Verbi gratia, Epiſcopū, aut Archiepiſcopum, ſed quotquot ille hîc, aut Romæ etiam, vſque ad pontificem ſummum habet. Nam licet ad ſuperiores, quos hîc ille habet, rem detuliſſes, non tamen eos quos illîc habet, adhuc ille ſuperiorem haberet, quem tu iuſtitiam nō poſtularis. Intelligo itaque hoc adhunc modum, nempe, vt tu omnes prius ſuperiores illius adeas, rem ipſis proponens, antequam id tentes, tuncque ſi proſpicere rei illi noluerint, aperte ſentio, & aſſero tunc non ſolum tibi licere expellere eum, ſed etiam abs te oportere id fieri. Vide modo quod tibi addo. Et in hunc caſum nullam anathematis ſententiam peculiarem eſſe cenſeo, quam obiicias, dicēs, libertatem eccleſiaſticam violari. Et quo nos melius teneas, ſcripto etiam id tibi traddam. Quod ſi melior cuiuſquam ratio, quàm ſit mea, inuenta erit, libens palinodiam recinam. Attende modo rationes meas. Attende acriter huic caſui. Quod ob ignorantes dico, qui poſtea egrediuntur caſum. Ego non abſolute dico, abs te eiiciendum ſacerdotem improbum, aut monachum, ſed ſi modo ruinæ tuæ ciuitatis cauſa erit, aut animarū quæ in ea ſunt, etiam ſi vni duntaxat animæ, vt rueret cauſa eſſet. Nota modo rationem primam. Principio in omnibus actionibus moralibus finis eſt forma, & regula totius actionis. Verbi gratia. Largiris eleemoſynam ob inanem gloriam, peccas, aiunt doctores, quia finis, ob quem id egiſti, actui ipſi pro forma fuit. Si fureris, vt forniceris, peccatum illud potius eſt fornicatio, quàm furtum. Omnium virtutum forma charitas eſt, quæ niſi aderit, virtus forma vacat, & ea re virtus mor

Additio de excōmunicatione.

1. probatio totius ſentētiæ Hiero.

D. Tho. 22. q. 23 art. 8.

Q tua

Fides quare mortua sine charitate. tua dicitur, neque virtus iam eſt, quemadmodum, neque homo mortuus, homo iam eſt. Omnis res forma ſua agit. Fides per charitatem operatur, & ideò fides illa, quę per charitatem non agit, fides mortua dicitur. *Iacob.2.* Et id circo fides ſine operib⁹ mortua eſt. Quandocũq; igitur aliquid ex charitate agis, quod cum virtute coniunctum ſit, actum edidiſti ſua forma conſtantem. At *Nulla lex bona eſt, niſi ad charitatē habeat ordinē aliquem.* qui leges de actibus virtutum ſunt. Quemadmodum igitur omnis virtus abſque charitate mortua eſt, ita & omnis lex quæ charitete vacat mortua eſt, & non eſt lex. Res autem ita habet, vt leges illæ, quas tu dicis, nimirum, Nihil poſſe fieri contra eccleſiaſticam libertatem, nullumque iudicandum ab eo, qui non ſit ipſius iudex, ſi etiam dum conſiſtunt, locumque habent adhuc, charitate tunc vacent, leges igitur ſunt mortuæ, neque amplius ad hunc caſum leges ſunt. Eſſe autem illas aduerſas charitati, ſi caſum noſtrum etiam comprehenderent, oſtendam tibi. Non enim poſſes peccato educere animam proximi. At verò non ſolùm à Deo in mandatis, legibuſque charitatis habemus, vt omni ope nitamur, vt ſaluti corporeæ proximi conſulamus, ſed longè amplius, vt ſaluti proſpiciamus animæ. Vnicuique etenim mandauit Deus de *Eccleſ.17.* proximo ſuo. Igitur ſi quod in te erat præſtitiſti in ſuperioribus adeundis, & iure ab illis petendo, & leges deinde iſtæ ab auxiliando proximo ipſi te cohiberent, cum charitate pugnarent. Et ideò dico tibi te debere id facere, atque iſtas leges tunc, leges non eſſe, ſed ad eum caſum extinctas eſſe. Et hæc prima eſt ratio. *Secunda ratio concluſionis.* Altera eſt. Diuus Thomas, ſecunda ſecũdæ, ait, vnumquenque ad corripiendum fratrem teneri ſub morta- *S.Thom.22. q.33. ar.2.* lis noxæ pœna. Et beatus Ambroſius dicit. Si fame intereuntem videas, & opem illi ferre queas, nec facias, extinctum

extinctum illum abs te esse, qui moriebatur. Mortis enim illius in causa es, & lethalis est tua noxa. Si non paueris, inquit, morientem, occidisti. Quare addit sanctus Thomas, & dicit. Si nos saluti corporis proximi curandæ obnoxij sumus, longè plus saluti animæ eius obligamur. Nam si rectà ad gehennam pergere viderimus proximum, omne id facere debemus, quod non contrà charitatem, aut prçter ipsam sit, quò illum eruamus. Et hçc lex est diuina, & naturalis, quç nos obligat. Colligatur ergo sic. Omnis lex naturalis aut diuina, nō enim conuertuntur, neque enim omnis diuina est naturalis, licet omnis naturalis sit diuina. Omnis, inquam lex aut naturalis aut diuina, fixa manet semper atque immutabilis, neque relaxari sic potest, vt non seruari liceat. Omnisque lex, quæ sequitur ex naturali, aut diuina per modū conclusionis, naturalis, aût diuina semper appellatur, neque mutari vnquam potest. At leges illæ, quæ ex naturali, vel diuina eliciuntur, per modum determinationis, vocantur positiuæ & aboleri possent, & mutari, atque in alteram formam condi, & pōtifex summus aliquos eis soluere potest, & eas insolidum abrogare. Huius exemplum esse posit. Qui hoc fecerit, hac pœna mulctetur, aut anathema sit. Hæ sunt, quæ positiuæ vocantur, quæque antiquari possunt. Naturalis verò, atque diuina immobilis perseuerat perpetuò. Cumque fortè fortuna euenit, vt naturali positiua repugnet, semper sopitur quæ positiua est. Verbi gratia. Præcipis tu belli tempore sub capitis multa, vt nullus ingredi portas vrbis permittatur. Accidit, vt ciuis tuus ad portam adueniat atque adeò ingredi velit. Qui ipsum introducit non meretur, vt caput illi abscindatur, quia id temporis naturalis amor cogebat ad introducendum in vrbem con-

S. Tho. ipse arti. 1. supra.

ciuem tuum, neque locum habere censenda est lex illa positiua, quando nequit sarta tecta seruari naturalis. Exemplum hoc in præsentia propositum tibi volui, vt rem capias melius, licet illud non adeò naturale sit. Si igitur velles seruare hanc legem humanam, nempe, vt ego anathema sim, si hunc vrbe depulero, cum iudex ipse non sim illius, apposita per me diligentia exacta, contra naturalem legem esset præcipientem, proximum amare, & contra diuinam deconsulendo saluti animæ eius. Et ea re humana hæc lex sopitur. Alioqui enim eripi non posset proximi anima, quæ in barathrum descendere visitur. Adde quòd in omni lege maxime obseruari oportet legislatoris ipsius mentem. Mens autem ecclesiæ in vniuersis suis legibus primò est, vt Deus honoretur. Deinde, vt animæ salutem adipiscantur, & vltimò, vt bonum publicum seruetur & promoueatur. Et ait D. Thomas in prima secūdæ, quandocūque hac mente vacent leges irritas esse, hîc autem omnes hi fines desunt, totaque hæc mens, Leges igitur, quas tu citas nō hunc euentum nostrum comprehendunt. Præterea materia est propter formam, & corpus est propter spiritum. Lex hæc quam adducis de ecclesiastica libertate ad corporis libertatem spectat, lex vero diuina in spiritus libertatem vergit. Qui enim facit peccatum seruus est peccati. Libertatem nimirum spiritus amittens. Cum igitur corpus propter spiritum sit factum. Quandocunq; corporis libertas exitialis fuerit spirit⁹ libertati, cessat lex illa cuius autoritate exitium sequuturum est ipsius spiritualis libertatis. At verò si tunc lex illa de ecclesiastica libertate seruanda esset, libertas spiritualis & christiana interitura erat. Cessat ergo tunc illa lex, neque amplius quod ad id spectat, lex nuncupatur. Hûc etiam

3. probatio conclusionis.

1. Tho. q. 96. ar. 4.

4. Ratio conclusionis.

Ioan. 8. et. 2 Pet. 2 et Roman. 6.

etiam spectat, quòd omnis lex, vt rationi innitatur est necesse, & ratio legis anima legis, & si ratione vacat, non est lex. At si leges illae, quas citas in hoc euentu locum habituræ essent, nulla ratione fulcirentur, non igitur ratæ erũt, neque leges sunt id temporis ad hoc. Quod si rationi consentaneas hoc euentu dixeris, & si rationi non est dissentaneum, sinere, vt hic causa sit ruinæ animarum, cum vbicunque subsistit ratio, lex ferri posit, posset ergo illo eodẽ casu de quo agimus lex ferri, sic habens: Præcipimus, vt sacerdos, aut monachus animarum corruptores, & boni publici vasta tores, licet à suis superioribus non sint correpti sinantur ab omnibus suo modo viuere, & agere. Videretur ne tibi hæc lex rationi consona? Equidem, de me loqui iuuat, irriderem huiusmodi legem. Vlterius famam proximi conseruare ius est naturæ, atque diuinum, salutem quoque animarum curare ius etiam est naturale, & diuinum. At maius quid est & preciosius, animarum salus, quàm proximi nomen, Christus etiam non curauit sartum tectumque bonum nomen, vbi periculum animarum aliundè impendebat. Nos igitur non debemus seruare legem hanc ecclesiasticæ libertatis, quæ longe minus quid est, quàm fama; dum periculum animarum viderimus. Christus non obseruauit famam scribarum & Pharisæorum, quia videbat, in gehennam animas corruere. Imò improbitatis illos acusauit. Quod si tàm est potens respectus hic salutis animarum, vt præceptum de fama sopiat, quod iuris naturæ est, longè potius leges sopiet quas allegas, vt pote humanitùs conditas. Hæ aliæque rationes plures adduci possent, quibus hæc veritas luculenta fieret. Sed hæ in præsentia sint satis. Vis tu adhuc cernere, ecclesiam ob animarum salutem etiam

5. probatio cõclusionis.

6. probatio.

partes in referendo de illo ad superiorem, iuxtà ea, quæ suprà apposuimus placito nostro, non esse iudiciariam, neque illud iudicium appellari, sed correptionem fraternam.. Quia ille non occidit ipsum, neque illi meritam in iudicio mulctam dicit, sed suis tantum illum finibus eiicit. Et dico tibi vnicuique id integrum esse ob ecclesiæ zelum, atque adeò honoris Christi. Iuuat ne videre an hoc verum sit? Quæramus ex Christo. Et fingamus, legatos nos Christo misisse, qui verbis nostris illi dicerent. Adest sacerdos monachusvè scelestus, modo iam dicto. Et rogemus per eosdem num eiici à nobis illum velit. Haud dubie credis præcepturum, amoliendum illum. Ita etiam si nos præsuli renuntiaremus hoc ipsum. Et responderet, ne expelleremus, sed suæ libidini illum relinqueremus, an non euestigio inclamares, O præsidem improbum? Et ideò animaduertas oportet Christi mentem esse. In euentu proposito, si nulla sit alia obstandi via, vt scelerosum illum hominem expellas, qui cæterorum animas labefactat. Nolim tamen licenter id extendi, vt idiotæ faciunt. Porrò iustam adhibete prius curam diligētiamque in referendo de illo ad superiores, post verò si nullum sit aliud omnino remedium reliquum apertè assero, vobis id licere. Quod tamen saluo semper meliori iudicio affirmo. Et si fortè labor, nullam nō correctionem amplector. Regrediamur modò ad nostrum institutum. Expurgate vetus fermentum. Tota ferè ecclesiæ ruina non aliunde est, quàm ex prauorum impunitate. Crede mihi, si exercere velles iustitiam, & manū baculo admolireris, res meliùs procederent, quàm procedunt. Hac ex impunitate omnia ferè mala prodeūt. Sed videtur mihi facilius reperiri, qui, obstaculo sint bono, quàm

Extensio conclusionis.

Confirmatio sentētiæ Hieronymi.

1. Cor. 5. & Gala. 5.

Impunitas prauorum ingēs Ecclesiæ malum.

qui ilud promouendū curent. Quænam igitur hæc est stultitia, vt bene facere me nitente, id detrectetis. Hęc mulierū, atq; adeò puerorū correctio exire adhuc foras nequit, & tamen in bonū illa vestrum est, quod ad animā facit, quia honestas promouebitur, & quod ad marsupia pertinet, quia minus expendetur. Ego benè vnū intellexi, an illud verum sit, ignoro, nempe vos curasse, vt stolæ fœminarū duobus digitis promissiores sint, quàm intima ipsarum vestis. Quorsum hoc? Equidem non cessabo. Quinpotius clamabo semper in hoc suggesto, & eiulatus edam, si ita habet. Adite Genuā, & videte, vt fœminæ illæ coopertæ omnino incedant. Itaque si verum est id, corrigite illud. Quando ego vobis de hac correctione loquens, dixi, vt laxior in initio fieret non de honestate intelligebam, sed solùm sentiebam id de mundo muliebri, & de bombycinis vestibus. Porrò mihi videmini, omnia mala vt faciatis, niti. Ego in os vobis dicam, à vobis potius bonum destrui, quàm reconcinnandum curari. Ideòque dico vobis, vt hunc errorem corrigatis. Si tamē quod mihi dictum est, est etiam verum. Aliòqui ego nihil aliud, quàm in clamabo in hoc loco. Agite, redeamus ad nostrum prophetam.

Pudicum ornatum mulierū suadet Hier. semper

¶ (In Geth nolite annunciare, lachrymis ne ploretis, &c.) Ait propheta hic illis qui sub illud tempus erant. Vos in frusta concidemini, vos captiui ducemini, & verecundia ignominiaque grandi confundemini. Sic & tibi Italia magna erit verecundia. Plena ignominię remanebis. Italia tua tibi auferentur, sicut aliàs tibi dixi. Italia tu nequibis obsistere. (In Geth nolite annunciare.) Geth erat oppidum Philisthinorum. Geth significat torcular. Philisthiim autem interpretatur, ruina duplex, hoc significat proceres & primores oppressores

Geth & Philisthiim figura præfectorū opprimentiū populum.

pressores populi instar torcularis. Qui etiam sunt ruina duplex, idest ipsorum, & subditorem sibi. Dicit ergo propheta. Ne in Geth vltrà annuntietis. Idest. Nullum vltrà verbum vicinis vestris dicatis. Ne vltrà illis annuntietis, ne vltra illis concionemini. De omnibus rebus actũ est. Et (desperata est plaga eius.) Pronuntiata est sententia. Quid vltrà vos iuuat facere? (Lachrymis ne ploretis.) Ne vltrà collachrymemini, ne vltrà vos affligetis. At tu suprà ad tristitiam nos reuocabas, & melius esse in domum luctus, quàm in domun conuiuij ire contendebas. Dico, hortorque vt vestra crimina defleatis. At super illos nolite vltra flere. Omnes enim in gehennam sunt detrahendi. Illis non est medela vlla. Aestimate illos tanquam incolas iam inferni? Tunc cum in illud peruentum erit temporis huc cernes. (In domo pulueris puluere vos conspergite.) Domus hæc pulueris, ecclesiæ typus est. Idest fidelium, qui ex humilitate puluerem cineremque se reputant. Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Idest. Vos ecclesiæ fideles in pœnitentia vitam agentes, pergite. (Et transite vobis habitatio pulchra, confusa ignominia.) Hi quærũt hîc in ædibus pulchris habitare, & construunt sibi hîc paradisum quandam omnium deliciarum, & remanebunt vniuersi ignominia confusi. At ille satrapa seruari posset, & ille etiã alius. Tu mihi aliàs dixisti monache. Progredere pauxillum. Ipsis denique salutis via non obstructa est. Dico tibi, desperata est plaga illorum. O beatam te Florentiam, cui dominus ferulam illam reclusit. Et gratiam contulit. At vos, qui in pulchris habitatis ædibus, tanto auro fulgentibus, & tot rebus preciosis, captiui ducemini ab hominibus, vel à dæmonibus, aut ab vtrisque. Et veniet gens illa extera,

Domus pulueris ecclesiã significat propter pœnitẽtiam agẽtes in ea.

ra,& te sapiens capiet,& fustigabit. Et nobiles fœminas in meretrices accipiet, & omnia ignominia confundētur. Erit pudefactio vestri maxima. Etenim ceu cum bestiis, ita vobiscum agetur. (Non est egressa, quæ habitat in exitu.) Dicebant illi Michææ synchroni hęc verba. Perstamus denique nos illi, qui interitui proximi fuimus. Et narrat Michæas hæc verba eorū. Ita tibi Italia dico. Tu in fine es. Tu non vis fidē adhibere. Et hoc anno plures cumulasti prauitates, quàm alio tempore. Et dicitur Romæ, vt isti de Michæa dicebant. Num nos non triūphum agimus? Monachus illìc misere sibi pectus rumpens clamoribus perstat. Nos denique superamus adhuc, neque tot miracula cernimus. (Planctum domus vicinæ accipiet ex vobis.) Audite primores. Hi qui plāctum accipient, sunt tepidi vicini vestri. Qui in aurem semper vobis instil lant, dicentes. Omnino tot tantæque res non euenīēt. Atque hoc pacto à veritate vos auertunt. Tepidi tamen semper quærunt proceribus sese insinuare, quò honores, terrenaque aucupentur. Adueniente autem flagello, incipient & ipsi plangere, qui vestra vicina domus sunt. Videbunt vos magnates plangentes, atq; à sua spe se decidisse videntes, plangāt oportebit. Itaque domus hæc vicina, vestri gratia planget. (Quæ stetit sibimet.) Id est tepidi suis ceremoniis freti sunt. Et propriæ virtuti confidunt, quæ nihil eos iuuabit. (Quîa infirmata est in bonum, quæ hābitat in amaritudinibus.) Quod domum hanc infirmandam innuit. Sed Michæas futurum, ceu iam præsens, ponit, & ritu prophetarū loquitur. Significat autem tepidos ad bonam vitam futuros imbecillos, quia iam superbia fastusque præterierit, & lucra amissa erūt, voxque ipsorum erit. Hei mihi. Mortuus est nanque ille magnifi cus,

Ita fuit vt memoriæ proditū est anno 1527.

cus, dominus ille, spes mea iacet. Tu terrenis inhærebas, & ideo dolet tibi illa amittere. At qui cum Christo est nulla horũ cura tangitur. Hoc itaque modo tepidi in amaritudine habitabunt. (Quia descendit malum, à domino in portam Ierusalẽ.) Dixi tibi, portas esse patres vestros, confessarios, & concionatores, loquor de improbis, in quos flagellum descẽdet, veniet bellum, caritas rerum, pestis. (Et tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis.) Lachis erat vrbs in quam copiæ Assyriorum impressionem fecerunt. Lachis interpretatur, sibimet. Roma tueris Lachis. Tu tibi ipsi vis fidere, & veniet tumultus exercitus, credite mihi, qui obstupefaciet habitatores Lachis. Venient magnæ acies Romam, irruet grandis exercitus, mihi crede, vera prædicenti. Præpara te, neq; enim persistes. (Principiũ peccati est filiæ Sion.) O Roma filia Sion tu initium es peccati. Tu omnium scelerũ regina es. (Quia in te inuẽta sunt scelera Israel.) In te cõgregata est omnis nequitia, quę in cętera ecclesię mẽbra descẽdit. Vnde filia Siõ si tu principiũ omniũ peccatorũ, ac scelerũ es, in te primò vibrabitur ac descẽdet gladius.

Lachis.

Ad lineam hoc euenit pridie nonas Maias. anno 1527. cum capta ẽ vrbs, olim totũ q̃ cœperat orbẽ

¶ (Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis, principiũ peccati est filię Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israël.) Erit tumultus magnus. Hi non credunt hoc. Cito tamen nubibus cælum obduci cernẽt. Dicitur Romæ. Nos aliàs erepti sumus. Monachus dicebat, nos subuertendos. Nos demum supersumus. Ego nunquàm tibi dixi, Romam tùm subuertendam. Neque vnquam dixi, quis ille, aut alius sit, qui id sit facturus, licet tibi dixerim, quod non diffiteor, futurum quempiam, qui nullo discrimine omnes aget. At quis ille erit? Erit fortè ille, quem tu non credis futurum. Aut fortasis vterque erit, aut forsitan plures

duobus

duobus erunt. Sat bene noui ego quis ille sit. Dominus Deus sensim progreditur. Sed vbi furor in cœperit, videbis ingentem tumultum. Tu fortasse, nunquam, Imò neq; antiqui similem audierunt. Sed missos antiquos faciamus, qui omnino fuerunt magni. Hic saltem illos exæquabit. Quia hoc erit malū vniuersale, vbique. Italia tamen est, quæ pondus est sublatura. Ego quandoque Gotthos, Longobardos animo verso, qui multa mala Italiæ intulerunt, & quid dicam ignoro. Erit prorsum tumultus ingens & reliquiæ erunt paruæ. Dices. Non credo. Credere tuum nullam nobis molestiam infert. Ego meam obeo functionem. Fidem tuam, quod ad me spectat, non magnipendo. Sanè vellem tuæ salutis causa, vt crederes. Peccata igitur sunt quæ flagellum inclamant. Et ideo ait propheta. (Propterea dabit, subaudi, dominus emissarios super hæreditatem Geth.) Nempe barbaros ex sua ipsorū patria missos, & qui illaqueandos alios à se putat, laqueo ipse comprehensus manebit. Venient hi emissarij. Et capient domos vestras, hæreditatem vestram, amœna vestra loca, & vestros fundos, ac villas vestras, famulos vestros, seruos vestros, & vniuersam hæreditatem Ceth, idest oppressorum. (Et domos mendacij in deceptionem regibus Israel.) Capient domos mendacij. Hi sunt illi, quibus vos pecuniam numeratis, vt mēdacium vobis dicant. Ille astrologo pecuniam soluit, vt dicat mendacia. Vos in pernitiem omnes vestram contenditis. Vos namque primates circumuenitis, atque adeò omnes illos, qui vobis freti sunt. Dic mihi astrologe conscelerate, quem tu librum habes, quo ita decipias homines, totque dicas mendacia? Quo libro, quâue disciplina vera potes tu prædicare? O monache,

Carpitur iudiciaria Astrologia.

tu

tu aſtrologiæ nō dediſti operam. Tu ſapere id non po tes. Si adeò ſtudioſus illius fuiſſes, ſat haberes. Verum ſiquidem cognoſceres, ſicut ego noui. Equidem tot tā taque vidi, vt cognoſcam deceptionem quādam eſſe. Fœminę ego volo vobis dicere, qualis ſit aſtrologorū codex. Illi habent librum, qualis ille eſt, vbi ſortes inquiruntur, cuiuſmodi ego vnum vidi, cum libri peſsi mi ſunt combuſti, qui dicebat, vbi ſors iam miſſa erat, vade, ad Mercurium, vade ad Saturnum, & quaſdam præterea addebat fabellas, omnino denique iuxta modum libri aſtrologorum, hic, illeque ſunt compoſiti. Te qui aſtrologo credis ipſe in præcipitium aſtrologus ſecum adducet. Expecta modò, veniat afflictio, tutabitur te illud temporis ipſe tua aſtrologia. Ah, vt te currentem videbo, vt etiam fugientem, & erit aſtrologus domus mendacij in tuā impoſturā, vt textus hîc dicit. (In deceptionem regibus Iſraël.) Quo ſignifica tur circumuentos manſuros primates, aduerſus quos Deus copias immittet. (Ad huc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Mareſa, vſq; ad Odollam veniet glo ria Iſraël.) Veniet horum gloria vſque in Mareſa, & Odollam. Ironicè hîc loquitur propheta, & in diuerſum eius, quod ſentit. Mareſa ſonat, in capite. Hoc ſignat ad capita vſque hoc malum venturum. Non gloria, non inquam gloria, ſed vnus alius hæres veniet in hanc Mareſa, vnus alius hæres Romam veniet. O ſacerdotes qui amore induci non vultis, vt ſacerdotiis abeatis. Veniet vnus alius hæres, qui vi à vobis illa auferet. Vſque ad Odollam. Odollam interpretatur teſtimonium. Veniet hæc tribulatio vſque ad teſtimonium. Teſtes ſcelerum veſtrorum veſtri liberi ſunt, & veſtri nepotes, veſtraque ſcorta. Ad veſtros amicos, veniet tribulatio, ad veſtros adoleſcentulos cōſcelera

Clades Romana luculētiſsime prædicitur.

Italiæ calamitas prædicitur clariſsime.

tos,

tos, qui testes sunt vestrorum probrorum. (Decaluare, & tondere.) Decaluare Italia. Aliud est comam circumtondere, aliud decaluari. Et ideo vtrumque dicit. Erunt quippe, qui decaluabuntur. Et stirpitus euellentur capilli vestri, & decaluabimini. Capilli vestri primores, vestri liberi sunt, vestri nepotes, vestri amici, vestri famuli, è quibus hic in frustra concidetur, Ille ducetur captiuus. Decaluare igitur Italia, (Super filios deliciatū tuarum.) Tu in deliciis filios istos tuos nutris. Vos non studetis nisi scortis, & deliciis, vita vestra est iacere in lecto, garrire, spatiari, commessari, libidinari, & denique vita vestra vita suum est. (Dilata caluitium tuum, sicut aquila.) Dilata caluitium tuum Italia. Aquilæ vbi insenuit, pennæ decidunt. Sic & tibi extrahentur pennæ, & capilli è capite reuellentur tuo. (Quoniam captiui ducti sunt ex te.) Abducentur captiui, neque prospere euadent, aliqui ex eis. Quare cum proheta omnes simul plangere debemus, & vlulare. (Super hoc plangam & vlulabo.) Vnusquisque modo plangat, vnusquisque agat pœnitētiam. Plange modo Florentia. Certò enim tibi scio asserere, postea planctum minime profuturum. Agitedum, quia tempus elapsum est, nolo amplius vos morari. Dominico die concionabimur, antè verò minime. Benedictio domini super vos sit, qui est benedictus, in secula seculorum.

Amen.

Qualis Italia tempore Hierony.

Hoc opinor impletum anno. 1527 cum cardinales Caietani abducti sunt cū ipso etiam S. Pontifice, quasi nō esset vnctus oleo.

❧ Homilia vndecima, habita pridie Idus Iunij. 1 4 9 6. super Michæam.

Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum incubilibus vestris. In luce matutina faciunt illud. Michææ. cap. 2.



QVIA NATVRA IN SVIS progressibus, atque in suis actionibus tàm est ordinata, dilectissimi in Christo Iesu, vt ab ipsis vsque suorum operum elementis, congruis modis, rationibusque in finem vsque contendat, ni aliquid obstet, ideò dicunt scrutatores rerum naturalium, quos philosophos appellant, opera naturæ opera non aberrantis esse intelligentiæ, idest Dei. Atque hac de causa si nos in nostris functionibus naturæ æmuli essemus, quæ nunquam aberrat, non in tot laberemur errores, quot nostris operibus adiungimus. Inter alia naturę opera illud est vnum, omne quod mouetur, ab alio, vt moueatur necessarium esse, donec deueniatur, ad immobilem vnam rem. Omnes corporales motus, qui in orbe reperiuntur, sunt à cælo, quod dependet, & cietur ab immobili vnico. Corpus nostrum animæ imperio mouetur, ipsa immota. Vniuscuiuspiam corporis mēbra à corpore ceu à precipuo motore cientur, immoto ipso. Volens aliquis currere, & agilius citari, protrahit pedē, figitq; humi firmiter, & dein mouetur ad cursum. Itaque motus ille ipsius ab vno pendet immoto. Animal à cibo mouetur. Videt quippe animantis oculus cibum, & phantasiæ illius offertur cibus ipse. Appetitus inclinat ipsam & mouet animantem

Octauo phisi. t. 28.

Omnes motus corporales à cælo sūt mouente.

Omnis motus ab immobili.

animantem ad cibum & cibus immotus manet. Appetitus igitur mouet ob finem aliquem semper, qui est immotus, præsertim si vltimus est finis. Et ideò si ille non est vltimus, oportet venire ad vnum vltimum finem.

Exemplum. Ecce, sit hoc exemplum. Tu ob pecunias in forum te confers. Hîc non est summus finis. Vis enim pecunias illas ad gubernationem familiæ tuæ, quam postea gubernans, in Deum refers totum, qui summus est finis, quò tu motus fuisti. Quocirca si vniuersi homines in vltimum se finem referrent, idest in Deum, omnia bene agerent.

Simile. Sed sunt aliqui illorum, qui temerè sua agunt, & citra scopum, sicut iuuenis, qui stipendia facit militaria, quia nescit, quo tempus transigat, temerè citatur, citraque finem certum.

Eleganter declaratur quæ sint opera inutilia. Hæc igitur actiones hominis quæ sine fine sunt, sunt actiones hominis, at non humanæ. Vnde aiunt philosophi homines aliqua agere inconsideratè, & citra scopum. Verbi gratia. Mouent quandoque hoc pacto manus, fricant barbam, aut gestiunt corpore, & simile agunt in aliis. Et hæ vocantur actiones operationesque hominis, idest, editæ ab illo qui est homo. Sed non sunt actiones humanæ. Namque actus humani, sunt illi, ad quos libero arbitrio mouetur homo, ac proinde à fine aliquo citatus. Sunt veruntamen, qui finem sibi malum præfigant, vt sensilem voluptatem, aut terrenum aliud quodvis. Isque horum finis, & quia malus est, & quia vltimus finis noster non est, vocatur finis inutilis, idque iuxtà atque si ille nullum sibi præstituisset finem, cùm ille beatitudinem veram non quærat, quæ germanus noster finis est. Et quia in christiana religione quicunque ad

S. Tho. 12. q. 89. ar. 6. vsum liberi arbitrij peruenit, si non constabilito sibi ab sese fine vltimo in vera fœlicitate, obeat, in gehẽnam truditur, vt qui inutilem sibi finem proposuit, & beatitudinis

tudinis finem dereliquit, qui finis ei erat vtilis, ideò propheta noster hoc mane inclamat, & aduersus hos dicit.(Væ qui cogitatis inutile,)hoc est, qui vobis finẽ non constabilitis, veram beatitudinem, quæ vobis vtilis esset, sed mundana vobis finem proponitis, quæ etiã ipsa si non in summum finem, idest, deum ordinantur, vobis sunt inutilia. Hæc vice prælud ij priorũ verborũ prophetæ præfari volui, quæ ampliorem adhuc enodationem exigunt. Hoc tamen isagòges loco sit satis. Progrediamur vlterius modò, & melius adhuc hæc ipsa verba explanabimus.

¶ (Væ qui cogitatis inutile.) Egent hæc verba maiori expositione, hac nostra tempestate præcipuè. Signum est, populum meum Florentinum inutilia cogitare, quia nõ fixus manet in vltimo fine, imò musca quæuis circumuolitans cerebrum illi rotat. Vos vsq; adeò timetis, quia non habetis fidem. Vos in fide non estis solidati, & ideo inutilia cogitatis. Si viua polleretis fide, & deum bonum crederetis esse, hominesq; nihil absq; Dei nutu facere, certè crederetis, & cognosceretis, si recta ageretis Deum vobis suppetias laturum, neque adeò pauidi essetis. Nam qui hominem occidit, nequit manum mouere, nolente Deo. Sed vos fide vacatis, neq; prorsus ei fiditis. Si hoc pacto illo freti essetis, nõ quælibet exigua res, aut musca caput vobis in gyrum versaret. Adde quòd pauor hic, inde est, quòd non creditis vobis dicta. Si crederetis, & oculos haberetis, cerneretis, hunc esse ordinem vobis prædictum. Tu ipse tui mali in causa es, & tui belli. O monache tu ais Christum omnia agere. Verum est, Christum omnia hæc agere. Ipse vt, ærumnæ istæ aduenient, facit, id tamen facit, quia tu ipse in causa es. Hoc tu nõ cogitas, vt qui ne Christo ipsi fidem habeas. Tu terrena cogitas, præ-

Vanitas et instabilitas hominum inde.

Cur vita hæc & res eius nõ videntur nobis breues profundissimè, ac doctissimè.

terea nihil. Ades huc. Ego tibi dixi omnem motum ab vno pendêre immobili. Duo sunt immobilia, alterum superum, quod Deus est, alterũ inferum, quod est centrũ terræ. Omnia quę inter hæc duo immobilia sunt; id est, inter Deũ & cẽtrũ, mouẽtur. Cælũ mouetur latione locali velocissimè, & quò altius est cælum, hòc pernicius mouetur. Et illi, qui suprà oẽs hos cęlos sunt, vident motũ illum tàm velocẽ, & cognoscũt tempus, quod metrum est horũ inferiorum, breue esse, & non prolixum, vt vobis videtur. Motus hic cælestis est velocissimus, & percurrit tãtum spatij. 24. horis, vt fortè sagitta sexaginta annis illud nõ trãsmitteret. Cogita modò, quanta illa sit velocitas, qua vigintiquatuor horis tantum spatij transgrediatur cælum ipsum. Et ideò qui supra sunt, nullum esse tempus reputant. Et si ante eos poneres mille annos, dicerent. Hoc nihil est, & cras transacti iam erunt. Et hoc inde est, primò quia adest illis æternitas, quæ nullum tempus habet, & infinita est, infràque tempus vident, quod terminatum, finitumque est. Et quoniam finiti ad infinitum nulla est proportio, ideo inferius hoc nihil eis videtur. Vident etiam hinc æternitatem, illinc autem tempus, quæ contraria sunt. Et quoniam opposita iuxta se mutuo posita magis elucescũt, ideò tempus hoc nostrum videtur illis, momento trãsire temporis. Vident præterea illic perfectum, infra aũt imperfectũ, videntq; illic illud, quod est, hoc vero loci illud, quod nõ est, quia solus deus est, id quod est, ideò nullum tẽpus numerãt. At nos qui hoc inferiori loco sumus secùs centrũ hoc, & secùs medium rotæ, non vidẽtes, aut non considerãtes motũ illum pernicissimũ, tempus arbitramur prolixum. Intuêre rotam horologij, quæ tã procedit lẽte, vt motũ eius nõ percipias, & ideò videt tẽpus prolixũ.

Velocitas motus cæli.

Cur temporis breuitas nõ cõsideratur ab hominibus egregiè.

Et

Et quidē partes illę superiores rotę velocius mouētur, q̄ quæ sunt vicinæ pūcto illi quod est in medio eius,& ideò cum motum illum non videas,non potes tēporis breuitatem cōsiderare,quia tēpus est numerus motus, & ea re apparet tibi sensim ire. Itē quia homo cogitat mortē,atq; illā timet,neq; tēpus hoc sibi deesse uellet, ideò nō vult eius breuitatem cōsiderare. Accedit huc, quod omnis homo perpetuò esse appetit, vel saltem sibi simile progenerare,propterea non cogitat de temporis breuitate,sed vnusquisq; quomodo vitam possit multum differre,cogitat. Homo igitur nequaquā breuitatem tēporis recogitat,quia terrenis immersus est, neq; sursum se,nempe ad deum,leuat,qui vltimus eius finis est,neque ad illum primum immobile, vbi motus pernicitatem cerneret, & huius temporis breuitatem,consideraret. Sed volumus denique in terris conuersari. Et D.Pau. Dicit nostra conuersatio in cælis est. Nostra conuersatio debet esse in cælis,& circà superna illa, ipsaque contemplari oportet. Quò igitur magis sunt homines terrenis immersi, hòc minus temporis breuitatem cognoscunt.Nanque propterea minus superna considerant. Si tu in cælis conuersationem tuam haberes, si in tuum finem vltimum intuerêris,qui Deus est,agnosceres mundum hunc nihil esse,videres vitæ huius breuitatem,defecturaq; esse vniuersa.Defectura est Florentia,defecturę sunt Pisæ.Omnia quandoq; sunt desideranda. Et veniet tēpus quo iam nulla sit ciuitas,nō erit aurum, non erit argētum, nō inuenietur vestis, nō uisetur plāta.Omnia defectura sunt, quæ sunt in mūdo. Omnia splendore sunt induenda.Improbi autē in ignem sempiternū mittētur. Itaq; omnes peruersi deficiēt.At verò q in cælis cōsuetudinem habent suam,durabunt ęternò,neq; vnquam

Arist.4.Phisi.tex.100.
2.Ratio.
3.Ratio.
4.Ratio.
Philip.3.
Sancti viri clarius vidēt huius vitæ breuitatem quā mundo dediti.

deficient,æternaq; fruentur fœlicitate. Et ideò ait sapiens. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Hoc primò incipientibus. In mentem veniat nouissimorum vestrorum, memento te mortis, & videbitis hunc mundum esse nihil. Proficiẽtibus ait paulus. Tempus breue est. Reliquum est vt qui habẽt vxores tanquàm non habentes sint, & qui flent, tanquã non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquàm non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Quasi diceret. Pudice agite. Ne ob tribulationes mœreatis. Ferte eas cum pace. Ne secundis rebus mũdi lætemini. Et cæteris quæ huius mũdi sunt immunes este. Præterit enim eius figura. Perfecti dicant cum propheta. Mihi autem adhærere Deo bonũ est, ponere in domino Deo spem meã. Hoc est in hos omne bonum meum est situm, si Deo meo adhęream, & in solo Deo meo spem meã ponam. Dñe mi ego me nihil esse video. Aeternitas ingẽs est, nolo equidem in creatura aliqua spem meã locare. Omnia posthabeo. Tu solus Deus meus es. Tu Deus es cordis mei. Scio, tibi adherere, bonum esse, & qui aliis rebus adhęret inutilia agere. Tu solus ille es, qui es. Omnia sunt interitura. Vnus tu æternùm duras. Quapropter filij mei, si fidem haberetis, & vestra conuersatio in cælis esset, vt Paulus ait, minimè tam essetis soliciti de terrenis hisce, & videretis, aurum, honores, ciuitates, atque adeò omnia, quæ mundi sunt fluxa esse. Verum quia vos finem vestrum vltimum animo nõ versatis, vos ex illis estis, quibus à propheta dicitur. (Væ qui cogitatis inutile.) Hæc dixi, vt priora prophetæ verba declararem. Aliter modò.

Ecclesi.7. *Proficientiũ consideratio.* *1.Cor.7.* *Perfectorũ cõsideratio.* *Psalm. 72.* *Vnde tanta hominum solicitudo de terrenis rebus.*

¶ (Væ qui cogitatis inutile.) Cum Salomon rogatus esset

esset à Deo, quidnam vellet. Non dixit se optare aurum, argentum, aut temporarium quid, sed petiit sapientiam. Et Deus, quia vidit ab ipso spiritualia peti, dixit illi. Ego tibi sapientiam dabo, & aurum, argẽtumque, atque omnia tribuam. Et sic fecit. Quamobrem si vos à deo spiritualia posceretis, etiam temporalia obtineretis ab eo. Vos verò sola desideratis temporalia, & ideò Deus non vult tam cito temporalia vobis largiri. Si fides vera est, imò quia vera est, & tibi luculentam eam feci tot rationibus, nosse debes, qui bene aget, in almam iturum requiem, qui vero male in gehennam trudendum. Vnde errare ego non possum impro bis mala, bona autem probis annuntiando. Legite scripturam, & inuenietis in veteri testamento, bene agentibus prędicatum lac & mel. Signabat hoc promissam paradisum bene acturis. Et è regione improbis diceba tur, eos ipsos iudicandos, quod innuebat, eos in infernum esse mittendos. O monache tu igitur sub figura nobis bonum annuntiauisti, quod nobis es pollicitus? Nequaquam. Sed res ipsas omnes, quæ tibi dictæ sunt habiturus es, non pro illis adumbratas alias tantùm. Sed spirituale bonum præcipuè tibi est promissum, quod Spiritussancti, qui tibi concionatus est, est scopus. Florẽtia, verũ est, me tibi pollicitum fuisse bonũ, neq; palinodiam aliquopacto recanto, neque recantabo. Aut si denique in tantam deuenirem insaniam, ad quam non spero me vnquam deuenturum, & dicerem me tibi mendacia dixisse, aut tibi dedisse verba, dicito tunc, me planissimè esse mentitum. Et si vnquã eô dementiæ deuenissem, quod, vt dixi tibi, nunquam futurum credo, dicito tũc, me è numero esse damnato rum. Vide quo ego modo tibi loquar. Dicito id absq; hæsitatione. Nã si ego vnquã diuersum ab illo, quod

Spiritualia pręsertim petenda à deo.

3. Reg. 3. & 2. Parali. 1. & sapię 9.

Petitiones nostræ quales esse debent.

Lac et Mel promissa in lege vete. quid.

tibi dixi dicerem, ego aduersus Christū loquerer, qua propter æternò anathema à deo essem. Sed Florentini mei habent fidē instar ceræ, quā quiuis, & quālibet paruus calor liquefacit. In tēpore credūt, & in tēpore tentationis recedūt. Ego tibi iam dixi, & itidē tibi confirmo res à me tibi promissas fixas, firmas, clarasq; fore. Nullatenus illæ deficere vnq̄ possunt. Illæ in pectore sanctæ Trinitatis sunt scriptæ. Quid tu vlteri⁹ vis? Sed sunt hi praui homines, qui vbi senserint aliq̄d esse, cui adhærere possint, omninò lætantur, & cristas erigunt, vt qui cogitent, siqua ruina adueniret, grandes ipsos euasuros inde. Non tñ bene id cogitarunt. Dicite illis cū ista prædicātes illos videritis. Ipse primò dixit Florentiā afflictionē passurā, quia Florētię multa patrant mala, neq; iustitia colitur. At secūdo loco idem dixit, septē ex octo partibus tribulationū in improbos effundendas. Et ideò dicite improbis his, si de priori hac re efferuntur gaudio, vt alteram bene recogitent. Dicite præterea illis tertiò. Ipse deinde dixit, Italiā haud quaquam esse medicabilem, & sursum deorsumq; versandam, & demoliendam, & vniuersos Italiæ principes labefactandos, & sic tibi dico, atq; cōfirmo hoc mane, nihil præsidij reliquum esse illis. Tu quàm citissime hoc videbis. Et ideo dicit ꝓpheta. (Væ qui cogitatis inutile.) Sineme modo parumper spiritū reuocare, & melius tibi hoc adhuc declarabo.

Simile de exiguitate fidei

Interpretatur Hiero. quæ prædixit modū explicans.

Ita impletū est.

¶ (Væ qui cogitatis inutile.) Nonne vobis aliàs dixi, vobis loquor, qui fide pusilli estis? Si vobis vel tantillū suppeteret intellect⁹, aut ratiotinationis, sat esset. Ego vobis dixi, esse actum quendam purum, & hic deus est, & puram quandam potentiam, & hæc materia prima est à philosophis sic nuncupata. Hæc pura potentia patitur, & non agit. Actus ille purus, idest Deus, agit, & non

Egregia philosophia.

non patitur. Et ideo philosophi dicunt formam, verbi gratia, animam, quia dat esse materiæ, & corpus informat, participationem quandam esse illius actus puri, idest Dei. Et quanto nobilior est forma, atque ab hac materia separatior, tanto est fortior, & maiorum virium. Quippe quanto in re aliqua minus est materiæ, & plus formæ, tãto est potẽtior. Vnde Angelus, & si de minimis esset, adeò est potens, vt posset, totum hoc tẽplum integrum, atq; stabile in agrum aliquem transportare, & ibi locare, si Deus sineret. Et tantarum est viriũ angelus quilibet, vt etiã si minimus esset paradisi, si contra totum infernum tamen irrueret, totum contremefaceret, tanta est illius potentia, virtus, & gloria. Vnde vnus Angelus ligauit Satanam, qui tam potens, & nobilis erat. Ligauit etiam omnes alios malos genios, nullo eorum audente vel mutire. Hoc autem inde est, quòd Angelus beatus prope illum actum purum est, eiusq; affatim particeps, ideoq; tam est potens. Sic homines quò sunt ab his terrenis remotiores, & plus diuinorũ participes, hòc sunt valẽtiores. Annõ tibi de illo Equitio, qui maximus erat in dei famulatu exemplum narraui? Hunc virum fœnum aliquando demetentẽ, Pontifex summus accersiuit, quòd delatum erat ipsius nomen. Cumq; Pontificis summi nuntius cœnobium esset ingressus, intelligens Equitiũ fœno metendo occupatum, per famulum suum accersiit illum, qui, vt Equitio appropinquauit, tremere incœpit. Et eodem pacto dominus ipsius eidem propior itidem factus, contremere etiam cœpit, cum tamen antea, hominẽ aspernaretur. D. Benedicto idẽ accidit. Nam cũ Totila, flagellum dei, in Italiã venit, ipsumq; inuisit, videns Totila Benedictum è longinquo, tanta reuerentia atque timore in terram sese prostrauit,

Mira potentia angelorũ.

Vnde tanta potentia in sanctis ãgelis sanctisq; hominibus.

Ex. B. Grego. 2. dial. c. 4.

Ex. D. Grego. 2. dia. c. 15.

vt vniuersis esset miraculo. Erat tamen Totila nimis truculentus homo, nullumque hominum timens. Accurrit autē diuus Benedictus, illum subleuatur⁹. Quid vero tibi inde vis monache? Id volo significare, Deum esse, vnde sit potentia, & per quem auferatur eis à quibus ablatam esse ipsi placuerit. Neq; in eo potentiam esse, si quis magno sit corpore, sed tantum in hoc, si magno præstet spiritu. Quò igit̄ corpore quis est vastior, hoc est, plus expetit terrena hæc, & à deo recedit, minus præstat viribus. Ionatas quo tempore Philisthæi Israel imperiuerunt, & prouinciam illam vniuersam tremefecerunt, ita vt vnusquisque cauernis sese abderet, vno contentus comite castra hostium irrupit, & agredi occupat, atque viginti fermè neci dediderunt ambò ita, vt vniuersus exercitus labefactari inciperet. Quod cum Israelitæ animaduerterent, qui latebant, cauernas egreßi sunt, & Philisthæi propulsati sunt, & victi. Quid tibi per hoc vis? Volo dicere, à Deo solo robur tribui, ab eoq; fieri, vt corpus plus minus ve forte sit pro fiducia ab homine in ipsum habita, & ipsi fidentem omni vi pollere. Cui rei tu fidis Italia? Robur non est à corpore, vt corpus est, sed à virtute intus manente. Italia tu fidis arcibus, cohortibus, castris, mœnibus, & omnibus corporeis. At vero, aio tibi, robur non esse in corpore, vt est corpus. Finge tibi pauxillū ignis, & domum lignis plenam. Vtrum robustius erit, ignis ille pusillus, an ligna illa oīa? Certè ignis, tametsi corpus sit min⁹, robustior est, & virtute sua illa absumet. Cui igitur rei fidis Italia? Vbi virtus est tua? Ego dico tibi Italia, tene me bènè, Deum à te virtutem abstulisse. Iam Italia effœta est? Italia iam tibi manus domini non adest. Vnus eorum, quos Deus inuehet, tremori erit mille Italis, & quinq; quinq; millib⁹. Et decē, decem

Vnde nostra omnium vera potentia.

1. Reg. 14.

Robur vnde in rebus corporalibus.

Ita implētū est.

cemmillibus. O improbi Florentiæ. Cui rei fiditis? Quid vestram spem facitis? Dico vobis. Actum esse de vobis. Confidite cuicunque rei voletis. Cogitatis enim inutile. Omnia vestra consilia, omnes arces, turmæque vestræ, sunt inutilia. Frustra ipsi vos vexatis. Vnus est Deus, qui sit vtilis. Vos pœnitentiam agere recusatis. Vos vestrum præsidium missum facitis, & rebus inutilibus adhæretis. (Ve igitur qui cogitatis inutile.) Sed sit mihi per te quietis venia tantillę, & melius adhuc id tibi aperiam.

¶(Væ qui cogitatis inutile.) Ego vobis dixi. (Væ vobis qui cogitatis inutile.) Italia ego tibi dixi, per me non stat, sed per te potius, quæ medelam auersaris. Tu inutilibus rebus fidis. Medicus voluit tibi medelam vtilem adhibere, tu vero amolita es illam. Querere igitur de te. Nũ memor es exempli, quod tibi narraui? Dixi enim tibi. Aegrotante domino illo, & curare ipsum volente medico, ipsum dixisse. Occludite bene fores illas. Cmmunite bene arces illas. Medicus denique medicinam ei volebat porrigere, & ipse accipere detrectauit, & sic obiit. Quare Italia tibi dico, sume pharmacum. Tu noluisti intelligere. Tu alexipharmacum respuisti. Ne ergo in medicum querelas funde, sed in te. Medicus siquidem tibi dixit nullam esse opem medicam, præter pœnitentiam. Tu hanc reiicis, & sola cogitas inutilia. Et ideo dicit textus noster. (Væ qui cogitatis inutile.) Væ vobis homines, væ vobis fœminæ, væ tibi Italia. Tu de rebus consultas, & consultationes tibi nihil proderunt. Omnia sunt inutilia. Quia tu non amplexaris pœnitentiam. Tu denique peccatum peccato annectis, & de pœnitentia nihil iuuat intelligere. Et ideo consilia tua, & vniuersa quæ facis, inutilia tibi sunt futura. (Et *Parabola.*

Praua improborum solicitudo. operamini malum incubilibus vestris.) O improbi vos nũquam ne noctu quidem dormitis. Imò semper quî mala facere posßitis cogitatis. Vos in stratis vrĩs ia cetis,& libidinẽ animo versatis. Vos cogitatis,quo pacto pauperculos opprimatis. Et ideò vos in vestris lectis malum operamini, non temerè, sed dedita opera. Vos semper quî posßitis male agere,cogitabundi attẽditis, & quonam modo, quæ Dei sunt,labefactare valeatis.(In luce matutina faciunt illud.)Non sat est vobis,malum, maloq; animo cogitare sed velociter, qualis solet aurora aduenire,ad exercendũ illud,exequendumq; properatis.(In luce etiã matutina.) Idest palã, & apertè vos scelera admittitis,& malum exemplum populo exhibetis. (Quoniam contra dñm est manus *Abusus potestatis.* eorum.)Manus istorum contra dñm est. O principes, ò prȩsules ditio vestra prorsus aduersa est deo.Ipse vobis hãc tradidit bonã,& vos illa abutimini,vos irridetis pœnitentiam, quæ ex deo vobis prædicata est. (Et concupierunt agros,& violẽter tulerũt, & rapuerunt *Auaritia.* domos.) Improbi isti vineã proximi concupiscunt,do temq; illius pauperculæ viduæ ita, vt omnia diripiãt. Italia tu populos aggrauasti, tu pauperculos oppresßisti. Lachrymæ viduarum vociferantur,& plãctus pupillorum exclamant. Vos more grassatorum, bona subripuistis, cum sitis ipsi verè grassatores. Et ideò anuuntio vobis Deum in latrones istos animaduersurum aduẽtare, quippe qui pauperculos expilarint.(Et calũniabantur virũ,& domũ eius,virũ & hȩreditatem *Calumniæ.* eius.)Hi cũ aliquẽ cõpilare volũt calũniam illi struũt, & inurunt illi alicuius mali notã,& aiũt, ipsum in æde sacra expuisse,atq; hac rõne expellunt illum,& in hũc modũ hi pauperes bonis suis exuerũt, & hæreditatem abstulerũt per nequitiam magnam, & malignitatem. Iccirco

Iccirco hæc dicit dominus. Quia vos latrocinati estis, & propter vestra scelera innumera, ait dominus. (Ecce, ego cogito super familiam istam malum.) Italia iurauit dominus se hoc facturum. Deo in mente est nocere tibi. Et quemadmodum ipse dicit in hoc propheta. Sic tibi ait hoc mane. Italia mala aduersum te, molior. Florentia praua, ait dominus, nisi corrigaris, in te molior mala. (Vnde non auferetis colla vestra.) A quibus malis vos non poteritis collum eximere. O improbi, ait dominus, vos laqueum meum non euadetis. Ille meditatur fugam, ille alius vafriciem cogitat. Vos alios à vobis cõprehēdendos credetis, & vos capti remanebitis. (Et nõ ambulabitis superbi.) O insolentes vos non tanto fastu incedetis, vos pudefacti manebitis. Arrogantes vos demittetis oculos. Italia tu oculos demittes, & pudefacta manebis modò. (Quoniam tempus pessimum est.) Hoc futurum est tempus pessimum. Hoc crudele tempus erit, lethiferum, & turbulentum, ita vt vnusquisque tremore concutiendus sit. Et væ his, qui in hoc durabunt tempus, quo tanta est futura strages, & tam late grassatura mors, vt qui non obstupescat, sit futurus nemo. Sed sine me tantisper interspirare, & prosequemur textum nostrum.

¶Verum enim verò patres mei consolatione egent, & dicent, se hisce verbis maiorem in modum terreri. Attende tũ fini huius capitis, & cõsolabimur dignos cõsolatione. Non semel tibi dixi, prophetã, quẽ explicamus, esse nobis pro baculo, & deũ nobis hãc scripturam ministrare, prout opus nobis opus esse, videt. Sed ne dubita, quæcunq; tibi ego ipsum enarrãs dixi, ad literam tempore nostro implenda, iuxtà atq; ego exposui. (In die illa sumetur super vos parabola.) Idest eo tẽpore facta vestra in parabolã vertentur. O Italia pro- *Ita cõtigit.*
uerbium,

uerbiū,& parœmia erunt res tuæ. Concionatores etiā dicent populis. Vos videtis qualiter cum Italia actum est. Ipsi fuit tribulatio prænūtiata, ipsa noluit credere. Aspicite, vt labefactata fuerit, vt ciuitates eius sint destructæ, & dicēt populis. Cauete ne & vos sic faciatis, ne in vos flagellū etiā immittatur. O Florētia, impro bi etiā te in parabolam conuertēt, & dicent, tibi juxtà euenisse atq; Italiæ, atq; adeò Romæ, subuersis. Patres familiæ etiam te in parabolam assument, & dicent liberis suis. Cauete filij mei, ne aduersus bonum cōmune quid faciatis. Intuemini vt ille atq; ille ciuis in bonum publicum mala molitus, qui ipse credere noluit, occiderit, vtq; domus eius fuerit vastata. In hunc ergo modum facta vestra in parabolam conuertentur omnibus. (Et cantabitur canticum cum suauitate dicentium.) Aduersarij tui cātilenam component, & ca nent aduersum te, & ob tuas afflictiones lætabuntur, & dicent. (De populatione vastati sumus.) Nos demoliti sumus Italiam. Dicent etiam vestri aduersarij. Obierunt præsides vestri, de primatibus actum est. Italia ad paruum numerum est contracta. Pulchra palatia diru ta sunt, & ædes sunt collapsæ, omniaque corruerunt. (Pars populi mei commutata est.) Quasi dicat, altera superstite. Dicetur in Italia. Pars populi in seruitutem capta ductaq; est. Et pars fœminarum etiam, & illæ, quæ ita erant delicatæ in captiuitatem sunt ductæ. Altera pars populi relicta est, neq; omnes abducti sunt, Sed quò verba prophetæ intelligas, scito hanc esse historiam. Theglahtphalasar rex Assyriorum venit aduersus populum Iudaicum, & expugnauit partem illius, & abduxit in captiuitatem. Dicebant Iudæi, post eius discessum. Ille non redibit vltra. Ille abiit. Ille regredi non vult amplius. Dicitur itidem & vobis

Sensus literalis huius loci egregie et copiose ex ipsa diuina scriptura.

4. Reg. 15.

vobis hodie? Ipse non regredietur vltra? Vides scripturam tempori quadrare? Ita illi dicebant prophetę. & ipse eiulabat. Ego dico regressurum illum. Cæterum illi, qui non cogitabant, Deum ista efficere, dicebant. Ipse non redibit. Propheta clamabat. Ego assero rediturum. Et intelligebat, gladium domini rediturum. Euênit, vt moreretur id temporis Theglathphalasar. In surrexit autem Salmanasar, & regressus est in 4. Reg. 17. & 18.
locũ vbi erat pater eius, & vniuersa subuertit. Et cunctum illũ populũ captiuũ duxit, & in aliã terram abstulit, & omnia eduxit vsq; ad canẽ. Et vniuersa populat⁹ est. Aiebat igitͬ propheta. Vobis q̃ dicitis, ipsum nõ remeaturũ. Ego rediturũ aio. Et ipsi iterũ dicebãt. (Quo modo recedet à me cũ reuertatur, qui regiones nr̃as diuidat?) Idest. Quomodo à nobis recedit, aiebãt hi, si ad nostras regiões diuidẽdas regressurus est? Atq; hoc pacto prophetã irridebãt, quãobrem ipse illis dixit. (Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu domini Israel.) Hoc est. Non remanebit vobis vel *Mos iudeorũ.*
palmus quidem terræ in Israel, quam vestram poßitis iure asserere. Erat enim consuetudinis apud eos, funibus agros admetiri. Vos dicitis aiebat propheta, illum nõ reuersurum. Et ego vobis dico, ipsum reuersurum, & vestra abrepturum. Florentia modo ait. Ipse non regredietur huc, ipse reuertitur. Paucis hinc diebus dicebat. Equidẽ auspicatas habeo literas. Ipse tñ ante aduenit. Quocirca Florentia vide vt spes deficiant, quæ in hominibus locantur. Ego tibi superioribus diebus in curia dixi. Ne literis fidas Florentia. Ne in hominibus spem statuas. Fide vni Deo, qui si bene ages, haud dubie tibi feret suppetias. Spes in homine reposita momento temporis deficit, in deo statuta nunquàm. Nolite confidere in principibus, neque in filiis homi- *Psal.* 145.
num

num, in quibus non est salus. Tu igitur dicis ille non venit. Tu quid sit facturus Deus ignoras. Ades dum fatue. Est hic clauus, qui in lignum hoc figendus est, faber capit malleum ferreum quo illum destrueret, & incipit clauum percutere. Clauum tenebat dolor, lignum lætabatur. Malleus confractus est, lignum incœpit flere, quia clauus nõ erat destructus, & volebat in lignum ingredi. Et clauus lætabatur. Nam dicebat. Malleus ferreus confractus est. Ego quod libebit faciã. Quare quidã q adstabat dixit Lignũ ne fleueris, neq; tu læteris claue. Faber siquidem alios adsumet malleos, & destruet te ita, vt in lignum penetrare nequeas. Faber est Deus. Mallei sunt eius copiæ. Clauus sunt illi, qui tibi mala inferre volunt. Lignum est Florentia, quæ plorat. Ne plores Florẽtia. Deũ siquidem non deficient mallei. At non redibit hic idẽ malleus: Ego non sum tibi dicturus, retrocessurus ne sit, an non, ob tuam incredulitatẽ, non inquam, sum dicturus Hæc te multis bonis priuat. Dixit dñs se non posse edere miracula in sua vrbe, non quòd ille non posset. Sed de ordinaria potestate id intelligendum est, eum non posse idest nolle, ob illorum peccata, qui in ea degebant. Ita ego vobis dico, Vestram incredulitatem multa vobis tollere, quæ alioqui sciretis. Hoc vos pacto suspensos sum tenturus. Sed donemus esse, no tñ dico, ita rem habere, vt reprobet̃ ille, vt aliàs tibi dixi, & donemus itẽ non venturum. Ego tibi assero, deũ alios habere malleos. Et certus esto deũ regressurũ omnino. Nõ tibi regem Gallorũ venturũ, aut alios nuncupatim, dico, sed prorsus regredietur deus, neq; hoc deficiet vllo modò & cũ lõgè maiorib⁹ copiis ille veniet. Hæ siquidẽ nullius momẽti sunt. Ideò igit̃ omino redibi de⁹. Dicebat propheta noster. Ego vobis aio regressurũ, & intelligebat

Parabola qua ostẽditur deo non defuturos carnifices vindicesq́.

Incredulitas impedimentum diuinorum.

Marci.6.

Ita fuit.

gebat diuinũ gladium rediturũ, & rediuit Salmanasar filius eius. Sic & ego tibi dico, Dei gladiũ reuersurum omnino. (Et non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu dñi Israel.) Veniet igitur & auferet à vobis vestra sacerdotia, vestros episcopatus. Et erit gens hæc quæ nullũ uereatur, aut obseruet, neq; vobis vel spithama terræ remanebit in cœtu dñi, ait propheta, id est. Vos non eritis participes hæreditatis domini. Et ea re satius esset, nũc pœnitẽtiam agere, sacerdotiisq; abire incipere, quippe cum ipsis abituri sitis postea, idque vi. Et hæc prior est pars capitis prophetæ. Pergamus modo ad alteram. *4. Reg. 17. & 18.*

¶Oculi, qui præter carnem videtis nihil, spem nisi in hominibus carneis non locatis, minimeq; Deo confiditis. Scriptum est. Maledictus homo, qui cõfidit in homine, & qui ponit carnẽ brachium suum, idest, qui fragilitatem hominũ, suam ducit fortitudinem. Erit tanquam myricæ in deserto, frutex nẽpe vilis deserti cuiuspiam. Fide igitur Deo & ne hominibus fidas Florẽtia. Quia Deus est, qui mouet homines, atq; adeò omnia. Ecce de fabro. i. deo, dixi tibi, non illi posse malleus de esse. Ita tibi dico. Aspice huc tantisper. Ego manus, pedes, nares, linguam & corpus moueo. Cædo, quis hæc mouet? Sanè ille, quem tu non vides. Voluntas enim est, quæ omnia hæc membra mouet. Et facit ire corpus, quò ipsa vult. Voluntas itaque est, quæ corpus ciet, quò velit ipsa, ni impediatur. O crasse homo, talis est Deus, qui mouet omnia, sicut voluntas mouet corpus. Sed longè plus Deus mouet cum hominem, tũ oia alia. Ita, vt non sit collatio inter hæc. Neque enim ille potest impediri. Ipse est prima causa, ipse primus est motor. Manus & pedes, qui mouẽtur, sunt exercitus eius, quos mouet. Ipse illos hùc illùc pro suo arbitratu

Hiere. 17.

Hiere. 17. & 48.

Omnium rerum occultus motor deus.

Simile de occulto dei motu quo omnia mouet.

tratu ducit, neq; citra eius voluntatem mouentur. Atté de parumper. Dum ego tibi ictum grandẽ volo impingere, si iuxtà te manum habeo, retraho, hucque reduco, voluntas est, quæ per imperium amittit illam. Tu dicis tunc, ille retraxit longius manum, ille non vult me percutere, neq; percipis, me manum abduxisse, quò te validius peterem. Deus est, qui mittit omnia & qui man⁹, pedesq; hùc illùc mittit, idest, copias suas, vt libet. Ictus ergo hic omnino erit. Quamobrẽ id fit? Omne agens agit propter finem. Quare igitur hoc malum infertur Italiæ? Respondeo tibi, Deum velle hoc pœnæ malum illi infligere, ob malum culpę quod ipsa cõmisit, quod valde inuisum est deo, vt quod sit aduersus increatum bonũ. Vnde, vt illud amoueat, permittit hoc malũ pœnæ, quod est aduersus bonum creatũ, permittitq; hoc, vt illud auferat. Huius ergo mali tua culpa in causa est ò Italia. Tua crimina causa sunt flagelli, & ideo de te ipsa querere Italia, & ne de Florentia queraris, tãquàm ipsa in causa sit. Peccata tua sunt, quæ faciunt, vt ensis adueniat. Deus nouum quoddam bonum vult facere, quod cum introductum velit, opus est malũ vetus eluat, & ea gratia ensis Dei aduentat. Ne ergo dicas manui. Ne me petas. Sed dicito illi, qui illam ciet te non vidente, ne te percutiat. Ne igitur de Florentia querere Italia, sed de te. Sic & tu Florentia mali tui es causa. Tuæ murmurationes, tua iniustitia. Tuæ simultates, tua crimina, Tua curia, causa sunt tui mali, & afflictionis tuę. Maligni tui ciues nolunt benè agere. Nequam obmurmurãt. Tui mali causa Florentia intus est. Opus deniq; est verum dici. Ne in manum intuearis te iam iã impetẽtem. Sed in te intuere, & in tua vitia intranea. Neq; manui dicas. Ne me percute. Sed si non vis te impetitum iri, opus est, cures ne malum

2. Phisi. à tex tu. 77. vsq; ad 87. & S. Th. 12. q. 1. art. 2.

Peccata causa flagrorum Dei.

Corrigenda peccata si volumus flagella euadere.

malum tibi insit, & peccata auferas, dein vero nullum timeas. Omisionis peccatum, hoc est, dum quis facere bonum ommittit, & cõmisionis, idest, Dum quis facit malũ quodpiam sensu, intellectuque vos priuat, vt ne possitis cautiones adhibere, quæ vsui sint vobis futuræ. Vos eò loci venietis, vbi fateamini bonorum precibus Florentinam ciuitatem liberatam esse. Nos ad eam vos metam ducemus; qua misericordiam imploraturi adueniatis, & obsecraturi, quando vos nihil, quod Deo placeat, vultis intelligere. Vos denique dicitis. Non tot euenient. Audite quid dicat propheta. (Ne loquamini loquentes. Non stillabit super istos.) Ne hũc in modum loquamini, neque dicatis. Ille abiit. Aio vobis. Deus ipse reuertetur. Isti dicunt. (Ipse non stillabit.) Id non eueniet. Et principibus fiduciam faciunt. Ego autem dico vobis, Deum stillaturum, vt vobis prænuntiatum est. Deum stillare dicebant prophetæ, quando ipse tribulationes in hunc mundum mittit. Quia hîc nõ pluit toto furore suo, neque omnem iram suam effundit, sed quodam modo instillat illam Deus. In inferno dicitur pluere ira furoreque Deus, vbi vindicta est intermina. Itaque quia hæc huius mundi pœna minor longè est illa tartarea, dicitur hîc ira Dei stillare. Aduenienṫe ærumna, hi qui non credunt dicunt, (Non stillabit ille, super istos,) idest, super hunc populum. Ne credatis Deo tantam sæuitiam cordi esse, neque, si vnusquispiam prauus est, credatis, Deum idcirco velle populos submergere. Ita dicunt hi improbi, & non vident populum peccata tyrannorum sectantem, & prauorum, & ideò pœnas dabunt. (Non comprehendet confusio, dicit dominus Iacob.) Dicebant adhuc praui, qui sub tempus prophetæ huius erant. Ne crediderit is domum Iacob pudefactum iri. Ita hi hodie di-

Stillare Deũ apud prophetas quid sit.

In inferno pluit Deus ira sua hîc autem eam instillat.

bona. Fœmina fuisti tu vana, & patrasti multa scelera in mundo? Ita. Modo igitur reuertere ad me, & age pœnitentiam, & erunt tibi verba mea bona. Pueri si vos ante hac male morati fuistis, si multa peccatis redite ad me, & verba mea erunt vobis bona. Dicite bonis me eis futurum bonum, & misericordem, & improbis me in illos animaduersurum. O Italia, ait dominus, num ego tibi bonus nõ fui? Non misericors? Non tecum misericorditer egi, ad pœnitentiam te vocando, & tandiu expectando? O Roma nonne tibi ego bonus fui tanta tolerans abste? Merita siquidem es, vt tibi terra dehisceret, & vt infernus te absorberet. Tu tãdem ais, me bonum esse, atque adeò me tantum flagellum nõ immisurum. Non videtur tibi me bonum fuisse, qui tandiu te tolerauerim? Equidem vltra quàm merebaris præstolatus sum. Tu omnibus peccatis referta es. O Roma, O Italia, tu omni bono aduersa es. (Econtrario autem populus meus in aduersarium cõsurrexit.) Populus meus, ait dominus, aduersarius factus est. Veritatem namque persequitur, quam prædicandam misi, seruos etiam meos insectatur, quos semper improbi persequuti sunt, à sanguine Abel, vsque ad sanguinem martyrum, idque vsque ad tempus hoc. O improbi vos impugnatis veritatem verbis, & factis, & peccatis vestris, & præterea pauperes expilatis. (Desuper tunicam pallium sustulistis.) Facultates, quas vobis largitus fueram; in hoc dederam, vt pauperibus opem ferretis. Et vos in fastum, in vasa aurea, & argentea insumitis, & pauperes fame pereunt. O Præsides Ecclesiæ censum quem habetis, pauperum est. Itaque vos tunicam charitatis exuistis, neque solum id facitis, vt charitatem proximis non exhibeatis, & tunicam eis abripueritis, sed & pallium

Facultates ecclesiæ ad opem pauperibus ferendã.

lium adhuc abstulistis. Pallium illud est, quod parum tegit. Vos verecundiam eis abstersistis, quę modicum tegebat populos, & denique male agere erubescebāt. At modo ob vestrum improbum exemplum nō piget vltra iam illos, & omnes palàm peccant, itaq; vos abstulistis eis tunicā, & pallium. (Et eos qui transibāt simpliciter cōuertistis in bellum.) Idest, peregrinis transeuntibus nullam exhibuistis humanitatem. Peregrini etiam sunt homines simplices huius vitæ, qui continēter ad aliam vitam commigrant. Vos cum his belligeramini continenter, & eós persequimini, & nihil aliud quā obtrectatis eis. (Et mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum, paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum.) Audi quid hic textus dicat Florentia. Ah, sine me pusillum quietis capere, & ego tibi in hæc verba non nihil dicam. Vide, vt omnia congruant nobis.

¶Audite hæc pueri, audite paruuli, quod cōtextus hic dicit. Dominus ait his. Vos mulieres populi mei deliciis suis eiecistis, & paruulis abstulistis laudem meam. Deliciæ muliebres significāt bonam vitam, quam vos abstulistis illis. O scelerata Italia, ò ciues conscelerati. Ades huc senex scelerose, senex nequā. Probi senes parcite nobis. Ego de quibusdam scelestis senibus loquor, qui quoniā capite incani sunt, sapientes sibi videntur, & omnem vitæ probitatem, honestatemque vastant. Sceleratiores sunt senes iuuenibus. Senex peruerse si sapientia in canitie esset, ego ipse meos capillos curarem candefaciendos. Sapientiā tamen in vitæ probitate est, quam tu hucusque non didicisti. (Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum.) Spiritualiter etiam deliciæ mulierum, significāt dulcedinem illam lachrymarum, aut consolationem aliquam spiritualem

Deliciæ bonā vitā signant

Deliciæ spiritus lachrymæ & diuinæ cōsolationes.

ſpiritualem, quam nonnunquam illis tribuit dominus. Hæ ſunt deliciæ ipſarum. Quippe quia literis operam nauare, nequeunt, dominus has illis delicias & conſolationes tribuit. Vos improbi veſtris criminibus expuliſtis eas domo delitiarum ſuarum. Ipſę vellēt regredi ad priſtinam honeſtatem, & ad has ſuas delicias, & vos non vultis. O mulieres, ô filiæ, ſi vos regredimini ad has delicias, beatæ eritis. O quanta lætitia, & quiete, quanto gaudio veſtra corda affluent. O quot delicias dominus Deus noſter dabit vobis. Iſti diſertant de mulierum correctione. Aſpice, quid hoc ſit. Mulieres ſi ipſi viri compoſitionem morum veſtrorum inſtituere noluerint, facite quod vobis dico. Vos ipſæ operā illam præſtate. Incipite veſtes abiicere, vſque ad omnium ipſarum intimam, & vos ipſas corrigite, quando iſti nolunt id curare. Tu dicis, velle te, oram veſti eximiam ſuperaddi. Nihil moror, modò honeſtatem ibi ſerues. Fac tamen, vt quod opus omninò eſt ibi ſeruetur. Accidentaria alia non magnopere curo. Vobis non eſt cordi, vt fœminæ ad ſuas regrediantur delicias, & ad ſuam honeſtatem. Age dic mihi Florentia. Tu de correctione mulierum diſſeris. Audi, quæ tibi dicam. In mentem deberet tibi venire, me tibi dixiſſe antequàm appellatio ſex fabarum ſtatueretur, vt notares eos, qui contradicebant. Tu ſcis, me tibi dixiſſe. Nota illos, & attente vidè, quod venturum eſt. Modò autem id iam vidiſti. Ita nunc tibi dico. Nota huic morum correctioni repugnantes. Et attente vide. At ego aliàs ex meo id tibi capite prædixi. Res indicauit poſtea, & manifeſtum fecit me id non fuiſſe commentum. Ita & modò res ipſa docebit, me iſta non cōminiſci. Attende denique euentui. I nunc & refer illis

Muliebris mundi honeſtas, & correctio.

hoc mane iſtud. (Et à paruulis earũ tuliſtis laudẽ meã in perpetuũ.) Laus domini in paruulis, nihil eſt aliud, quàm ipſos ad laudãdum illũ reductos,& ad bonam vitam animum adieciſſe. Vos autem non id vultis. Ego verum dicam vobis. Pueri videntur mihi ſapientiores vobis. Pueri corrigi cupiunt, & ſimplicem vitam degere ad Chriſti canones. Vos autem non vultis. Pueri docete patres veſtros,& dicite eis. Vos in hac parte aberratis. Docete illos correctionis rationem. Vos igitur laudem à paruulis abſtuliſtis. O frater alia nobis negotia ſunt. Hoc inquam, gerendum eſt etiam. Et niſi hoc geratis,nihil feceritis. Quàmuis affatim de aliis vnà deliberetis,nihil decretum erit. Aio vobis,niſi vitia exterminetis, & ea quæ Deo diſplicent, conſultate, & quodlibebit facite, nihil definietis. Quod ſi quid fortè definitum erit, id cõtrà quàm par ſit,erit definitum. Italia tu nihil facies. Conſulta quantum libuerit, congrega quantoſcunque hominum quoruncunq; cœtus voles. Nihil enim facies. Vnicum veſtrũ præſidiũ in Deo erat. Et ideò dicit propheta noſter. (Surgite, & ite, quia non habetis hîc requiem.) Quaſi dicat. O improbi Florẽtiæ fugite, fugite hinc, quia nõ eſt hîc veſtra requies. O principes Italiæ fugite, ne hîc amplius inſiſtatis, quia nulla erit vobis requies. (Propter immunditiam eius corrumpetur putredine peſsima.) Ob impuritatem veſtram, & ob veſtra peccata,& veſtram nequitiam, veniet enſis & maximam dabit ſtragem. Veniet rerum caritas, & peſtis, & fiet corruptio quæpiam, putredo quæpiam, qua tot moriantur, vt res ſit futura ſtupẽda. Obibunt in viis homines diẽ, & intumulati in eis remanebunt. Vade ergo Italiã neque enim tibi eſt requies. Fugite improbi, quia non eſt hîc

Certiſsimis hiſtoriis conſtat ita poſteà fuiſſe.

hîc vobis requies. Age modo, da mihi pusillæ quietis veniam, & absoluemus contextum hunc, & domum te amandabo.

¶Dominico die concionabimur. Precamini Deum, vt bonum aliquem nuntium nobis mittat. Videbitis nos minime victuros absque precibus, & bonis operibus. Vultis nummismata congerere, & grandem exercitum congregare. Exercete iustitiam. Florentia fac, quæ ego tibi dico. Cole iustitiam, & Deus tibi intelligentiam ad reliqua agenda tribuet. Aiunt improbi isti. Actum est de nobis. Ipse hinc venit. Ipse illinc venit. Et ego tibi dico, non esse tot postea futura. Tu tribulationem aliquam feres. Hoc sanè assero. O pater non sumus habituri fœlicitates, quas tu deprædicasti nobis? Maxime. Sed tu instar pueri agis, qui semper poma intueris. Dũ dicitur puero. Disce prælectionem hãc, & præmiũ tibi erit hoc pomũ postea, ille semper in pomo habet oculos. Itidem & tu facis. Ego tibi dixi, vt primo prælectionem addisceres. Idest, te prius tribulationem laturam Florentia, & deinde habituram tuas fœlicitates. Tu forte credis, afflictiones esse nubes per aërem errantes. Tribulaberis igitur prius, & postea consolaberis. Et si quæ tibi dicta à me sunt intuereris, videres ad amusim omnia euenire eo ordine, quo vẽtura tibi dixi. Non meministi quid tibi à me dictum sit iam aliquot hinc annos, dum tota Italia pace fruebatur, & omnia serena erant? Tunc ego scripturã illam Eliæ tibi exposui, qui latebat in petra, & plorabat. Et angelus ei apparuit, & percõtatus est ipsum, quid ei accidisset. Cui respõdit. Zelo zelatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israël. Altaria tua destruxerũt, & prophetas

Simile in eos qui sine tribulatione præmia volũt gaudia.

3. Reg. 9.

tur, qui te male acceperunt, & tuis etiam operibus indigebũt illi. Et erunt inter illos aliqui, quibus opus erit fuga sibi consulere. Dixi tibi præterea, te iustè & sanctè, quæ aliena semper fuerunt possessuram, & denuò tibi assero, te possessuram, idque iustè. Opus est vicini isti tui aliquod perpetrent crimen, quo iuste posśint tibi, quæ illorum sunt tradi. Sine demum Deum agere. Scit siquidem bene ille, quonam pacto hoc gerendum sit. Item dixi tibi restituenda tbi tua, & minorandam afflictionem tuam, quo celerius iustitiam exercitam volueris. Verbum hoc de iustitia perpetuò feci. I, lege bene, cernesque, si tu non adeò cito quod cupias obtinueris, te ipsam in causa esse, quæ ne minimũ quid iustitiæ exerceas. De te vna querere. Querere de tuo palatio. Hinc enim tuum malum progreditur. Proh quid tu ais pater? Opus est verum dicere. Magistratus tui, mali tui sunt causa. Dixi tibi superioribus diebus in palatio si vt bene tibi cæderent tua, cuperes, improbis, oportere te, expurgare ciuitatem. Et primo curare oportere, vt clerus probus esset. Et adiunxi, si hîc esset sacerdos aliquis, aut monachus, qui corruptelæ ciuitatis tuæ causa esset, vt ego tunc tibi dixi opus esse, curares, vt in illum à suis præsidibus animaduerteretur, aut à Summo Pontifice. Quod si nollent facere, vt tua expelleres vrbe monui, non tamen ita, vt malum aliquid facias. Tu omnia econtrario facis. Tu faues improbis, neque id imprudens, sed malo animo, & fortè ob aliqua occulta dona, & denique nõ vis ius coli. Accerse huc Rotam, quàm tibi dixi, & videbis iustitiam coli, & exercitio mandari. Accerse, ô popule hanc Rotam, quia res bona est. Dum omnes ad consultandum congregati estis, assurgite, & dici-

Prauis purganda ciuitas vt ei bene sit

te. Nos volumus Rotam hanc. Cum res aliqua bona est, populus illam amplecti debet, ita tamen, vt cum omni reuerentia, magistratus adeat. Sed populus denique dominus est. Sodomitico quoque flagitio impuros, qui ignes meriti sunt, non vultis vos punire ò magistratus, quorum id munus est. Neque tu popule animum his appellis. At inquis, non id muneris est mei. Imò aliter habet res. Tu dominus es, tua interest cultum iustitiæ curare. Vobis non libet. Et ideo dominus inter mare montéque vos intercludet. O quem in modum ad me venietis postea, & dicetis. Pater interpella pro nobis. Et quoniam tu cultum negligis iustitiæ, quæque bona sunt, & Deo placita, orabo & precabor illum, quod & modo facio, vt te ita fustiget, vt demum iusta exequaris. Ad hæc ego intellexi, hisce diebus, vi oppressam in hac diuæ Reparatæ æde puellam, neque id curatur, cum tamen, qui nefas hoc admisit, pro talibus ausis, meritus fuerit, vt insequenti illum vniuerso populo minutim concerperetur. Lusores intellexi domibus inclusos, ludo vacare. Et plusquam anteà luditur. Oporteret, vt lex conderetur, vt ancillæ quę ludentes in domibus dominorum suorum deferrent, manu mitterentur, & vt famuli qui lusores indicarēt, aliquo præmio id facerent. Multæ bene agēdi rationes essent, si tu velles. Sed ciues mei vos non vultis iustitiam exercere. Et ego vobis dico. Si vos illam non colitis, absque spe estote, & facite quicquid voletis, nihil obtinebitis. Præterea altaria hæc diuæ Reparatæ oporteret parieti admoueri. Quid enim deuotionis habere potest sacerdos populum coram se intuens, dum sacrum peragit. Multa erant dicenda, si exequi iustitiam, & bonam vitam in vestram ciuitatem

Animaduersio in prauos.

Nefas in templo admissum.

Lusores.

Iustitiæ cultus.

tem inducere velletis. Sed vos ciues mutuò inuidetis. Et alio aliquod bonum, vel proponente, vel faciente, alius oblatrat illi. Oporteret tamen, vt quando aliquis alicui ciui hoc pacto refragaretur, magistratus, ad quem spectat, illum accerseret, & ei diceret. Huc ades. Si tu rectum esse comprobaris, quod asseris, ego volo vindictam sumere de illo ciue. Sin minus, volo te pœnas dare talionis, idest, quas illæ merebatur, quem incusas. Si id hoc pacto stabiliretis, non tam late pateret vestra obloquutio. Sed vos nimis attenti estis ad vestras factiones, neque vindictam vultis de errantibus sumere. Vnde est, quòd vestræ factiones ciuitatem demoliuntur. Agite regrediamur ad prophetam nostrum, & colophonem huic capiti addamus.

Cohibenda invida refragatio in consultationibus.

¶ (Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer,) ait Propheta noster. Et ita ego vobis dico. Vtinam & ipse essem vir, qui non afflatus spiritu loquerer, & mendacia potius dicerem. O monache velles tu mendacia dicere? Ego in hunc modum mendacia vellem, dixisse. Hoc est, optarim ego, vt pœnitentiam egissetis, & iusta essetis exequuti, vtque malum non obueniret, quod prænuntiaui, sicut inferius dicam tibi. Ego dixi Italiæ, si pœnitentiam non ageret, flagellum laturam, neque illi aliud præsidij reliquum esse. Et deinde dixi, ipsam non acturam pœnitentiam, neque illi remedium vllum relictum esse. Florentię dixi, nisi iustitiam exequatur, ipsam affligendam. Et deinde dixi, quia iustitiam non exercet, ipsam omnino vexandam. Et ideo verbis prophetæ dico. (Vtinam essem vir non habens spiritum.) Vtinam afflatu spiritus verba hæc tibi non fecissem,

fecissem. Ah, velles igitur ex proprio fecisse cerebro. Ego vellem fecisse ea, vt Nathan propheta, qui dixit

2. Reg. 7. et 1. Paral. 17 Dauid. Vade ædifica domũ domini. Et credidit afflatu se spiritus loqui. Sed cito eum angelus correxit dicens illi. Visum est tibi instinctu spiritus hæc dicere, & tuo spiritu ductus loquutus es. Quamobrem ipse

Ibidem. abiit, & sese correxit. Ita ego vellem fecisse, & optarim visum mihi fuisse, spiritus afflatu me loquutum esse, & mei capitis fuisse inuentum. Quocirca dicunt doctores omnes, si propheta aliquandò erraret cum sibi tamẽ videretur numinis impulsu, & lumine prophetico aliquid loqui, ab angelo euestigio corrigendum. Et ideo cum toties ego tibi hæc replicarim, par est te credere non commẽtum meum ea esse. At vtinam instigatore spiritu Dei tibi ea non dixissem, sed loquu-

Mentiri & mendaciũ dicere non sunt idem. tus fuissem potius mendacia. Nota aliud esse mentiri, aliud mendacium dicere. Mentiri est contra tuam ipsius mentem loqui, atque sententiam. Sed mendacium effari est, falsum dicere, dum credis te verum asserere. Et ideo vtinam quæ tibi ego dixi, dum asserui te non acturum pœnitentiam, commentum esset meum. Atqui spiritus domini hoc dixit. Et ideo miseret me tui, quippe qui vapulaturus es. Florentia ego dixi tibi, vapulaturam, vt quæ iustitiam negligas, & dixi, vt notares obloquentes. Vtinam commentum meum esset; neque vllo pacto verum, quicquid tibi in hac parte dixi. Igitur aliquam tribulationem latura es Florentia, quia iustitiam minime exequeris, id impedientibus tuis improbis ciuibus, qui eò nequitiæ processerunt, vt non liceat alteri bonum proponere, quin alter illi obloquatur. Orate mulieres, & precibus vnusquisque vacet, quia nihil præsidij præter

hoc

hoc vnum, reliquum eſt vobis. Et ideo propheta noſter pergit, & ait. (Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem.) Ego ſtillabo tibi Italia, & dicam te laturam tribulationem, & verum erit. Sed tu tanquam ebria & temulenta aduerſus me omne malum loqueris. Adueniente item gladio velut ebria eris, neque quid facias, ſcies, vt & aliàs tibi dixi. Et quoniam aliqui hoc flagellum venturum dicunt, vt eorum verbis vtamur, ad calendas Grecas. Ego tibi dico. (Erit ſuper quē ſtillabitur populus iſte.) Erit hic populus, qui modò eſt in Italia, Illos dico, qui ſunt nunc temporis viui, ſuper quem ira Dei inſtillabitur. In hos, dico, qui modò viuunt, flagellum deſcendet, & ideò vos probi lætamini. Audite quod vobis dicit dominus, congregandos nimirum vos ab illo omnes. (Congregatione cōgregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Iſraël.) Ne dubitetis vos probi, ait dominus. Ego enim congregabo in vnum totum Iacob, qui ſupplantator interpretatur. Ideſt. Ego congregabo omnes illos, qui vitia ſupplantarunt, & peccata, & omnes bonos eripiam. Ne ſatage Florentia. Qui enim benè aget, eruetur. Congregemur denique omnes ad bene agendum, & feruidè oremus, quibus rebus non minimum de tribulationibus detrahemus, & in vnum conducentur reliquiæ Iſraël. Hoc eſt omnes ad eandem contendemus metam. (Pariter ponam illum, quaſi gregem inouili, quaſi pecus in medio caularū.) Ait dominus. Ego cogam in vnum omnes meas oues. Ego in vnum gregem reducam, ideſt in vnam eccleſiam. Et ex omnibus nobis vnus grex fiet, vnumque ouile ſub vno paſtore. Ego ponam eum. (Quaſi pecus in medio caularum.) Hoc eſt in medio paſcuorum virentium, & in vitæ perennis deliciis, atque in omnibus & ſpiritalibus & temporalibus bonis.

Ita fuit.

Congregatio electorum in æternam fælicitatem.

bonis. (Tumultuabuntur à multitudine hominum.) Erit magnus hominum tumultus, ideſt, tot confluent ad fidem Chriſtianam, & ad baptiſmum, vt magni ſint futuri tumultus. Tumultus ſignat ſonum illum vocum, qui exauditur in quàm frequentiſsima turba, & typus eſt laudis Dei quaquauerſum diffundendæ. Erit hîc atque illîc laus, per vniuerſas eccleſias inſtar tumultus. (Aſcēdet enim pandens inter ante eos.) Dominus aſcendet, & in vitam æternam ibit. At, ille iam iuit. Quomodo igitur ait illùc iturum? Significat ab ipſo nobis indicandam viam docendo, quid nobis agendum ſit, ſi ad vitam æternam ire cupiamus. (Diuidet, & tranſibunt portam,) Diuidet dominus improbos à probis, & boni tranſibunt portam, per quam dominus noſter tranſiuit, ideſt, tranſibunt per crucem, pœnitentiam ærumnas, ſimplicitatem. (Et egredientur per eam.) Hoc eſt, & in hunc modum vitam hanc egredientur, & in vitam æternam ibunt, (Et tranſibit rex eorum coràm eis.) Ideſt, Chriſtus bonorũ rex trãſibit, & in conſpectu eorum erit, idque in die iudicij præſertim, quando dicet. Venite benedicti patris mei. Venite ad poſsidendum regnum, quod vobis paratum eſt. (Et dominus in capite eorum,) Statuet ſeſe ibi dominus noſter caput, & ad illam gloriam triumphantem nos perducet, vbi erit æternùm laudatus Deus, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Portæ cæli quæ & quã ſint.

Matth. 25.

Homilia duodecima, habita. 13. Calendas Iulij. 1496. super Michæam.

Et dixi, audite principes Iacob, & duces domus Israel. Nunquid non vestrum est facere iudicium? Michææ. cap. 3.



DMIRABILE apparet, Dilectissimi in Christo Iesu, cum sit homo res absolutissima omnium corporalium, in quam totus hic orbis refertur, & cuius magis peculiarem Deus prouidentiam habet, quàm cęterarum omnium huius mundi rerum, plures illi inesse errores, monstraque item plura, quàm in cæteris omnibus. In aliis rebus errores inuenias rarò; in hominibus plęrũque. Sed qui benè contẽplatur hominem & reliquas creaturas, ac proprietates, differẽtiasq; illarũ, non miratur. Quia quæ sensu vacant, habent vnã formam, & quadãtenus vnam animã, si sic vocare libeat, quam propensio quędam ingenita comitatur, quam sequuntur quę non possunt sentire, neque aliud eis integrum est facere, quàm illam sequi, vt quam Deus naturaque eis indiderit, & constituerit. Brutæ animantes habent definitam phantasiam, quam semper sequuntur, & ideò nunquam ferè aberrant, quia ductrice illa vtuntur. Animalia enim ad sua aguntur opera, nempe à natura. Homo autem habet liberum arbitrium, & non habet circunscriptam phantasiam, vtpotè cuius phãtasia intellectui sit ancillatura, qui intelligere potest omnia. Vnde hominis phantasia non est definita, sed ad multa, imò ad innumera extẽditur. Quoniã verò homo cognitionem suam

Caput. 3. Michææ.

Vnde in homine plures errores quàm in cæteris rebus.

Cur pauca ex diuinis cognoscit homo.

de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrũ. Gratia non venit sine fide. Et ideò opus fuit fide ad eripiendum hominem his monstris. Idque verum apparet à mundi initio hucusque. Omnes quippe homines absque fide pleni fuerunt erroribus in intelligenti, ac in appetenti portione. Vnde antechristi aduẽtum cũ homines fide vacarent, in multos errores inciderũt, & in multa monstra in suo cultu idôlis ab eisdẽ exhibito, quę omnia posteà Christi fide sunt obolita. Sed qd est fides? Fides est credere, qđ nõ vides, Ait. B. Augu. Nec solum intelligitur quod oculis nõ vides, sed quod intellectu non cernis, neq; capis. Si ergo fides est credere, quod non visitur ab homine per sese, oportet, vt ab vno quopiã alio ei sit illud propositũ. Ipse quippe neq; sensu, neq; intellectu illò põt pringere. Vnde dicit Paulus Romanis scribẽs. Ois qui cũq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Aut quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? Et concludens rem ait. Ergo fides ex auditu. Auditus autem per verbũ Christi. Addiscunt itaq; homines fidem ẽ concionatoris lingua, & necesse est Deum audire per concionatoris ipsius linguam, cui credentes homines à multis eruuntur monstris, multisque eximuntur erroribus, quos admittunt. Quo circa rex Iosaphat credẽs prophetæ, & deo fidẽs, contrà inimicos pugnaturus, dixit populo suo verba hæc. Credite in dño Deo vestro, & securieritis. Credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. Hoc vice isagòges textus nostri dixerim. Citra fidem igitur homines pleni sunt erroribus, & monstris, fide tamen erroribus & periculis eripiuntur. Ait dñs noster

Fidei necessitas.

Fides qd sit.

Ioelis 2. Acto. 2.

Roma. 10.

Roman. 10.

Roman. 10.

2. Paralip. 20.

Infidelitas amentes reddit homines & erroribus ees implet.

Esaiæ. 7. Esaiã prophetã citans. Nisi credideritis, non intelligetis. Nempe ea, quę feceritis, sed cõtrà stulti omnes eritis. Opus inquã est credere. Qui nõ credit, non solũ dono fidei priuatͣ, sed sensum etiã illi de⁹ adimit, ita vt nõ *Iob. 39.* intelligat, quid sit ei faciẽdũ. Iob de struthione loquẽs graphice illo hipocritã indicãs ait. Priuauit eum deus sapientia, nec dedit illi intelligẽtiam. Quo innuit, hominem improbũ sapiẽtia à deo priuari, quæ gratiã comitatur, & deinde adimi illi intellectũ ita, vt idipsum, qđ faciat ignoret. Volo tibi in his, quę aqud nos vsu venire visuntur, exẽplum apponere. Vidisti nevnq̃ monachum quẽpiam, bene agere detrectãtem, honores ambientem, & hominũ existimationẽ? Ille elegãti cultu atq; polito vtitur, de colorib⁹ rhetoricis garrit. Et ita vbi iam morũ probitatẽ amisit, amittit & cerebrũ. Dicit enim quisq; dũ ipsum videt. Aspice qualis ille monachus sit, quem amictum gerat. Atq; hoc pacto, quà honorandum se existimauit, probris obiicitur. Et nolens bonam vitam credere, perdit & cerebrum. Credẽs enim sese de bonis vestibus laudibus ferẽdum, vsu postea venit, vt cõuitiis pateat. Equidẽ ab vno tuo sapiẽte aliquãdo rem quãpiam didici. Hic enim cũ colloquium cũ copiã monacho vngenta spiranti fereret. Dixit illi. Pater satius esset, vt allium oleres. Et procul dubio verũ illi dixit. Et amissum esse ab illo cerebrũ, præ se tulit. Quisquis igitur Christo non credit, monstrum euadit, erroribus quæ impletur. Et tanq̃ fatuus quispiã efficitur, quòd ad multa spectat. Primò quod ad concupiscentẽ vim attinet, cum homo gratiã amiserit, & peccatis sesé implicat, nec quæ sunt fidei considerat, nullum est ánimal magis brutum, q̃ ille. Nam quod ad venerẽ spectat, bestia suapte specie cõtinetur, suopte itẽ vase, ac tẽpore idoneo. Sed homo qui fidem

Struthio hypocritam adumbrat.

Amor mũdi viles facit homines.

Exemplum.

Peccator fidei oblitus immane mõstrum.

& cere-

& cerebrum amisit, neq; vas, neq; tempus neq; speciẽ seruat, & contrà multa bestialiter peccat, & in venereis rebus deterior est, q̃ mulus, deterior q̃ asinus, qñ nullũ modũ in his obseruat, quippe qui cerebri iacturã fecerit. Quod ad irascẽdi vim pertinet, non solũ propter venerea homo cõmouet̃, & belligeratur, aut propter cibũ, vt brutũ animal, sed cũ alio homine bellũ gerit, propter rẽ, propter honorẽ, & gloriã mũdi. Brutæ etiã animãtes tutæ sunt ab his, quæ sunt eiusdẽ speciei. Homo vero ab alio homine minimè tutus est. Et dum iter facit, nõ modò reliquas timet animãtes, sed timet homines, ratus, nẽ fortè ipsum aggrediãtur, & cõpilẽt, & à sua specie non est tutus. Quod in reliquis animantibus minime reperias. Animalia item reliqua nõ tàm fera committunt prælia, nec tot fabricantur arma, atque instrumenta bellica. Quod ad voluntatem spectat hominis, qui fidei iacturam fecit, quiq; à Deo recessit, peior ille est q̃ bestia. Reliqua siquidem animantia, ea sequũtur in quæ ceu in fines suos propensa sunt. Homo verò ad facultates, ad honores tanquàm ad finẽ se conuertit, & relinquit deum, qui finis illius est, tergaque illi vertit, atque omnia contrà quàm par sit, facit, vtpote, qui id quod in ipsum hominem, vt in finẽ refertur, suum constituit finem. Et plenus erroribus monstrisque euadit. Intellectus quoque hominum pleni sunt falsitatibus, erroribus, & mendaciis. Aspice in scholas philosophorum, vbi tot sunt dissidia, hoc illius, illud alterius ferente opinione, valde diuersa. Necesse est igitur alteram esse falsam, alteram veram, & sic parum inter eos conuenit. Intuere etiam in humanas & quotidianas res, & vide, quot sint iudicia temeraria, quot mendacia ab hominibus dicantur. Adde quòd homo facilius credit malum, quàm bonum.

De hoc elegãter Naso i. 1. Meta. & Erasm. ĩ Adag. Dulce bellũ, & in querela pacis fusissime.

Scholarũ dissidia.

Iudiciorũ temeritas & varietas.

Pronitas ad credendum. Si serua, si leno, coram te obtrectat alicui, si extrà Christi es gratiam, ilicò fidem adhibes. Et ais amico alicui tuo. Num nescius huius tu es? Nonne ego tibi dixi? Ille rem illàm fecit. Et quandoq; homo ille bonus fortasis erit, & decem annorum experimento tibi notus, si tamen post de illo sinistrum verbum audieris, mox credis illud, & apud te omnibus ille bonis cecidit. Et quod est adhuc iniquius si tibi de aliquo malum fuerit sæpe ab improbis dictum, & semper mendacium esse compereris nihilo tamen secius, si aliàs, iterumq; tibi idem referatur malum, adhuc fidem adhibes. Ecce igitur quot errores, quotq; monstra in homine gignũtur, qui Deum reliquit. Sed est adhuc peius. Vidẽtur siquidem homines procliuiores esse ad credenda inutilia & noxia sibi, quàm pro futura. Intuere, quàm sit difficile hominibus fidem orthodoxam credere, quę tot nominibus vtilis hominibus esse visitur, & quando, quod nequit omninò esse, illa falsa foret, vt millies tibi monstraui, tot rationibus adhibitis, deberet facillimè ab hominibus recipi, vt quæ homines pudicos, probos, terrenisq; affectibus expurgatos, reddat, ad deum etiam sub leuet, & vitam beatam degere illos faciat. Itidẽ & quę tibi ego dixi, tametsi falsa etiam essent, quæ tamen, vt tibi dixi, sunt verissima, credere prorsus deberes, vtpotè quæ te in bonum inducant. Tu multum credes semper improbo cuipiam, Astrologo cuipiàm, meretrici cuipiam, profligatis moribus homini alicui, ei vero qui te ad bonum reuocet, non vis credere. Denique omnes errores ab infidelitate manant. Considera hominem iustum, fide præditum. Quod ad concupiscendi vim facit, ille castus euasit, & à priore monstro eruitur. Quod ad irascendĩ vim attinet, semper modestus, mitisq; persistit, & ab altero monstro eripitur. Quod pertinet

Quanto inre fides orthodoxa sit recipienda.

Quantum debeamus fidei gratiaeq;.

pertinet ad voluntatem, Deum qui finis illius est sequi tur, & à tertio monstro liberatur. Quod spectat ad intelligentiã, fixus est in prima veritate, neq; vlli adhæret falsitati obstinatè, & quartũ monstrũ euadit. Adde quòd probus homo credit citius bonum, quã malum, Deinde etiam citius, quæ ad salutem animæ ipsius conducũt, sequitur, quàm alia, quæ illi sunt noxia, atq; hoc pacto ab omnibus sese aliis monstris asserit. Et deniq; fides facit, vt homo credat, & bene agat omnino. Tu verò Florẽtia, quippe quę fide vaces, in multos laberis errores. Isti ad tempus credunt, & in tẽpore tentationis recedũt Florẽtia tu quãdoq; credis, & minima quęq; tẽtatio, & res quæcũq; quãtumuis exigua accidens, à fide te separat. Fides tua instar est herbæ petrę innascentis, quæ aduenięte vel pusillo æstu, cito exaret. Tu omnino quà vtilitas affulget, credis, tu nihil pręter censum terrenaq; mẽte pertractas. Florẽtia tu mõstris plena euasisti. Videor mihi ex vna parte leonũ capita videre capita itẽ luporũ, mulorũ, asinorũ, & omnia mõstris plena, ex altera parte videor mihi videre ouium capita, atq; tenellorum adhuc agnorum. Florentia tu quiddã miscelaneum es. Tu portentosa quædã res es. Quid de te dicã Florẽtia? Tu me quandã rem, quã certò nõ scio, coges dicere. Ideo vereor, ne sicut populus ille Israeliticus in deserto iis, cui ꝓmissa erat terra fœlix, tamen ipsi nõ obtinuerunt eam, qui tunc viuebãt, sed filiis eorum data est, parẽtes verò non ingressi sunt illam præter Iosue & Caleph, qui probi fuerũt. Ego futurum non assero hoc. Sed tu mihi Florentia tam inemendatis moribus videris, vt me timor teneat, in historias te referẽdam, quibus incredulitas tua æternitati narretur, & sicut illis qui in deserto fuerunt, contigisse tibi dicatur. Tu parũ fidis deo Florẽtia. Quid nũc

Luce. 8.

Simile ex. Luce. 8.

Ciuitas impiis plena varium mõstrũ est.

Numer. 14. Iosue. 5. Psalm. 94. 1. Cor. 10.

ageres si ad portas inimici essent? Si in fide manes robusta, nihil verearis. Vides me non p̃ficiscẽtem hinc, sed fixũ manere, neq; quicquã pauere. Crede, nisi firmo inniterer fundamento, me non affuturum huic discrimini. Profectò si terrena amarem, & hîc finem meum constituissem, potius vitam amarem meam, quàm terrena quæuis alia. Si Christo non inniterer ceu fundamento, & nisi ab eo scirem certò, quæ dico, putas vitam me crediturum meam huic periculo, veluti pro iaculantium scopo eam statuendo? Ego denique fortis hîc permaneo, nec abeo. Cum vides gubernatorem cymbę immotũ manẽtem, nec despondẽtem animũ, aut mẽte deficientẽ, tu qui in cymba es, neutiq̃ paue. At cũ gubernatorẽ scalmi animo linqui, conspexeris, clama tunc imò clamate vniuersi, misericordiã implorantes. Vos hucusq; hoc non vidistis. Et ideò robusti este in fide, neq; adeò paueatis. Fidite deo. Vnde oẽverũ est auxiliũ. Sed sine me pauperũ perquiescere.

Hiero. constãtia perpetua

Simile.

¶Ego hoc mane sermocinaturus vobiscum potius, q̃ concionaturus veni. Equidem vellem aliquando sedatius dicere sed præ zelo non licet nobis, non incandescere. Et ideò integrũ non est sedatiore sermone agere. Cerno, vt vobis dixi, mõstra vbique. O modicam fidem. Sed quid modicam fidem dico, imò sunt ad hùc aliqui, qui ne scintillam quidem habẽt fidei, & præterea irrident etiam quæ diximus. Nisi credideritis nõ intelligetis. Vos sapiẽtes Florentiã risu excipitis. Vos diuina nõ creditis. Florẽtia si, quæ tibi dixi, nõ facis, ne spera, votorũ te futurã cõpotẽ. Tu neq; pecunias, neq; homines, neq; cerebrũ habebis. O monache alia nobis sunt negocia. Ego tibi assero ni prius hoc feceris, nihil facturã, & pudefacta remanebis. Consulta, vt libebit. Siquidẽ ni prius bonas leges tuleris, & animis consuluęris nihil

Vehementia Hiero. indicẽdo.

Esaie.7.

ris nihil obtinebis, quin potius verbera aliqua feres. Florentia tu denique corporalia cupis. Deus corporalia tua non curat, nisi prius cures spiritualia. Si voluisses credere, tu modò pecunias omniaque reperisses. Equidem scirem ipse modum comminisci inueniendi pecuniã. At quin facis? Cura id prius tu. Si enim non curaris prius, nihil aliud bene geres. Florẽtia qđ cœpisti consilium? Quid sapientes tui duos hinc menses egerunt? Nihil. Ego dico vobis in deterius in dies vos progressuros, nisi faciatis quæ vobis dixi. Equidem, quod ad me spectat nihil moror, promoueas ne hoc bonum an potius destituas. Tu credis huius rei magna me solicitudine teneri. Parua me id afficit molestia. Ego ob honorem dei, & ob tuam vtilitatem hoc dixi monens, vt obstrepentes notares. Meum obij munus, tu demum signa illos, & intuere. Deus illis succenset, atque hoc ipsum tibi significabit. Primum signum erit, nullam habere gloriam, nullum honorem ex his quæ facient. Tu diuina irrides Florentia. Vos mihi omnes stulti videmini. Et Florẽtia ipsa Dæmoniis plena mihi videtur. Prætorium istud Dæmonibus plenum est. Angeli vero abscesserunt. Vos non vultis credere. O monache nos vellemus, vt miraculum æderes aliquod, & crederemus. Ah, attende paucis, quæ tibi de hac re dicam.

¶Ego vellem, vt hoc mihi diceres. Deus è nihilo mundum condidit. Quamobrem? Necesse est dicas, quia ipse bonus est. Sic dicas oportet, ni velis deliramẽta dicere. Opus erat illi hoc mundo? Minime. Si enim quod illi esset necessarius, eum cõdidisset, multis ante annorum chiliadibus eum creasset. Creauit igitur illũ duntaxat quia bonus ipse Deus est, & vt suam bonitatẽ diffunderet. Quò fit, bonum sui ipsius esse diffusiuum.

Ex bonitate Dei colligit eleganter miracula semper futura cũ necessariafuerint.

Ex quo itidē elicitur, ſponte à cauſis bonitatē propriā in effectus tranſmitti. Dic mihi, quæ vtilitas cauſarum eſt, bonitatem ſuam in effectus diffundere? Sane nulla. Sed id faciunt tamē ſolū quia bonum diffundēdi ſui ſit appetens, quòque eſt maius bonū aliquod hòc plus ſeſe diffundit. Sicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita ſe habet magis ad magis, & maxime ad maxime, aiunt iſti dialetici. Hoc eſt, ſi res quæpiam magna ſit, longè latèque etiam ſeſe fundit. Quod ſi maior ſit, magis diffunditur, atq; adeo ſi ſit maxima, maxime diffunditur. Si igitur in hominis gratiam hunc orbem Deus condidit, tātumque boni diffudit, & vt fieret homo ad nos vênit, ſimulque, vt noſtra cauſa moreretur, perſuades ne tibi Florentia, ſi Deus, videret ad ſalutem tuam facere, miracula minime daturū tibi? Perſuade tibi, ſi ſaluti humanæ id cōducere videret haud dubiè angelos huc mittendos abeo hominibus allocuturos, eiſq; familiariter vſuros. Sed nouit ipſe homines nimiū familiariter angelis vſuros, & diuina vilipēſuros. Et ea re Deus in euāgelio epuloni illi reſpōdit, qui in inferno erat, & dicebat Abraç. Renuntia fratribus meis, me hoc loco teneri, ne & ipſi in hos cruciatus veniant. Habent Moyſen & prophetas, audiant illos. Epulo denique inſtans, ait. Non pater Abrahā ſed ſiquis mortuus reſurrexerit, ieritq; ad eos, crederent. Cui Abrahā reſpondit. Si Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credēt. Quocirca debetis credere ſi bonū id eſſet, ſalutiq; expediens hominū, miracula omne genus in eorum gratiam Deum editurum & miſſurū vt tibi dixi, angelos ſuos, quibuſcū conſuetudinem ducerent. Sed Deus qui ſapiens eſt, & omnia in ſapiētia facit, cum ſapientis ſit ordinare, fecit & conſtituit naturalia hæc omnia, deinde fecit hominē & ſenſus

Regula topica.

Cur hodie deus nō mittat nobis angelos qui nobis familiariter vtantur.

Lucæ. 16.

Ibidem.

& sensus illi dedit,& intelligentiam bonã, vt hæc quæ in orbe sunt percurrens philosophiam, scientiamquè naturalem sibi parare valeat. Et iccirco cernis à Christo nulla nobis philosophiæ monumẽta derelicta, neque aliquod ab ipso miraculum editum quo philosophiam assereret. Cuius ratio ea est. Cum enim homo lumine naturali hanc posit sibi cognitionem adscicere, studioque philosophiam discere, non opus fuit miraculo comprobatam fuisse. Atqui iam inde ab initio fidei Christianæ miraculis multis ipsam fidem comprobatam oportuit. Natiuum quippe lumen illi non est capiundæ. Neque ea edita etiam erant opera, per quæ citra prodigia probari posset, vt potest in præsentia, & ideo tũc Christus infinita fecit miracula. At modò iam tot Christi operibus fundata fide tot deinde cõstabilita Apostolorum,& sanctorum egregiis factis,& martyrum etiam sanguine, non sunt necessaria prodigia ad adstruendam illã. Tot rationibus id tibi luculẽtum feci, vt, qui non crederet eas, neque miraculis assensurus sit. Sic & quæ tibi alioqui dixi tot argumentis ostendi,& iam tot signa his attestata sunt, vt miraculis nil opus sit ad probationem ipsorum. Tu cernis opera bona quæ ex fide hisce adhibita sequuta sunt, quæ tibi ego dixi. Annon tibi hæc videntur prodigia? Annõ diuina tibi hæc vidẽtur? Nota verò, qđ ego tibi dico. Quando iam tãdem, ab hac fide deficerent, probi & maligni peruersique homines ita inualescerent, vt has rationes, quas tibi dixi, conuellerent,& è manibus simplicium extorquerent, Christo fidens in quo tota nostra spes est, assero paratos nos esse, ad comprobanda hæc ipsa miraculis. Sed modò tu cernis obgannientes, superciliosos esse homines, stultos, fatuosque. Quãobrem de fidei gradu nullum deij ciunt. Quin fœminæ solæ

Christus nulla monumenta philosophiæ, nullaque miracula edidit, quibus philosophiã nos doceret idq; quare.

Cur fidẽ miraculis confirmandam curarit Deus.

Ad fidei probationem iã non esse necessaria mira.

Aemuli Hieroq. quales.

næ solę ipsos reuincunt. Eaq; gratia miraculis nil opus est. Cumque id fixum forteque perstet, opera alioqui adeò sunt luculenta, vt miraculis neutiquàm egeamus. At dum egebimus, precabimur Deum, & ipsum affuturum in manu potenti confidimus. Modò autem

Fides Hiero. tute cernis, hîc non opus esse. Sine me modò parũper quiescere.

Matth. 12. et Luca. 12. ¶Generatio praua & adultera signum quærit, & signũ non dabitur ei. Iudæi tot Christi prodigia viderant, & tamen quotidie miracula flagitabant. Et ideo dixit illis. Vos generatio estis praua, & adultera & petitis prodigia, attamen non habebitis ea. Quippe qui eden dis prodigiis etiam non estis credituri, vt neque editis credidistis. Erat generatio illa in sese praua, adultera autem quia deum sponsum suũ deserebat, & per peccata deficiebat ad diabolum. Regrediamur modo ad textum nostrum, qui dicit. (Audite principes Iacob, & duces domus Israel.) Idest, Adesto dum Iacob popule peccato vacans, & Israel, idest, clere & prę sules ecclesiæ audite hæc. Audite audientes, & nolite intelligere & videte visionẽ & nolite cognoscere. Venite huc prę sides Italiæ. Venite huc magni ciues. Ego enim nõ soli Florẽtię: sed vniuersæ Italiæ concionor. Audite hæc. Nõ audiũt. Amiserũt aures gratiæ. Audite igitur, & lumine saltẽ naturali intuemini. O magistratus, ò sapien tes Florẽtiæ, audite hæc. Vtrum est preciosius anima, an corpus? Vah, quis id nesciat? Est anima lõgè preciosior. Mihi verò tu id, videris ignorare. Igitur dic mihi, vtrum tu credis à deo maioris duci, animã, an corpus? Vah; hoc lippis est, & tonsoribus notũ. Mihi videtur, abs te hoc nesciri, qui infantilia agas, & eos operibus re feras, qui nesciũt, vtrũ pluris sit pendẽdum, anima, an corp'. Persuades tibi Italia, psuades tibi Florẽtia, à deo pluris

Tacite dicit Floren. simi les esse Iudæis in petitione mira.

Esaia. 6.

Totius Italiæ Ecclesiastes Hiero.

pluris tua corporalia bona fieri, quàm spiritualia? Si tibi vel scintilla est naturalis luminis, vel hoc deberes nosse, bona & mala naturalia ad spiritualia bona tanquã ad finem referri. Accede huc. Credis, deum primam causam, vnde reliquæ oẽs causę pendeãt? Maxime. Ille igitur hos ductat exercitus & ærũnas has immittit. Ita habet. Quare? Profectò vt obstacula boni spiritualis amoliatur. Hoc est, vt peccata tollat. Causa igĩt tribulationis tuæ peccatũ est. Leua igitur oculos tuos, abole peccatum, quod tui mali in causa est. Sanci bonas leges, & amouebis ærũnas. O monache aliud faciẽdum est. Et hoc etiam faciendum est. Et ni hoc facias, neutrum feceris. Deniq; tu ais. Aliud nobis gerẽdũ est. Ni tu hoc feceris tantum tibi obstaculũ erit permittẽte Deo, vt neutrũ facere valeas. Condite inquam, leges bonas, & pellite peccata. Hoc est quod ad vos spectat. (Nũquid non vestrum est scire iudicium?) Non esset munus vestrũ ô ciues ô ecclesię pręsides fidei nosse dogmata? Nõ vestræ esset functionis ecclesiastica curare, & leges bonas ferre? Num hoc vestrũ nõ est munus, istud nosse iudiciũ? Iudiciũ nẽpè discretiõ's, quo intelligeretis deũ populo succẽsere. Tu deniq; pergis dicere. Equidem vellẽ prodigia videre. Ego aio tibi, Italiam subuertendã, & causam huius mali esse peccata. Nõ vides tu, quę fiũt, peccata? Annõ hæc dictorũ meorum est cõprobatio? Quid tu vis miracula? Nonne hæ sunt cõprobationes assertorũ à nobis. Ionę citra miracula est fides adhibita. Et ablato è medio peccato, auersum est & flagellum. (Nunquid non vestrũ est scire iudiciũ?) Nimirũ Dei & ipsum tãdem vindictã de peccatis istis velle sumere? Persuadetis vobis ipsi deũ nõ suprà esse neq; ab illo hęc geri? Ingrata Florẽtia. (Nũqd nõ vestrũ est scire iudiciũ? Nũ nõ ad te spectat Florẽtia intelligere, te

Mala temporalia ad hoc nobis mittit deus vt amoueat mala spiritualia.

Peccata causa sunt tribulationum.

Munus principum bonas leges condere & expellere peccata.

Ionæ. 3. Matth. 12. & Lucæ. 11.

Alius item sensus egregius.

esse

esse ingratã? Magnum de te iudicium fiet. Nonne tuũ est recognoscere misericordiæ incrementa, quibus te Deus cumulauit? Vos omnes ingrati estis, & ideò exic cabitur vobis misericordiæ fons. O vos pristini status ciues non vestra interest agnoscere misericordiam, q̃ Deus vobis exhibuit? Si tu etiam modo ingratus esse pergas, væ tibi. Tene me rectè, ni recta geris, væ tibi. Deus vos omnes in vno libro cõscripsit, vestra itẽ peccata scripto cõmisit. Et ni bene egeritis, væ vobis etiã num. Te qui eras sub pristino statu, cui vel tabernam extruere non licebat, neque poteras tuam locare filiã, Deus modò eruit, & de accepto munere ingratus es? Tu aduersus Deum, seruosque eius agis. Tu oblitus es seruitutis Aegyptiæ, & catenarũ, quibus te soluit deus. Ingrate, ingrate, deus tibi exiccabit fontem misericor diæ suæ. Vobis etiam, qui extra eratis, & quibus semel patriã cõspicere datũ est gratis, nisi quę dicit deus cre datis, potiusq; ingrati fueritis tãto muneri, deus fontẽ suæ misericordiæ arefaciet. Florẽtia. (Nũquid non vestrum est scire iudiciũ?) Si tu ingrata fueris, deus arefaciet tibi misericordiæ suæ fontẽ. Nũ igitur gratias nostras habituri nõ sumus? Ita. Sed nõ huic aut illi ꝓmissæ sunt. Et citius tardius ve tribuentur, pro tuo iustitię cultu. Nota benè verba nostra, neque vltra quàm par est, illa extendas. Nisi hoc consilium adesset, à vobis ipsis mutuò expulsi, occisi & in mille frusta dissipati essetis, sicque tua ciuitas vastata esset, nisi consilium hoc fixum mansisset. Et posset adhuc tempus aduenire, neque dictis à me hoc repugnat, quo ipsum hoc consilium, etiam interierit. Attende verba mea. Ego non assero ita futurũ. Ego aio cũ pollicitis non pugnare. Sed crede hoc, qui non rectà vadunt, id quærere, vt domus eorum conflagrent, & vt iidem ipsi corruant.

Quatenus ꝓmissa Florentiæ intelligẽda.

Nota de gubernatu Florentino post Hierony.

Et

Et posteà omnia reficientur componenturq;. Ne mea verba extendas. At vero quî hoc fiet? Vah, à Deo quæris modum? Ego in pectore meo habeo modū. Minus tempus q̃ sit in vno mense aut dimidio, sat esset vt omnia fierent. Deo non deficiunt modi. Ego non dicò ita futurum, tene me exactè. Hoc consilium tibi deus dedit. O Florentini magistratus. (Nunquid non vestrum est scire iudicium?) An non muneris est vestri, hoc recogitare, quod vobis dixi? Age sine me pusillū animæ resumere, & pergemus.

¶(Nunquid non vestrum est scire iudicium?) Nonnè vestra interest, quæ vobis dicta sunt facere? At vobis aliud faciendum est. Fac prius quæ bona sunt. Et deinde tēporalia curato. Primum quærite regnum dei, & iustitiam eius, & hęc omnia adiicientur vobis. Regnū Dei quærite prius & iustitiam colite, & omnia alia habebitis. Hęc verba dixit Christus. Ipse est deus, ego illi credo. Nos etiā credimus ei, tibi autem non credimus. Tu neq; Christo etiam credis. Aspice, vt ego tibi audacter loquar. Ego tibi quēadmodū locutus est Christus, Iudęis loqui volo. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. Ita & ego vobis dico. Si vos Christo fidē adhiberetis, adhiberetis & mihi forsitan. Etenim quæ tibi dico, Christi verba sunt. Vide num tibi clarè dicā. vtiq; & mihi crederetis, quia ex deo veni. Si tu Christo crederes, salutem animę quæreres, & faciēda ea curares, quæ in honorem dei cedunt. Vos deniq; miracula quæritis. Iudæi etiam miracula quæsierunt, nec tamen crediderunt posteà. Sic nec vos etiam crederetis. Qui Christo fidem adhibet, bonis vacat operibus. Vos nullis bonis operibus vacatis, vos nihil iustitiam curatis, sed omnia iniqua agitis. Credis me latere, quid tu facias. Et quæ munera accipias? Hic amicum diligit suum,

Ordo operādi

Matth. 6.

Ioanis. 6.

Effectus veræ fidei opera.

suum, & aliud vult. Ille alius aliud cupit. Quisq; quidlibet faciendi autoritatem sibi sumit. Vestri isti magistratus videntur mihi in manu habere quæcunq; voluerint facere. Vnusquisq; pro sua libidine rē gerit. Nullus illis est iudicū corrector. At honorē mihi obiicies magistratuum. Ego tibi respondeo magistratus honorem esse, iustitiam administrare & exercere, & iudici qui corrector est iudicum subijci, quo diiudicetur, perperam ne segesserit in functione, an non. Vos ecclesiasticis implicamini causis, cum vobis id agere nefas sit, nisi, quatenus superioribus diebus vobis dixi, nimirum dū dixi si sacerdos aliquis prauus, ideq; animarū esset pernicies, aut ciuitatis, vbi ad superiores de eo relatū esset ad summū vsq; pontificē, neq; rñ illi vellent, his reb⁹ cōsulere, licere vobis illū vrbe pellere, patria q;. Vos tamē rebus implicamini aliquibus, & excōmunicatione nectimini ea munera obeūtes, quę vestra nō sunt. Scis vero qd sibi excōmunicatio velit apud Christianos? Verbo absoluā. Nihil aliud anathema aut qđ idē polleat, excōmunicatio est, quā esse quēpiam ab ecclesiæ cōmunione excisum, & in Dęmonij manus tradi. Et ideò magistratus qui in excōmunicationē labiř, diabolū sibi dominātem habet. Et ait. D. Tho. excommunicato res in dies peiùs procedere omnes. Infamē quempiam, Sodomitam quēpiam tu quinquaginta aureis impunitum relinquis, & ei qui in ecclesia expuit, nullam non vis pœnam infligere. Tu lethalia à venialibus non distinguis. Deniq; vos ne tantillum iustitiæ administrare vultis. Cū vos animū induxeratis pœnas sumere de sontibus, ego inclamabam hîc. Ne feceritis hanc rem. Vos vero aiebatis. Iustitiam iustitiam exerceri oportet. Ego autem intelligebā vos appetitu vltionis plenos, nunc autem cum vos in peccatores animaduertere

Salubre reip. vt iudices alijs indicibus ratione redant functionis suæ.

Iudices laicos nefas est causis Ecclesiasticis implicari.

Excōmunicationis nocumenta.

Hæc Satanæ traditio ab Apostolis corporaliter etiam fiebat, vt docet. S. Thom. 4. d. 18. q. 2. ar. 1. q. 2. ad. 3. et. 1. Cor. 5. l. 1. &. 1. Timo.

maduertere oportet, & sceleratos, & impios, nihil iuuat facere. (Nunquid non vestrum est scire iudiciũ?) Num vestri non esset muneris, ius dicere, & illos visitatores creare, quos aliàs vobis dixi? Vobis iustitiam vllam exercere non est cordi. Et ideo tempore tribulationis vos ceu vincti, stulti, obsupefactiq; remanebitis. Ni ea quæ vobis dicta sunt, egeritis, ne auxilium expectetis dei à uobis staturi. (Nũquid non vestrũ est scire iudiciũ?) Pergit ꝓpheta noster & ait. (Qui odio habetis bonũ, & diligitis malum.) Audi quid dicat. Maxime inquit verũ est, vobis odio esse bonũ, & malum à vobis diligi. Vos bonũ vestrum detrectatis. Ego vobis dixi, vt Rotæ iudiciũ induceretis. Et ille dicit. Aliorũ suasu hoc dicit monachus. Tu nil nisi malũ cogitas. Mihi quãdoq; suggesta sunt aliqua. Sed ego nõ ferè alicui fido. Ne tibi persuasũ habeas, me tã esse procliuis credulitatis, vt oĩa statim credã. Tu me expertũ reddidisti. Ego prius omnib⁹ fidebã, modò dicit mihi aliquid, ego illud prius recogito exactè, & iusta libra trutinor, ne fallar. Et scis à me cognitũ, quicũq; ille fuerit, q mihi voluerit imponere. Tẽplũ patet oĩbus, nec quẽquã ego ꝓhibere, ne ingrediatur possum, neq; tibi persuadeas à me plus alterũ altero amari. Ego nullũ habeo amicũ præter iustitiã. Et si fratrẽ meum cõprehẽderes, si ego tibi illũ aut quẽuis aliũ cõmẽdaro, & nõ potius, vt qđ iustũ est exequaris, dixero, ne vltrà mihi fidẽ arrogato. Nullus ad me veniat recomẽdationẽ sui à me precatur⁹. Dixi enim vobis me velle his nõ occupari. Et ideò si quãdo me tãdem aliquis compulerit ad hoc, commẽdatio nihil profit illi pręter ius. Et si tu videris id à me secùs fieri, q̃ cum commẽdatione iustitiæ, ne vlterius mihi crede. Exercete igiĩ iustitiã, & curate vt re vera iustitia illa sit. Dicit igiĩ text⁹ noster. (Qui odio

Admirãda Hiero. dexteritas in eliciẽda veritate rerũ ex eadẽ scripturæ loco. septies enim eundem locum apte attulit, nẽpè Nunquid.

Hiero. minimè factiosus.

Audi confirmatianẽ dicti.

Honestas fœminarũ et puerorum comē datur.

odio habetis bonum. Vos odistis bonum, vos bonas leges odio habetis. Videmini mihi honestatis osores, q fœminarũ & puerorũ noliris correctionē. Quodnam hoc erat opus duorũ dierũ, duarũq; horarũ in vno quo q; die? Tu denique ais. Negotiũ nobis est. Et ego aio ti bi. Hoc omnino paruum quid erat. Sed tu odisti hone statem fœminarum & puerorum. Tu ægrè fers vxorē tuam, & filias tuas honestè incedere. Tibi pudicitia inuisa est, & flagitia diligis atque turpitudinē. Mulieres vos ipse nullo alio autore compositionem morum ve strorum inducite. Abiicite vestes ad intimam vsq;. Et præstolamini, dico enim vobis correctionem vestram constituendam omnino. Et quemadmodum ego tibi de pace antequàm constitueretur, prædixi, ita de hoc, futurũ omnino dico. Procedit textus noster, & dicit.

Vexatio pauperũ per iniustitiam, & sæuitiã.

(Qui violenter tollitis pellem desuper eis.) Vos pellē abstrahitis. Hoc est, vestes per vim à pauperibus. Hoc oblectamini bene autem agere non vos delectat. Delectat vos omnia ea facere, quæ in causa esse possint, vt res pauperis pignori detur, & vestes ab illis iuuat tollere. Et deniq;, vt pauper sit, qui sit mulctandus, & debitum soluturus, necessarium est. Missa facio multa hic, quæ de Italia dici possent, quæ hoc vitio plena est. Et qui munera gerunt tua etiã ipso pleni sunt. (Et carnem eorum desuper ossibus eorum.) Et carnem abstra

Inducentes caritatē tritici ipsum. recondendo taxantur.

hitis ex ossibus pauperum. Scis tu quid sibi velit, carnem abstrahere? Significat triticum recõditum, quod tu habes, quodq; non vis vt pauperes manducent. Et inducis caritatem, idq; est carnem ex ossibus abstrahere illis. Tu dicis illis, ineamus pactum, & à nobis este. Et habebitis triticũ. Cogita modo popule mi si per tyrannidem tibi præesse possent hi, quid facerent, cũ sic re se habente tantum eis est supercilij. Iniquius tecum agerent

agerent, quàm primi illi. (Qui comederũt carnem populi mei.) Hoc innuit, iuberi pauperes ab his vestes facere, idque genus alia, quorũ tamen mercedem nõ numerent. Sed dicitur ab eis. Tu amicus meus es, ego id alioqui rependam tibi. Atque in hunc modũ pauperes homines alere, non possunt liberos suos, neque familiæ suæ alimenta præbere queunt. Vnde hoc pacto isti carnẽ populi comedũt. (Et pellem eorũ desuper spoliauerũt.) Hoc est, nõ sat istis fuit pauperũ carnem comedere, nisi etiã eos degluberint. Hoc est, nõ modò, nõ numerarũt illis suorũ laborũ mercedem, sed victum etiã abstulerũt, & ita omnia hæc concluserunt, vt pauperes vitam degere non possint. Et deglubũt hoc pacto egenum. Et cogitur pauper dicere. Equidem nolo hunc amicũ perdere, qui mihi nonnihil lucri affert. Et opus est, vt illi censum, laboresque suos det, qualibet repensione accepta, etiam minima, si ita libeat. Et sic inopes homines, isti degluberunt. (Et ossa eorum confregerunt, & conciderũt, sicut in lebete.) Ossa significant victum exiguum, quem acquirebant, & hi per fas nefasq; eis abstulerunt. Viduæ extrahunt ossa, dum illi pauperem domũ auferũt, aut agrum, quem habebat, vnde victum habebat suum. Si diues peccat, in illum non animaduertitur. Actum verò est de pauperculo, si vel digitum transuersum ab æquo bonoque discedat. Ait sapiens in ecclesiastico. Diues loquutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsq; ad nubes perducent, pauper loquutus est, & dicunt quis est hic? Et si offenderit subuertent illum. Pauperes sunt, qui puniũtur, quique dant pœnas pro aliis. Diuitibus verò ne verbũ quidem malum dicitur. Iuuat me ridere ritu Socratis, qui quoties videbat in pauperẽ animaduerti, dicebat. Magni fures suspendunt minimos. Ita & ego de istis dico, qui

Priuãtes operarios mercede sua carpũtur.

Victum auferentes egenis crudeles.

Ossa victus.

Iniquitas in sumenda publica vindicta de sontibus.

Ecclesi. 13.

Socratis apophthegma.

pauperculos expilant,& grandia ipsi admittunt crimina,& post pœnas sumunt de eo qui in téplo expuit, & vindictã sumũt de illo, qui minimũ admisit delictum. (Et quasi carnẽ in medio ollæ,) Idest, apponunt inopes homines, vt carnẽ in medio fideliæ. Quod innuit pauperes ab istis in mediis ærũnis exponi, & laboribus tradi omne genus, quo illos afflictari queãt, siue in facultatib⁹, siue in liberis, siue in quibusuis aliis, nullo excepto. Credis tu Italia hęc agẽs,& in deterius in dies labascẽs, abhac tribulatione adhuc te eripiẽdam esse? Tu nihil ages. Improbi nõ euadent. (Tũc clamabũt ad dominũ, & non exaudiet eos, & abscõdet faciem suam ab eis in tẽpore illo.) Veniet tẽpus Italia, quò misericordiam à Deo clamoribus petas. Itidẽ & tu Florentia, & non te exaudiet. Ego vobis dico improbi,& nequã, simul atq; ensis domini aduenerit. Illũ à vobis vultũ auersurũ, & vos clamaturos. Miserere nostri domine, Miserere nostri domine, & ipse dicet. Nõ noui vos,& retribuet improbis mala. (Sicut nequiter egerunt in ad inuẽtionibus suis.) Vos totos dies, totasq; noctes inueniẽdis malis, nouisque rebus vacatis. Crede mihi Italia, crede mihi Florentia, malleo te à Deo ita petendã, vt pluribus diebus ictum sensura sis, nisi te immutaris.

Carpũtur vexatores pauperum.

¶ Tu ploras, tu lamẽtaris, & dicis. Nos malè habemus. Damnum tuum abs te ipsa est, quæ remediũ detrectas. Deus paratus est ad benefaciendum tibi. Si illud quod tibi bonum esse ego dixi fecisses, imo si etiam modò faceres sperarim Deum tibi aliquã exhibiturũ misericordiam. Tu tandẽ dicis. Alia nobis facienda instant. Monachorum refert, istis vacare. Monachi igitur nõ sunt homines? Suasistine tibi vestes has monachorũ in causa esse, vt sapientia amittatur? Vestes non faciunt homines sapientes. Si ego id crederem, amicirer & ipse

pallio

pallio, aut cucullo & ad vos verba facturus eo amictus procederem, vt sapiens apparerem. Quæ tibi nos diximus omia bona sunt, & si tu fecisses ipsa, etiã tibi essent bona. Tu grauioribus ereptus es periculis, quę tibi ego dixi faciens. Tu plus periclitata es Florentia ante, quã modò, quando non adeò magnum tibi periculum imminet, quin illud euadere liceat, si velis. Sed posses quidẽ valde periclitari, nisi quæ tibi dixi facias. O monache vbi sunt fœlicitates nobis promissę? O Florẽtia vbi sunt opera iustitiæ tibi præcepta? Si modò fœlicitates tuæ venirent, statim diceres me deceptum? Siqui dem cum dixissem tibi, tantò ante venturas, quantò citius iustitiam operi mandares, si nũc venirẽt, diceres. Nulla fuit cura iustitię, venerunt tamen secũda, & ille in hoc deceptus est. Vnde oportet credas, me in nullo deceptum, cum videas res eo euntes ordine, quòituras dixerim. Neque diuersa dicentibus, debes fidem adhibere. Isti quippe fortunæ, quæ dicunt relinquentes loquuntur. Et sunt falsi prophetæ, audi quid dicat dominus. Cõtra istos pseudoprophetas, qui ẽ suo cerebro loquuntur. (Hæc dicit dñs super prophetas, qui seducunt populũ meum.) Sed antequã tibi id explicem, audi tantisper me. Volo siquidẽ apud te stultũ agere. Tu me hìc hominẽ carnibus ossibusq; constantẽ vides. Qui mihi oblatrant, nũ & ipsi ossibus carneq; non sunt cõpacti? Sunt etiã. Tu me & aduersariorũ meorũ quẽq; vides. Assumamus vnũ aliquem ex eis, quẽ mecum cõmittas. Tu neutriùs arcana cernis. Ego tibi dico, quæ à me tibi prædicta sunt ẽ loco hoc à Deo esse. Ille negat. Tu nequis arcanum hoc videre. Tu Deum videre non potes. Tu non vales videre hunc, qui ea prædixit, spiritum. Vtri ergo es crediturus? Vt stultus equidem tibi loqui volo. Principio tamen tibi fateor, Deum esse qui sit.

Cur Floren. nõ acciperet suas fœlicitates.

Nota aduersarios Hiero.

Eloquentissime aduersarios suos reuĩcit Hierony. & quæ prædixit gessitq; defendit & roborat.

S. Tho. 1. p. q. 13. ar. 11 Et ipsum creaturę esse haud includitur in sua essentia. Quare creatura per se nihil est. Et totum suum esse habet à Deo, illud tribuente ei. Quo circa dicit Apostolus. 1. Corin. 3. Qui plantat, & qui rigat nihil est, sed qui incrementum dat Deus. Homo per se nihil est, nihilque nisi à Deo motus, potest facere, vt malleus ferreus qui tãtum percutit clauũ quantũ mouet ipsum quãtumq; cupit faber, & non plus. Et quidẽ longeplus homo à Deo pendet, quàm à fabro malleus ferreus. Faber siquidem non totum esse tribuit malleo ferreo. Deus autem totum esse, motum, verba, atque adeò cuncta homini tribuit. Fateor igitur nihil à me solo factum esse in Dei opere. Imò peccatis meis aliquid destruxi in ipso diuino opere. Quamobrem fateor, me nihil esse, & me esse puluerem, & cinerem, & Deum potius esse, qui omnia fecerit. Verũ enim vero, vt insipiens loquar quoniam Deus ab hominibus non visitur, opus est illis de instrumento verba faciamus. Quod enim Dei præcipue est, instrumento arrogatur. Vnde dicunt homines. Ego illud feci, & illud, aut, ille preclara facinora edidit &c. Dic tu igitur cũ apostolo. Dei adiutores sumus. Quo verbo Paulus organicum se esse Dei adminiculum testatus est. Vt stultus igitur tibi in præsentia alloquor. Et dico tibi. Si ille negat. Ego aio. Vterque nostrum carne osibusque constat. Quamobrem non par est, te illi, potius quàm mihi credere. Opera enim sunt, quæ te impulsura sunt ad credendum alteri parti. Si igitur plus illi denique quàm mihi vis fidem adhibere, subiicias oportet, tanta, quanta, ego gesi, illum egisse. Et tũc crede illi. Intuere inquam in opera, si vim huiusce reiperpensam velis. Aspice effecta. Inuenito, qui hæc egerit, quique res tantò antè prædixerit, qui tantũ excitarit feruoris, qui tantam aliquam ciuitatem ad bonos

Cũ Deus omniũ operũ nostrorũ sit causa præcipua, nobis tamen vt instrumentis eius, ipsa tribuimus.

1. Cor. 3.

Mirifica gesta Hierony. apud Florentinos.

nos

nos mores reuocarit,&qui in vnica vrbe concionatus, in vniuersam Italiam vulgatus sit,atque extrà Italiam etiam celebrescat, cuique cum tot tamque potentibus aduersariis belligerandum fuerit in tantis tum intestinis,tum exoticis oppugnationibus,qui etiā tot ad monasticam obseruationē cœnobiticumque institutū vouendum perduxerit. Cumque ille hæc omnia fecerit, credito & tu illi. Vt insipiens vobis loquutus sum. Vos me cogistis vt ait Apostolus, sese laudibus ferens Corinthiis,qui circunuēti erant à pseudoapostolis. Verūtamen semper dico tibi,me nō fuisse, qui hæc egerim, sed virtutem fuisse Dei,cui sint omnia accepta ferēda, & diuersum tibi afferere volētibus cum Paulo apostolo dicam. Si gloriari oportet non expedit quidem.Hebræi sunt,& ego.Israëlitæ sunt,& ego.Semen Abrahæ sunt,& ego.Ministri Christi sunt, & ego, vt minus sapiens dico,plus ego. Hoc est de omnibus de quibus illi se iactare possunt, possum & ego,& amplius quàm illi, dicebat Paulus. Ita & ego tibi aduersus tepidos & oppugnatores dico. Si Christiani sunt, & ego. Si monachi,&ego.Si sacerdotes,& ego.Si Christi serui,& ego, & veluti in insaniam versus, dicam,plusquàm illi ego. Quia ob Christi amorem & ob veritatem ego grauiora sum passus,& oppugnatus sum amplius. Quid mihi lucrum feci meis hisce concionibus nisi ærumnas? Dicit ille.Pecunias sane,quas corrasisti.Quantum tu mihi pecuniarū tribuisti? O perscrutare inquire per omnia foramina,& videbis quātum numismatum inueneris. Attēde igitur ad opera,&videbis vtri credere debeas. Si mihi nō vultis credere,operibus credite.Quàm vos increduli, quàm estis etiam improbi. Si mihi credere non vultis,id nihil moror. Credite saltē operibus, quę videtis. Quænā tibi hæc vis apparet, cui sese mundus

2.Cor. 12.

2.Cor. 11.

Inurebatur Hiero.auaritia nota.

Ioan. 10.

Mundus fere aduersum Hiero.

vniuersus obiecit? Et perstamus nos tamen adhuc, asseroque tibi, etiam si aduersus hoc opus totus orbis irruat, omnino processurũ. In frusta te concerpam. Concerpe quãtùm libuerit. Si ego pauerem, nunquam huc referrem pedem, sed ad latibula potius fugerem. Inter neca me pro tua libidine. Fabrum non deficiũt mallei ferrei. Pro vno decẽ Deus exuscitabit. Non eget Christus meis operibus. Vt libebit igitur fac, nequaquam enim vnquàm palinodiàm tibi recinã. Oppugnatores vos negatis. Ego aio, asseroque. Ego prędico vobis Italiam collapsuram & subuertendam, & immedicabilẽ esse, & Dominos, principesque Italiæ quantæ erunt cũ que potentię aut sapiẽtię. Vade scribe illis verbis meis conclamatũ esse, actũque esse de ipsis. Vade scribe Romam, & dic illis, quę faciũt esse inania, & frustranea, nisi legũ cum conditionẽ, tum obseruantiã, & rectos mores curẽt adhibere, & de ipsis actũ esse. Vade scribe hoc ipsis, & in frusta illos concidẽdos, & dignitatibus fastigiisque deturbandos, & omnia destruẽda. Videor ne tibi palinodiam recãtare? Opus est hic verũ dicere. Ego nõ quero hominibus placere. An quęro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem. Florẽtia tibi nihil præsidij factũ est reliquum, nisi quæ tibi dixi facias. Ego improbis modò loquor. Nam Florentia fœlicitates habebit suas, nõ tamen huic, aut illi peculiariter sunt promissæ. Et nisi quod tibi dictũ est, feceris in te Deus animaduertet. Et gratiæ in tuos liberos conferentur.

Fortitudo Hieronymi.

Vtinã non totus orbis postea, hoc est, anno. 1527 testis fuisset vastæ atq; infãdehuiuscladis, cædisq; in media vrbe editæ, cũ velut altera Ierusalẽ domina gentiũ capta direpta, & omnino vexata est.

Gala. 1.

¶ Tu Florẽtia rides. Dic mihi, quî vis tu ista sciri? Aiũt philosophi de futuris cõtingẽtibus haud quáquã definitam esse veritatẽ, Idest, de futuris contingentibus non posse sciri veritatẽ. Et apponũt exemplũ. Cras erit nauale bellũ. Et cras non erit nauale bellũ. Vtrũq; horũ æquè

Contra irrisores propheti arum Hiero.

Arist. 1. periher. c. 8.

æquè anceps eſt. Nam neutrius, quādoquidē vtrūq; futurū eſt contingēs, certa veritas ſciri nō poteſt, hoc eſt futurū nè ita ſit, an non, niſi reuelatione diuina. Ego autem dico tibi, quæ tibi prædixi, à me ſciri. At quî ſcis? Ego hoc tàm certò ſcio, quàm ſcio pannū huius veſtis, quam in manu mea vides, candidū eſſe. Imò parū dixi, aio adhuc certius illud ipſum à me ſciri, quā hoc. Quî verò tam certò ſcis? Ego ſcio, quia Deus hoc ipſum dixit. Et quomodo Deus dixit? Ego modū tibi non ſum expoſiturus, & ſi quidem velim fortaſsis, tu tamē explicantē me nō caperes. Porrò ille alius dicit. Iſtud nō eſt verum. Ego autem aio verū eſſe. Hæc duo ſunt cōtradictoria, quæ ſimul eſſe nō poſſunt. Vnde vtrūque reuelatione haberi non poteſt à nobis vt verū. Deus enim non contradicit ſibi. Quippe qui nō poteſt negare ſeipſum. Oportet igitur alter noſtrum verum dicat alter falſum. Et ſi tu ſis, qui dicas tibi verū reuelatum. Ex te quæro, vbi opera? Indica mihi opera, quæ tu feceris. Nullus enim exactus propheta grandia prænuntiauit, qui grādia opera non ediderit, & multum fructum attulerit. Tu denique ais. Iſtud non eueniet? Quid ſcis tu? Dic mihi, ſi hæc à Deo ſunt, imò quia à Deo ſunt, quod operibus ipſis fit manifeſtū, quantum diſcriminis ſubis? Magiſtratus, ſi quæ vobis ego dixi à Deo ſunt, & illa oppugnatis, quantum periculi ſubitis? Si Deo obſiſtitis, ille fortiſsimus eſt, ſapientiſsimus eſt, neq; vincere illum poteritis. Italia ſi quę tibi dixi à Deo ſunt, & repugnas, quantum eſt tuum periculum & malum? Vnde ſatius eſſet, neutrò te inclinarī quàm obluctari. Tu quæcunque falſa credis, bonum hoc credere non iuuat. Tu aſtrologo fidem arrogas, ille tamen fabulas tibi dicit meras, in hoc aptas, vt ad focum narrentur. Alius credit diabolo, & dicit à ſe ampulla inclu-

Ariſt. 1. periher. c. 6. et 4. Metaphy. à textu. 10. latiſsime.

2. Timo. 2.

ſum teneri, tu gratis illi tepido credis. Tu credis alij qui in paupertatem redactus eſt,& dicit,ego peius habere nequeo,quàm habeã modò. At ſi ille pauper eſt, & bene vitã degere ipſi liberet, Deus illi proſpiceret. Tu igitur multis improbis credis,qui mille tibi falſa dicunt. Audi modò, quid Deus dicat contrà iſtiuſmodi diuinos & falſos prophetas.

Pſeudoprophetæ quales ſint late docet Hiero.

¶(Hæc dicit dominus ſuper prophetas,qui ſeducũt populum meũ.) Hæc dicit dominus ſuper pſeudoprophetas iſtos, qui veritati aduerſantur, & populos ſeducũt. & in ſua vota contorquent conciones ſuas, & ſi viderint dominis populoque in votis eſſe bellum, bellum prædicunt,ſi pacem illis cordi eſſe perceperint,prædicunt pacem. Iſti ſunt falſi prophetæ,& aſtrologi,& diuini ſimplicemque populum ſeducentes. (Qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem.) Ait dominus contrà iſtos,qui mordent dentibus,& dicunt poſtea,nihil erit mali. Caue mordentes iſtos. Genuinos illi habent canis rabidi, cuius eſt immedicabilis morſus.Et ſi qui ab illo morſus eſt,rurſus alium ipſe mordeat, & ille alium,omnes virus occupat, vbi autem, qui rabie laborat,aquam conſpexit oblatrat. Caue igitur tibi. Etenim ſi te momorderit,rabies te etiã occupabit,&te alterũ mordente,atque illo alterum,in omnes virus hoc tranſfundetur. Allatrare, viſa aqua, ſignificat viſa ab illis aqua doctrinæ Chriſti ipſos contradicere, & eam auerſari,nolentes videre illam, ac dicere de prædicante ipſam. Ipſe dixit hoc, ipſe fecit illud. Iſtud non erit, iſtud nõ eueniet. Et prædicant pacẽ. Tu demum dicis, pax,pax. Ego tibi reſpõdeo. Nõ erit pax. Et deniq; pactum ineunt. At ego tibi dico. Non erit pax. Et tu dicis,per multum lapſum eſt tẽporis denique, ille tamen non venit. Et ego tibi reſpondeo.Et ſi ille non aduenerit.

Morſus canis rabidi quam virulẽtus ſit. Cur cani ſimiles ſunt maledici. Ariſt.li.8. Hiſt. anima. c.22.ait hominẽ à rabido cane morſum nõ corripi rabie.

rit. Non erit pax in Italia. Ego dico tibi tempus breue esse. Et vadat quocunque libuerit, Gallorum rex, dico enim tibi tempus fore breue, & Italiã subuertendã, & destruendam. Ego non in vnum regem intueor, vt facis. Ego sursum intueor, illum nempe qui nunquam deficit. Si rex Gallorũ non venerit, non deficient Deo tonsores. Et erit tantum bellum, tanta pestis, tanta rerum caritas, & tanta strages, vt rari remaneant homines. Hoc est, quod ego tibi dico. Dicant, quod placuerit illis astrologi & pseudoprophetæ, quæ nos tibi diximus prorsus euenient, & ipsi pudefacti remanebunt, vt qui commenta sua fabulentur. (Et si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium.) Per sanctificare intelligit, asserere, & confirmare. Hi astrologi ni præmium illis des, malã tibi semper annunciant. Si tamen aliquid eis des, placẽtia tibi semper prædicunt, tepidi, si quippiam illis in os inieceris. Id est. Si eleemosinas illis largiaris, si sacellũ eis exædifices, aut quid aliud facis, quod è re sit illorum, semper, te in cœlum concensurũ dicunt, & pacem annuntiant: Porrò si nihil eis largiaris, in Orcum te descẽsurum dicunt. Audi modò quid dominus aduersus istos loquatur. (Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione.) Hoc est deceptio diabolica vestra visio erit, & tenebrę ignorãtiæ & peccatorum vestrorum erũt vobis diuinationis vestræ loco. Nomina hæc Diuini, & Diuinatio, in scriptura in malã partem perpetuò accipiuntur. Propheta verò & prophetia in bonam semper partem vsurpãtur, si absolute ponãtur. (Et occumbet sol super prophetas.) Sol iustitiæ, qui Christus est istis pseudoprophetis occũbet. Quia ipsis occultabitur, & occidet eis, quia vacui erũt fide. Vides istos astrologos, & Diuinos Christi fidei non assentiri.

De Carolo. rege Gallorũ loquitur. 8

Omnia impleta sunt postea, vt constat ex Historijs veris.

Auari sunt pseudoprophetæ.

Hypocritarũ auaritia.

Diuinus diuinatio, propheta et prophetia, quomodo capiuntur in scriptura.

Fides dãnat Astrologiã indiciariam diuinatricẽque.

Si enim assentirentur, viderent iudicatoriã astrologiã ab illa proscribi dãnarique, & non sectarentur illam. Occidet ergo illis sol. (Et obtenebrabitur super eos dies,) id est. Manifesta, & clara, & quæ minime sunt cõtrouersa, obscura illis erũt, & tenebricosa, & nõ assentientur illis. (Et confundentur, qui vident visiones, & cõfundẽtur diuini.) Id est. Pudefient pseudoprophetæ, & diuinatores, qui dicũt se visa habere, & egregiè mẽtiũtur, cõmenta sua narrantes. Vidistine aliquando aliquem istorum diuinorũ, & pseudoprophetarũ, qui tibi tribulationes impẽdère prædixerit, & postea tamen euẽtus non respõderit? Sane tu ipse nostra hac tẽpestate vidisti in tua ciuitate multos in hoc errasse, & pudefactos remãsisse. Isti autẽ alij, qui nostris rebus obganniunt, cum ipsæ euenerint, pudefacti remanebunt. Ah quãtus illorũ erit pudor, cũ se confusos videbunt. (Et operiẽt omnes vultus suos, quia nõ est respõsum Dei.) Tunc abscõdentur, & cooperient facies suas præ verecũdia, cum diuersum euenire viderint ab illis, quæ ipsi prædixerũt. Tunc siquidẽ cognoscetur, respõsa illorũ, resq; illorũ, quas prædicebant nõ fuisse à Deo. (Verũtamẽ egò repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio, & virtute, vt annuntiem Iacob scelus suũ, & Israël peccatũ suum.) Nihilò tamẽ seciùs ego spiritu & fortitudine Dei plenus, & iudicio, intrepidè peccata Iacob: Id est populi improbi, & scelera Israël, id est clericorũ, primorũ procerũq; annũtio. Tu hîc cernis hanc carnẽ, hæc ossa, ne attendas his, quæ cernis. Hîc enim est spiritus domini. Terribilis est locus iste, nõ est hîc aliud, nisi domus Dei & porta cęli. Vere dñs est in loco isto, & ego nesciebã. Ego plenus sum spiritu domini. Nõ ego, sed Deus loquitur. Christus est qui in me loquitur. An experimẽtũ quęritis eius, qui in me loquitur, Christus?

Vide magnificum spiritũ concionatoris & admirandam vim in dicendo.

Gene. 28.

2. Cor. 13.

Ego

Ego fortitudine ſpiritus eius plenus ſum. Ego nominē timeo, nō præfectos, nō mortaliū quenquā, nō horreo mortē. O magiſtratus Florentini, O eccleſiæ præſides, Durū eſt vobis cōtra ſtimulū calcitrare. Ego vitā fundere nō expaueſco. Italia, Italia tu huic ſpiritui repugnare nō poteris. Florentia, Florētia, Ciues, ciues, vos contrà hunc ſpiritū pugnare non valebitis. Ego ſpiritu domini ſum plenus. Equidē cōtinere intrà me nequeo ea, quibus me hic ſpiritus impleuit, tantus eorū eſt numerus. (Verūtamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domini, iudicioq;.) Nihilo ſecius iudiciūhabeo, iudicium inquā prudentiæ. Ego tibi nō dico niſi ea, quæ integrū eſt mihi dicere, per eum, qui cōmiſit, ea mihi, & quæ mihi prędiūtiandi facta eſt copia. Præter poteſtatē mihi factā, nihil tibi dico. Noui itaq;, & quæ ſum dicturus, & quæ celaturus. Ego ſum annūtiaturus Italiæ flagitia, & præfectorū ſcelera. Italia, Italia, Florētia Florentia, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſsi ſunt, tu occidere prophetas niteris Italia, tu curas Florētia illos interficiēdos, qui tibi à Deo ſunt miſſi. Tu prophetas illudis, tu, quæ ſpiritu domini dicta ſunt tibi, irrides. Ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Italia manebit deſerta. Domus veſtræ cōflagrabūt. Omnia proſternētur humi. Omēs interibitis. (Verūtamē ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domini.) Ego domini ſpiritu plenus ſum, vt errores veſtros vobis annuntiem. Quid vis tu dicere monache? Sine me tantiſper acquieſcere, & ego tibi dicam.

¶ O lapides qui toties tādiuque verba excepiſtis mea, inclamate, inclamate, quando iſti percipere illa nolunt. Altius intra vos illa recondite, vt in die iudicij teſtimonio aduerſus iſtos ſitis, qui mihi credere nunquā voluerunt. Lapides in die iudicij teſtificaturi aduerſus

Specioſa apoſtrophe qua duritiē mire ſuggillat.

vos

Acto.7. vos adſtabunt. Dura ceruice & incircũciſi cordibus & auribus,vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. O populum durę ceruicis. *Lucæ vltimo* O ſtultos & tardos corde ad credendum,in omnibus quę loquuti ſunt prophetæ.Opus eſt, vt tantiſper vos ego paternè carpam.Num vobis exci dit antè euentum illum fleuiſſe ipſos vos? Et ego dixi me vobis à Deo datum parentẽ veſtrum , tametſi ego indignus pater ſim.Et monui, vt verbũ illud altamente reponeretis. Vos tot conſpicati eſtis ſigna,& calumniari adhuc nitimini? Videmini mihi ſtulti omnes effici. Equidem ſentio à vobis dici, quæ neque pueri effutirent,neque amentes.Videmini mihi inſaniſſe. Profecto, ni tribus rebus cõtinerer,tàm obnixe precatus fuiſſem dominũ veniam hinc abſcedẽdi, vt iam ab illo impetrata aliò receſſiſſem , iamque dixiſſem. Petamus aliò ad fructificandũ. Sed primò voluntas dei eſt,quæ me detinet. Alterum eſt quo etiam detineor, ne deſolatos probos relinquam. Tertium eſt ne in hoc improbis gratum facerem. O nequam tu facile mihi vere dum emeres, vt proficiſcer hinc. Agite dum boni , ne timueritis. Ego neutiquam diſcedam. Permanere ſiquidem volo, vt quæ à me vobis dicta ſunt , adimpleri videam.At ego verum tibi dico, ego vehenti admodũ appetor tentatione abeundi. Et vereor ne fortè inſtinctus ſit dæmonis,vt opus Dei relinquerem. Abſcedere hìc voco, quieti me vacare,duntaxat, atq; intueri tantiſper,&ſinere te pauliſper agere,idq; ocij pro abſceſſu eſſet. Si, quæ tibi dixi,feciſſes, non adeò circumuerſareris , & pecuniam inueniſſes, atque omnia. Eſt abundantia pecuniarum in hac vrbe. Plus enim quàm ducenta , & pluſquàm tercenta millia aureorum ſuppetunt ei.Memini ante euentũ,voluiſſe primates colligere ducenta millia aureorum , & non fuiſſe inuenta,niſi quinqua-

Cur non reliquit Hiero. Florentiam.

quinquuginta millia. Et aiebant non restare plures nũmos, & tamen sunt posteà plures quatuorcentum millibus impensi. Tu denique huc illuc caput versas, nec viam inuenire scis. Ego sat scirem manum imponere, vbi illi sunt. Tu verum tuũ præsidium non vis inuenire. Fac quæ tibi dixi, & Deus sensum tuum diriget, vt omnia inuenias. Sed vos non vultis Deo attẽdere. Vos non vultis bene viuere. Attendite prius, quæ vobis dico. Hinc enim totũ vestrum est malum. Vos non rectà ad Deũ itis, vos concordes esse nõ vultis. Si aliquid proponit boni alius ei obloquitur, nõ quia credat, quod ipsemet dicit bonũ esse, sed vt alteri obsistat, ne illum honorem ferat. Tu facis, vt isti qui correctioni fœminarũ oblatrant, non ꝙ non agnoscant bonam, sed quia bonũ illud cordi non est facere. Dicit ille, ego vellem limbũ illũ ad pedes, alter vero nõ id vult. Et sic de his minimis valde differunt, & corrixantur, vt illa cõpositio morum non procedat. Ego limbũ non curo, neque has minutias, sed honestatem parcitatẽq;. Correctio illa decens erat, cur tu, vt vlla ex parte immutari queat permisisti? Ego tibi di cam. Sed dicito mihi prius, quare vxorum repudium iudæis permissum est? Cur vsura permissa est, si licita non erat? Hoc fuit sanè quia illæ duræ ceruicis erat populus, & reliqua bona non fecisset, nisi permisso illo malo. Ita & tibi pusillũ illud malum permissum est, quòd aliter hoc bonum non fecisses. Tu præfractus es, vt populus ille, sed cura modo, ne quod in honestate præcipuum est, negligatur, & sat est. Vos etiam proniores estis ad mala quàm ad bona, & iustitiam etiam exequendam non curatis. Ego intellexi totum diem ludo vacari. Vos prospicere istis non vultis. Multi etiã totũ diem obtrectationibus terũt, & obmurmurationibus. Punite eos qui huiusmodi sunt,
&

Inuidia incõsultationibus

Libellus repudij & vsura cur permissa sunt iudæis.

obtrectatores cōpescendi publice, publici sunt. & iustitiam exercete. At inquis, nos id incohauimus. Pergite ergo. Sed tu nihil facies. Apprehende quandoque amicum tuum, & fratrem tuum qui totū diem murmure peragunt. O monache nos etiā amicos tuos cōprehensabimus. Ego nullum hîc habeo amicū gentilem ve, nisi rectè agētes. Puni igitur errātes. Num credis me curiā habere, & omnes illos qui ad ędē diui Martini cōfluūt, meos esse amicos, & me cū illis omibus loqui? Erras. Ego neq; amicum, neque cognatum, vt tibi dixi, habeo. Exerce igitur iustitiam, & sume de fontibus pœnas. In me etiam animaduerte, si quidem ab officio desciuero. Et vt bene posis hoc facere, volo te docere. Tu scis à me tibi sæpe dictū, ex hoc suggesto spiritū sanctum tibi loqui. Infra autē loquor tibi ego, vt homo. Quocirca cum ipse errauero, dicito mihi. Tu dixti, te puniri velle, & dixisti quidē hoc pro suggesto, vbi spiritus sanctus loquitur. Et ideò pœnas de te sumere volumus, & quæ dixit Deus facere. Iustitiā itaque in omnes exercete. Occludite oculos. Attēdite interna. Ne faciem cuiusquā timeatis. Facite tamē, vt iustitia,

Negat Hier. sibi cū aliquo intercedere amicitias præter quam cū probis.

Arcendi sicophantæ. non vltio sit. Garrulatores istos qui ciuitatem vastant, punite. Ni puniatis illos, fouetis ipsos ad hoc, vt probos viros calūnientur, non citra graue iniuriam, quā sic accusati patiūtur. Scio quippe illos rectà gradi. O monache amicos hos tuos esse, suspicio est. Ego tibi dixi, mihi nullos esse amicos. Neq; alia mihi cū ipsis amicitia intercedit, quàm quòd certo scio, illos rectà ire, & bonos tuos conciues esse. At quid tu scis? Ego scio. Quippe qui habeo lancem iustam, qua cum liber, examusim pondus noui iustum perpendere. Exercete igitur iustitiam in iniquos, & tollite è medio sycophantas istos proborum hominum.

¶Ante hoc D. Ioannis festum nolo vos ad quadragesimalem

Cultus festi-diei diuo Ioã ni Bapti.

malem abstinentiam, ieiuniumque adhortari. Ego id vobis condono, quia æstus maximi vigent. Curate vt eius diei peruigilio vnusquisque vestrum ieiunet. Sic etiam pueri mei ieiunabunt eodem die peruigilij diui Ioannis. Est enim vestrę ciuitatis patronus, & interpellabit pro nobis ante dominũ. Prouideri etiã hoc oporteret, vt in tãto festo præsidis vestri nõ vacaretur mercimoniis vendendis, aut emẽdis. Festi dies ad laudem Dei sunt instituti, non ad vacandum cõmerciis. Hisce diebus solẽne est dulciaria ista vestratia ex ouis & saccaro facta, & mille nugas venundare. Oportet hæc auferri è medio, & vt pueris integrũ sit per magistratus à vendentibus ea tollere, & pauperibus dare. Sub hæc intellexi ad aspergendam aquam iri, tu me tenes, ego reuerenter loquor, in certa loca, vbi cruces aliæque imagines pictæ sunt, quod paruã crucis Christi venerationem inducit. O pueri curate, vt ad delendas illas, atq; calce obducẽdas eatis. Orate denique omnes, quia dominatus ocius creandus est, vt Deus nobis dominatum mittat rectum. Opus enim vobis est. Opus est vnusquisq; vt preces adiũgat, & prorsus Deo fidire, & post ne timueritis. Nam qui domino cõfidit, nihil est quod timendũ habeat. Curate autem vt illa vera sit fiducia. Qui confidunt in domino sicut mõs Sion, non cõmouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. Montes in circuitu eius & dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc, & vsque in seculũ. Quia non relinquet dominus virgam peccatorũ super sortem iustorũ, vt non extendãt iusti ad iniquitatẽ manus suas. Bene fac domine bonis & rectis corde, declinantes autẽ in obligationes adducet dñs cum operãtibus iniquitatẽ pax super Israël. Confidite Deo, & quærite prius spirituale, quàm tẽporale bonũ, & absque dubio, Deus vobis suppetias feret.

Mercimoniorum abstinẽtia in diebus festis.

Iuxta crucẽ et sanctorum imagines cauenda irreuerentia.

Orandum ante creationẽ magistratuũ

Psal. 124.

Fiducia Christiana qualis debet esse & quis eius fructus.

persuadetis

persuadetis ne vobis ipsi, Deũ velle improbis benefacere,& non bonis,neque his qui recte agunt? Hæc sen tentia atque persuasio infidelis & pagana est. Est nanque Deus bonus,& vnicuique bonorum benefacit. Et ideo ait textus noster.(Audite hoc principes domus Ia cob, & iudices domus Israël) Audite hoc ò principes, & præsules Italiæ. Audite hoc magistratus Florentiæ. Audite hoc extremum verbũ,& posteà domũ adite.

¶ (Audite hoc principes domus Iacob , & iudices domus Israël,) Audite parumper ò Ciues, audi tantisperdum Florentia. Facite illud, quod vobis dictũ est. Sed vos tamen dicitis.Nobis aliud negocium est,quod lon gè amplius è republica est, quàm hoc. (Qui abominamini iudiciũ,&omnia recta peruertitis)Vos recta detestamini,& quę vobis dicta sunt ridetis.Ego vobis asfero,hæc ardua & vobis conducentia esse apud Deum. Vos dicitis aliud vobis agẽdum instare. Facite,inquã, hoc prius, & reliqua prosperè cædent vobis.Ni hoc fa ciatis semper de reliquis deliberabitis,& omnia indefi nita remanebunt. Idem hoc vobis dominico die proxi mè lapso dixi.Dicite mihi tantisper, quid tum postea? Quid definitum est? Fecistis ne quicquam boni? Alius dicit. Heu me, heu me. Actum est de nobis. Ac si Florentiæ non inesset Deus , aut quasi nõ essent Florentiæ angeli eius. Confidite,aio vobis Deo. Pœnitentiã vestrorum erratorũ agite. Procedat de more pompa in hoc D. Ioãnis peruigilio. Sed facite, vt illa lachrymis sit plena,procedite nudis pedibus.Agite pœnitentiam vos boni pro prauis. Praui siquidem in causa sunt mali totius populi. Achor vnus peccauerat, & tamen debilem residuum populum reddebat, cum essent in illo plus quàm sexcenta millia hominum. Ita isti improbi vires omnium reliquorũ extenuant. Agite ergo pœni tentiam

Supplicatio solẽnis Florẽtiæ die d. Ioãni festo.

Improbi in causa sunt vt flagelletur cunctus populus à Deo.

tentiam, & fidite Deo, & sperate in illo, & videbimus num aliquam gratiam obtinere nobis liceat. Non est dubitandum, Deum velle bene facere ad ipsum confugientibus. Quippè bonus ipse est. Adde quòd caput, quod subsequitur in nostro propheta, multa munera Dei cõtinet, & spẽ vobis oportet faciat etiã. D. Ioãnes qui patronus est vester. Videbimus igitur, num aliquã gratiam obtinere possimus, quoniàm deus paratus est semper, ad bene faciendum bonis. Porrò improbis afflictionem immittet. Audi quo pacto id textus noster dicat. (Qui ædificatis Siõ in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super dominum requiescebant dicentes. Nunquid non dominus in medio nostrum? Non venient super nos mala.) Audite hęc. Hoc ipsum nõ solũ fit Florẽtiæ sed etiã alibi. Extruũtur em̃ ædes & pulchra palatia pauperũ sanguine, & principes in muneribus iudicãt. Ille tollit munus sibi donũ missum. Tu triticũ recipis, & vinũ, & bombycẽ, & quadraginta aureos, qui tibi dono sunt missi. Videntur tibi pulchri. Tu illos capis, & ius puertis. Et dicis. Opus est personæ rationẽ haberi, neq; hæc illi pœna infligi potest. Discrimen fiat, oportet. Et hoc pacto omnia destruis. Sacerdotes etiam mercede prostituunt sacrificia, & statas preces, quæ in templo persoluuntur. Concionantur etiam mercede, & lucro, aut census, aut honoris. Oportet animo dicẽdi veritatem Christi concionari. Atq; adeò animo si opus sit, vitam ob ipsum gladiis opponendi. At isti prædicant pacem. Et aiunt. Ne time Italia. Id non eueniet. Id minime erit. Et egregie mentiuntur. Dicit aduersum istos dominus. (Propter hoc, causa vestri, Sion, quasi ager arabitur, & Ierusalẽ quasi

Simonia & auaritia carpuntur.

Prauiudices reprehendũ.

Missæ pura mente celebrandæ.

Concionatoris mens qualis debet esse in conc.

acervus lapidum erit. Et mons templi in excelsa sylvarum.) Ait propheta Sion demoliendam, & aratro subigendam, & Ierusalem, ceu acervum futuram lapidum, & eum mõtem in quo erat edificatum templum instar sylvæ futurum. Ita & ego tibi dico Italia. Ita tibi dico Roma. Omnia humi prosternentur. Et arces tuæ erũt acervus lapidum. Terræ tuę sylvescẽt. Roma templa tua in equilia vertẽtur, vbi exotici stabulentur equi. Omnia diruẽtur ab hominibus, quæ omnia ingredientur, & penetrabũt. Ego tibi hoc dico Italia ego tibi hoc dico Roma. Ego tibi hoc dico in nomine domini, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Omnia hæc ad lineã euenerũt sub Cleme. 7. vt certissimis monumentis patet, quæ sunt stam hãc Romæ calamitatem memoriæ prodiderunt.

Homilia decimatertia habita

die. D. Ioanni Baptistæ sacro, octavo Calẽdas Iulij. Anno. 1496. super Michæam.

Et erit in novissimo dierum erit mons domus domini præparatus in vertice montium Michææ. cap. 4.

Epilogus concionis superioris.



CVM post primi parentis peccatum, dilectissimi in Christo Iesu, humana natura absq; originali iustitia remanserit, cumque in homine duplex natura, hoc est rationalis, & corporalis sit, quibus constet: quæque secum ipsæ mutuo belligerentur, nihil mirum, si, vt concionẽ superiore vobis diximus, tot in eo errores, atq; adeò tot mõstra reperiantur. Nam cum parva illi à lumine naturali cognitio divinarum rerũ affulgeat, habeatq; præterea sensus, qui semper ipsum ad ima trahant cognoscenda, quę semper illi præsto sunt, divina deserit, quæ

Cur homo in tot errores cadit ac tam cito divina deserit.

quę minime videt, atq; hoc pacto sensibilibus sese implicat, & in mille errores labat, & mille edit monstra, quod spectat tū ad irascēdi, tum ad cōcupiscendi vim. Vnde experientia videmus, hominē diuina gratia vacuum, bellaciorē, salaciorēmq; esse, & in plura errata decidere, pluraq; portēta vt diximus edere in sua specie, quam quoduis aliud animal. Quod ad volūtatem similiter attinet, homo gratia destitutus Deū derelinquens, qui finis eius est, erroribus euadit plenus, vt qui ad creaturam ceu ad finem conuertatur. Intellectus etiam ipsius erroribus impletur. Sensus quippe maxime fallitur, longè secus de rebus iudicās, quàm ille habeant. Vnde oculus videns solis corpus videt, & iudicat ipsum paruū, & sic sensus decipitur. Qui post phantasiæ imponit, & phantasia intelligentiæ. Et hoc pacto homo gratia destitutus illustranti ipsum, habet intelligentiam plenam falsitate, & in mille incidit errata, & in mille ostenta. Ad hæc ignorantia, & studij defectus literarij & affectus, quibus ducuntur homines iudicium rationis impedientes & in causa sunt, vt in homine multi errores, multa temeraria iudicia, & multæ sint falsitates. Vnde cum homo nequam propter hos affectus propensior sit in malum, quàm in bonum, facilius semper credit malum, quàm bonum. Præterea, vt diximus, homo sine gratia & sine fide citius inutilia sibi, & noxia, quàm quæ sibi vtilia sunt, credit. Et ideò ægre, quæ fidei sunt credit, quæ tamen vtilia illi forent. Contrà autem homo, cui gratia Dei adest, lumenque fidei habet, terrena deserens, ad diuina se conuertit, & pudicus, supplex, rectus corde, & fidelis efficitur, non citius quàm bona, credit mala, sed contrà citius bonum, quàm malum, & amat potius vtilia, q̄ inutilia, id est, antiquiora ducit diuina, quam

Damna peccatoris magna atq; delenda.

Simile.

Impedimenta rectæ vitæ defectus gratiæ, ignorantia perturbationes aīi.

Cur homo citius credit mala aliorū, quam bona.

Fidelis infidelis, & peccator prob. & vaco quid distēt

humana,atq; terrestria. Sed praui qui credere detrectant,& fide vacant, vt diximus, miracula semper videnda sibi, exhiberi petunt. Et adhoc responsum est, in his,ad quæ ratio pertingat, non opus esse miraculo. Superesset enim. Aiunt isti philosophi nihil in natura superfluere,aut deficere. Quod si res quæpiam aliquo superfluat,aut deficiatur,vt si verbi gratia,homo quatuor tantùm,aut sex etiam digitos in manu habens nasceretur,monstrum, & non res naturalis appellabitur. Et ea re si hoc modo,cum ratio ad illa pertingat,&cōprobare posit, miraculo adstruere velimus,superfluū sit,& portentosum. Diximus quoque à Christo nullū editum miraculum philosophiæ cōprobandæ,vt quæ natura disci posit, & ratione ostendi, & constabiliri. Fidem itidem Christi, quæ nunc tam est nota, nullis comprobare iam miraculis opus est. Nihilo tamē secius diximus,si deniq; id opus esset,& tot fortè inūdassent praui,vt rationes hasce è manibus proborum excuterent, atque simplicium, proculdubio Christum vobis miraculum editurum. Sub hæc carpsimus acerbisimè improbos: Et quoniam vulneri cum vinum, tum oleum adhibetur, vt illi qui descendens ab Ierusalem in Ierico à latronibus vulneratus fuerat, Samaritanus adhibuit,cum vinum iustitiæ propheta noster superiori capite applicuerit, hoc est, cum improbos suggillarit,& impendētia illis mala prænuntiarit. Succedit quartū caput, quod oleum misericordię ministrabit post mala, vtpote quod multa prędicit bona. Agite ergo aggrediamur quartum hoc caput.

In his ad quæ ratio pertingit non opus est miraculo.

Simile.

Christus nullum miraculū edidit ad philo. cōprobandam.

Lucæ. 10.

¶Nos præcedentem concionem ad improbos habuimus,hoc manè ad probos facit,quod loquemur. O pater, qui sunt isti probi? Ego credo multos bonos esse: Sed prauus, qui rectè agere non vult, perdit etiam & sensum

Caput. 4. Michææ.

ſenſum, vt alias tibi dixi, neque credit vllum probum eſſe, & ſimilis eſt ſtulto de quo Salomō ait. In via ſtultus ambulans cum ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos ęſtimat. Nos ergo peracerbè improbis loquuti ſumus, qui nihilo ſecius in dies ſunt obſtinatiores animo. Tu miraris, tantam illis ineſſe peruicaciam. Ne tibi ſubeat admiratio. Improbis mos eſt à concionibus abeſſe plurimùm, vbi quo pacto ad Deum poſſent regredi, valerent addiſcere. Porrò ille ob ipſorum ſcelera hoc eis non donat, imo ipſo permittente in dies peiores fiunt. Sic ſemp in diuinis reb⁹ vſu veniſſe, videas. Vade, lege patriarcharum, & prophetarū res, inuenies improbos, qui diuinis operibus obluctati ſint, quò plus eſt ꝓgreſſum opus, eo ipſos deteriores euaſiſſe. Ipſi inſtar incùdis ſunt, quæ, quò plùs malleo percutitur, plus cōſtringitur, & obduratur. Ita improbi, quò plus tribulantur, quóq; infeliciora illis cędūt, hòc obduratiores, nequioresq; fiunt. Ferrū calens cādenſq; qđ bonos ſignificat, cum malleo ferreo ipſum petis, formam tibi placitam ſubit, & ab hac forma in illam mutatur, incus autem immota permanet, neq; formam mutat vnquam. Vos igitur boni, qui creditis, agite gratias Deo, qui hāc formam vobis indidit, & ſcribetur de vobis, vt de illis, qui crediderunt Chriſto, & prophetis memorię proditum eſt De quibus multa bona ſcripto ſunt commendata. De vobis autem improbi multa in memoriis ñarrabuntur. E. dicetur veſtra infidelitas, infauſtuſque euentus veſter. Vos autem probi meliori adhuc loco, quàm hic ſit inſcribemini, illi nempè viuentium volumini vitæq; æternæ. I ſi autē in terra ſcribentur. Hoc eſt in orcum trudetur. Atqui dices mihi. Quid tu aliàs tàm acerbe eos ſuggillaſti? Apoſtolus me edocuit. Nos eius ſumus filij. Et ab ipſo par eſt, nós addiſcere,

Improbus ægre probitatem aliorum credit.

Eccleſiaſtes. 10.

Improbis ingratæ cōciones quare ra ro ipſis adſūt

Mos aduerſantium diuinis rebus.

Candenti ferro ſimiles probi.

Improbi qui bono publico ſunt noxij à cerbe carpendi ſunt exemplo Pauli.

tametsi filij ipsius appellationem indignè ego feram.

Ad Tit. 1. Audi quid scribat Tito apostolus. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, seductores, maximè qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docētes quæ nō oportet turpis lucri gratia. *Epimenides.* Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta. Cretenses semper mendaces, malę bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est. Quā ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum, auertentium se à veritate. Sunt multi loquutulei, & impostores, qui à Christi veritate homines abducunt, & bona semper peruertunt. Ait Apostolus hos, carpe, qui plurimùm ex circuncisione sunt, qui nostra hac tēpestate tepidi sunt, qui domos peruagantur, & quasdam ceremonias docent minime salutares. Illas verò quæ saluti animarum forent, nullatenus quærunt. Dixit quidā ex illis proprius ipsorum propheta. Prophetam vocauit hunc apostolus, non quia propheta erat, sed quia ꝓpheta interpretatur videns, & quia ipse bene illos nouerat. Ait ergo Paulus, improborum illorū prophetā quempiam dixisse. Cretēses semper mendaces, malę bestiæ, ventres pigri. Ita ego tibi dico popule Florētine, qui mendacia haud quaquā inuenire cessas, Ab his tamen deberes quiescere iam. Quippe cum ex hisce omnibus pudefactus fueris relictus, par esset illis desistere dicendis. Sed tu vultum sumpsisti meretricis, & nullius te rei pudet. Par esset, te nosse, mendacio breuia esse crura, & ipsum parum durare. Tu mala es bestia, vt Apostol⁹ dicit. Scio tibi dicere, multas inter nos versari bestias, atque adeo quasdam ceu rabie percitas, in omne malum promptas. Estis etiam pigri ventris, nulli rei alij, quàm comessationibus vacantes, & genio

Florētiæmuli erant simi les Cretensibus in mēdaciis confingēdis et in reliquis vitiis.

Parœmia.

Florentinarum conmessationum gulæq; licentia.

& genio indulgentes, & in fide recti ſtare non vultis. Sed oportet vos ad recta ingrediendum agi inſtar aſini, idque fuſtigatione. De his, qui huiuſmodi ſunt, ait Apoſtolus. Increpa illos dure. Debetis inſuper eos increpare, quemadmodum ille nos docet. Et tu, qui dono iſtud cognoſcendi prædıtus es, debes increpare illos, & dicere. Quieſcite. Et debes etiam oſtendere illis rationem, & defenſa veritate, vt obmuteſcant facere. Debetis liberos veſtros docere, & generos veſtros, vt taciti quieſcant, & veritati obloqui deſiſtant. Increpa igitur illos durè. En, iuxta Apoſtoli doctrinam fecimus, qui acriter in improbos inuecti ſumus. Regrediamur nunc ad bonos, & incipiamus loqui eis.

¶Sane id capite. Ego non vos ad enſem aduerſus prauos aduoco. Sed verbis volo ipſos à vobis quandoque arceſsi, & officij ipſos neglecti incuſari. Haud quaquã velim per vos ſcandalũ cuiquam oppoſitum. Si tamen illi veritatem impugnant, ne torpeatis & vos, ſiquidẽ ſi & boni tacerent, neq; veritatem propugnarent omnis veritas interiret. Facite, quemadmodum dicit Salomon. Ne reſpondeas, inquit, ſtulto iuxtà ſtultitiam ſuam. Et ſtatim. Reſponde ſtulto iuxtà ſtultitiam ſuã. Quaſi dicat. Verte ei terga. Sic & tu cum his te gere qui veritatem oppugnãt. Quandoque, ceu cum ſtultis, cum illis agito, & reſpõde nonnunquam, præſertim illis, qui ſapientes ſic apparent. Et dic. Fatue adeſdum tantiſper. Quibus tu rationibus ad obtrectãdum permoueris? Sicq; ab ipſo ignorari quid faciat, edoce. Ad prophetã igitur noſtrũ accedamus, qui dicit (In nouiſſimo dierũ erit mons, &c.) Propheta iſte in hoc loco aduentum ſeruatoris annunciat. Quãtum tẽpus interceſsiſſe putas antequàm dictum eius rei euentu verum compro-

Improbi ſuauiter carpendi corripiendiq́ à probis.

Aduentus Chriſti prædicitur à Michæa pluſquàm. 600 annos antequàm Chriſtus veniret.

comprobaretur? Interiecti sunt plusq̃ sexcenti anni. Proh, si ego tanto antè res prædixissem, tu diceres me stultũ esse Et alius diceret. Tunc tẽporis equidẽ iam obiero. Ego nihil de hoc cogitare volo. Dicant homines, quod illis libebit, q̃d me attinet de his quę meo tẽpore nõ sunt futura, satagere? Nõ bene affecto difficile est p̃suadere animæ immortalitatẽ, cõtrà benè affecto procliue est. Itidẽ, qui prauè affectus est, nõ cogitat diuina, neq; illa curat, si sciat suo ipsius tẽpore nõ cõplenda, & hoc inde euenit, quia ille aliã nõ putat, esse vitã. Ait Albertus Magnus eximius rerũ naturalium indagator, inueniri quæpiã loca vbi est aqua lapides producẽs. Et nõnunquã, inquit, euenit, vt aliqua arbor in eam aquã incidat, & vis eiusdẽ aquæ tangẽtis, incoraliũ, vertat, nec vltrà arbor est, sed aliam subiuit formã, nempè lapidis. Quippe quę suo in loco non institit, sed in illam aquam incidit, quæ illam formam illi dedit. Idque adeò verum est, vt cõfirmet Albertus, nonnuq̃ nidum, & auiculas incubantes arbori illi in lapidem verti. Ita si homo in loco resideat suo, & lumine, quod habere potest illustratus esse velit, agnoscet facile animam esse immortalem. Sed si rationi non acquiescit, & sinit sensibus se trahi, à metallo illo, seu ab illa vena rerum sensibilium, lapis efficietur, & facile ei suadebitur animam esse mortalem, & hic æternùm manendũ, & alibi non esse vitam alteram credet. Sed vos probi si bonã vitã sectemini, facili negocio cognoscetis animam mortis esse nesciam, & crederis diuina. Addit Albertus Magnus, quorundã opinionẽ esse leonẽ perpetuò, naturaq; laborare febre quarto quoq; die recurrenti. Quibus ipse nõ adstipulatur. Nam si ita haberet, natura causa defectus fuisset illi. Sic etiam si anima hominis morti esset obnoxia, frustrà hoc desiderio laboraret

Praua vel bona affectio p multũ facit ad adhibendam vel derogãdam fidẽ alicui.

Albert. li. 1. minerali. c. 7.

Mirifica vis aquæ.

Animæ immortalitas creditu facilis syncerem & candidè rationes intuenti.

Alb. 22. de anima.

raret

Prima ratio ad immortalitatem animæ aſſerendam eſt deſideriū vniuerſale ſciendi hāc ipſam veritatem.

raret ſciendi num anima immortalis ſit, & natura cauſa eſſet vt hāc imperfectionē haberet. Atqui videmus ab orbe cōdito in præſens vſq; tēpus homines ſemper id veſtigaſſe,& hoc deſiderio laboraſſe, nēpè ſciēdi ſitne immortalis anima,an mortalis,& hoc ſtimulo ſunt acti ppetuò,& hac anxietate ſemper laborarūt. Quod imperfectionem eſſe non par eſt dici,neq; dici poteſt, ſtimulū hūc à natura hominibus fruſtrà ingeneratū.

Confirmatio primæ rōnis.

Dic mihi,quid hoc eſt,quod te domi cadauer aliquod habēti,ſi noctē ſolus peragas, timore corriperis? Hoc non aliud portēdit niſi,te hominē illū,qui obiit,omninò obiiſſe haud credere & credere poti⁹ aliquid illius ſupeſſe, qđ viuat. Tu nullū aliud animal,qđ domi tuæ mortuū eſſet timeres,hominis verò cadauer times.Sic etcætera animalia non timēt reliquorum animātium cadauera.Tranſit equus inter mille equorū cadauera, neq; illa timet.

3.Ratio.

Præterea niſi homo immortalis eſſet, miſerrimum & infœlicisſimū omnium aliorum animalium eſſet. Nō enim reliqua animalia tanta anxietate cruciātur indiſquirēdis veſtibus,domibus, & ſimilibus reliquis,quæ ad victū illis,atq; veſtitū opus ſunt.

Confirmatio.

Homo itē ſpurcius animal eſſet reliquis omnibus, niſi ſplēdorē nitorēq; ſibi perēni cura adhiberet ſemperq; ſe exornaret, aptaret,perpoliretq;,&iccircò infœlicisſimū eſſet omnium animaliū,ni eſſet inmortalis.Multas eaſdemque efficacisſimas rationes adducunt philoſophi,quibus luculentisſimè manifeſtum faciunt,animā hominis immortalē eſſe. Quas hîc nō oportet referre.

Animā eſſe immortalem conſenſus fuit philoſophorū omnium.

Denique de animæ immortalitate inter omnes philoſophos conuenit. Porrò fuerūt,qui dixerint,verū quidē eſſe,animam eſſe immortalē,atqui vnicā eſſe duntaxat animam vnicumq; intellectum in vniuerſis hominibus.Atq; ita tulit praui illius, atq; peruerſi cō-

3. de anima. mẽtatoris. Auerrois opinio, quę si vera esset, cõficeretur Dei de mũdo prouidẽtiam negãdam esse. Non enim bonos in altera vita pręmio donaret, cũ tñ in hac vita plerũq; afflicti visantur, neq; in multos, vt par est illic improbos animaduerteret, quibus hîc semp bene cessẽrũt res. Vndè si vnica esset anima, vnicusq; intellectus Deus mũdi prouidẽtia vacaret, & Deũ iniustũ esse efficeretur, qđ est falsissimũ. Accedit ad hęc, ꝙ aĩam partim in hoc mũdo, partim vero extra mũdum hũc videmus esse, hoc est, dimidiũ illius, vt sic loquamur, in hoc corpore propter sensualẽ portionẽ, & dimidiũ extrà corpus ꝑpter intellectualẽ qđ immortalẽ ipsa esse declarat. Oẽs etiã ratiões fidei quę de Chro habẽtur, quibus mõstrañ esse Deũ verum, hominẽq; itidẽ verũ, animam quoq; immortalẽ esse probãt. Nam si Deus homo factus est, & vt hãc ipsam animã saluã faceret occũbere voluit, ipsa ergo immortalis est. Autoritas itẽ tot priscorum sanctorũq; virorũ qui oẽs huic fidei assentiri voluerũt, animæ immortalitati permagni momenti est. Neque ipsos deceptos oportet credi, quippe qui homines fuerint docti, & vita intellectuq; purissimi. Et quò purgatior quisq; intellectus est, hòc ampliꝰ veritatẽ intelligit. Ipsi igitur ipsam intellexerunt. Et ideò in rebus certissimis habemus, animã esse immortalem. Adde, ꝙ lumẽ internũ fidei, quod ego apud me sentio, mihi id persuadet, ostendẽs mihi hãc ipsam animam immortalẽ esse. Quocircà, ego inclamo, & prædico timorem amorẽq; Dei: in illa siquidem altera vita malum ac bonum, quod gessimus commista videnda sunt posteà. Qui male egerit in infernum mittetur, qui bene in æternam commigrabit requiem. Benè sanè. Quid verò hisce nobis significatum voluisti monache? Volui tibi hanc ratiocinationem præludere, quò præsens

Stultam hãc eandẽq; hæreticã Auerrois sentẽtiã D. Th. in mille locis hac et multis aliis rationibus explosit.

5. ratio.

6. ratio fæcũda & pulchra.

7. ratio. eximia item.

8. ratio.

Quorsum non leui brachio Hier. animæ immortalitatẽ substituerit hîc.

præsens caput meliùs tibi elucidarem. Fac igitur mihi tantillũ quiescendi copiã, & ad rẽ ipsam descẽdemus.
¶Anima nostra partim est in hoc mũdo, partim extrà ipsũ. Hoc est partim inest corpori, & partim est extrà ipsum. Et vocãt philosophi corp⁹, quoddã aiæ domicilium, dũ in hac vita est. A quo post ꝓficiscitur, & in aliũ locũ cõmigrat. Scis tu quid sit mori? Mori nihil aliud est, q̃ è cubiculo incubiculũ alterũ immigrare, ex quo videatur hoc alterũ cubiculum, vnde anima exierit. Mori perinde est, ac si tu incubiculo quopiã locarêris, vnde hortos tuos, & reliquas domus partes contẽplari posses. Scis quid sit mori? Perinde in morte vsu venit, atq; cũ quis personatus incedit. Dum hîc degimus, ceu personati sumus, nec quis sit vel nõ sit nobilis, aut princeps apud Deum, cognoscitur. Vnde sicut vsu venit quandoq;, vt nobiles personati vadant, & amictu procedant gerulorum, aut rusticorũ, nec cognosci potest, sint ne nobiles, an ignobiles, Ita & Christi serui in hac vita personati sunt, & non agnoscuntur quandoq;, at quãdo in altera vita erũt, persona iã deposita ista, erũt in dñi curia, tãquam qui verè sint nobiles. Scis quid est mori? Ego alio adhuc pacto id exponere tibi volo. Mors quædã est fabulæ actio, in qua vides multos amictu esse regio, alios vestibus dñatum præ se ferentibus indutos, alios, fœmineo mundo ornatos, qui tñ neq; reges, neq; dñi, neq; fœminę sunt. Vbi autem vestes illas exuerunt, clarè cernis, q̃ sint. Scis tu quid est mori? Vis ne tibi clarius dicam? Mori haud aliud est, quàm vinculis quibusdam solui, & ingredi verè in longe arctiorem carcerem longeque arctiora vincula, aut in veram omnifariamque libertatem educi, in qua pro votis contingat vita. Qui in lethali culpa occubat, exit ab his mundi vinculis, & in gehẽnam coniicitur,

Mori quid sit eleganter & copiose.

Serui dei in hoc mũdo nõ cognoscũtur.

vincula

vincula longe arctiora, longèque horribiliorem carcerem, idq; ita, vt nulla sit inter hæc collatio. At, qui amicus Dei obit, egreditur mundi huius carcerem, atque vincula, & in cælum conscendit libertate fruiturus, aut si demùm Purgatorium petat, suo tēpore exeundi spem habet, & libertate se donatum iri itidem sperat. Quid dicere vis monache? Dico à scriptura vitam æternã promitti, & bonã vitam nos doceri. Sed carnalis homo id non recogitat. Et dum audit, si benè degat, beãdum se esse in cælo, nihil id morari videtur. Sed tūc modò attēdit, & lætatur, cum tēporalia ei promittuntur, vt Israelitæ illi, qui in deserto erant, faciebant. Quibus, cum terrã promissam à Deo Moyses irē promitteret, ob tēporalia bona tantū lætabantur. Et ideò afflictionē nullã volebāt ferre. Accipito nūc axioma hoc. Quandocunq; Deus alicui populo, ærūnas, & fœlicitates ipsius, vt prædicantur facit, si qui sunt, qui nulli⁹ rei præter tēporaliā bona rationē habēt, illi oēs murmuratores sunt, qbus posteà De⁹ succeset, & ab illis & tēporale & spūale bonū tollit. Vide vt popul⁹ ille Aegypto eductus à Deo, vbi tanta seruitute premebatur, à qua etiam ipsum exemit, cui tanta quoque bona pollicitus fuerat, vbi Pharaonem insequentem se vidit, subito fide excidere incœperit, & obmurmurare, Porrò Deus, qui per q̄ bonus est, rubrū mare dissecuit illi, & man⁹ Pharaonis euasit. Et cūctos hostes suos vidit extinctos. Nō sat id fuit, nã paululū cū processisset Israeli ę ipsi nō post multos dies, inuētis aquis amaris, murmurarunt, & Deus Moysi ministerio eas ipsis indulcauit. Cumq; adhuc vlterius progressi essent, & farina quam Aegypto exportarāt defecisset, obmurmurare denuò incœperūt. Et Deus illis māna largit⁹ est. Et adhuc murmurare perrexerunt, quod ipsis manna neutiquam

Carnalis hō non mouetur promissione immortaliū bonorum sed mera temporalia recogitat ipsisq; ducitur tātū.

Exo. 13. Exo. 14. Psal. 105. & Psal. 77 et Psal. 135 & Ecclesia. 39. et Heb. 11.

Exo. 16. Nume. 11. Psal 77. Sapien. 16. Ioann. 6. 1. Cor. 2. 2. Cor. 8.

neutiquam placeret. Quare Deus aduersus illos iratus est, & dixit Moysi, cordi sibi fuisse in promissam eos terram breui traducere, propter ipsorum tamen murmur dixit. Vos quadraginta annos in eremo ista manebitis, & immoriemini, & dein liberi vestri, erunt illi, qui in promissam terram ibunt. Et sic factum est. Et occiderunt in eremo illa sexcenta millia bellatorum absq; reliquis, qui etiam interierunt. Huiuscemodi ob murmuratores & homines absque fide, Deus decipit. Quid tu ais monache? Aio à Deo istos decipi. Et aio bonum illis spirituale à Deo sub specie tẽporalis ostẽdi, & illos ob sua peccata à se ipsis visu orbari, & ingenio & cognitione destitui, quibus agnoscãt Deum velle per illud temporale bonum ad spirituale ipsos perducere. Et iccirco falsi remanent. Ita dicit Iob. Decipit eos, vt frustrà incedant per inuium &c. Ne tamen intellige inde Deum proprie cuiquã imponere. Sed sic dictum volui, quia non dat lumen huiusmodi murmuratoribus ad cognitionem. Deus tẽporabilibus bonis ad spiritualia vellet eos traducere, quia id præsertim pro scopo ceu proponit, atq; intelligit. Et hoc lumen illis non tribuit. Quippe non merẽtur illud ob sua peccata. Hoc modo scribę & Pharisæi decepti sunt, q̃ hoc lumine vacarunt, & sic etiam multi alij illius tempestatis, qui putabant Christum velle regnum temporale Ierosolymæ occupare. Ita & nostræ tẽpestatis principes decipientur, qui nolunt spirituale bonum intelligere, quod Deus facere vult. Et vacant hoc lumine, quia respuunt illud. Hoc idem est, ac si dicatur. Ne nõ tu & absq; lumine ambula, male quippe habebis. Tuũ igitur est damnum si absq; lumine eas. Electi Dei lumen deferunt incedentes. Si tu solo temporali bono duceris, Deus illis spirituale commonstrat. Ita oẽs illi qui

Nume. 14.
Iosue. 5.
Psal. 94.
1. Cor. 10.
Nume. 11.
Mira vltio murmuris et infidelitatis.

Quibus bonis priuet murmuratio contra diuina.
Iob. 12.

Expositio est d. Th. Ioh. 12

Opinio quorũdã d Christo.

qui ſub tempus Moyſi & Chriſti lumen deferebāt, fuerunt electi. Tu obiicies. Non igitur ſumus nos temporale bonum habituri, quod promiſſum eſt nobis? Ego id non dico. Aſſero tamen omne temporale bonū tibi à Deo promiſſum, tēporaliter abs te obtinēdum. Sed aio Deū præſertim in ſpirituale intueri, ne credas me tibi impoſuiſſe. Sed tu nihil ad ſpirituale attēdis, imò oculos ſemper in temporale detines fixos. Dicebāt illi Moyſi vbi eſt repromiſsiōis terra, quā nobis narraſti? Ita & tu ais. Vbi ſunt Piſę, nobis reſtituēdę? Tu tēporale ſolum intueris. Ego tibi aſſero tibi reſtituēdas Piſas omninò. Sed tempus adhuc nō eſt. Quantū eſt lapſum tēporis deniq;, ex quo tua ſolatia promiſſa tibi fuerūt? Annus quidem vnus effluxit, & nō multum temporis præterea. ergo, & lege ſcripturam omnem, & reſpice hùc, atq; vide, nū tāti boni ꝓmiſſa tā breui impleta reperias. Nullā ſcripturā talē inuenies. Ita igitur hi murmuratores falluntur, non intelligentes ſcripturas. Sed ſine me pauliſper quieſcere, & pergemus.

¶Scrutamini ſcripturas. Ite, ite & ſcripturas legite. Et deinde loquimini. Vos ne pagellam quidem ſcripturę noſtis, & vnuſquiſq; veſtrum definire præſumit. Veſtrum, omniumq; malum hinc eſt, quantuncunq; eſt, quòd ſcriptura ignoratur, quæ pulueri relicta erat. Quid de aurificis arte diſſerere aut iudicare vis, ſi ne primoribus quidem labiis, vt aiunt, illam attigiſti? Audiens aliquando. D. Baſilius coquum de grammatica nitentem diſſerere, riſit, non quidem ex contemptu, ſed quia ille arrogās fuerat, vt corrigeretur. Et dixit illi. Artis tuæ eſt quæ ad victum ſpectant ſcire de coquere, non autem ſcire grammaticam. Vade ergo tu, & lege ſcripturā, prius quàm diſſerere & de his iudicare velis. Tu inſolens es, & male affectus. Et icircò

Ignorātia diuinæ ſcripturæ ingēs malum.

Exēplum D. Baſilij.

intelligere

intelligere illas nequis. Sancti patres quandò prædicebatur illis Christi aduentus, & prænũtiabatur eis. (Erit in nouissimo dierũ, mõs domus dñi præparatus in vertice montiũ) vt hîc ait noster propheta, credebãt illũ. Et ideò vides sospitatos, illos æternò fuisse. Quando illis dicebatur animã esse immortalem, cõfestim credebant illud. Quippe qui bene erant affecti. Si tu esses bene affectus, crederes. Et si crederes diceres. Ego volo bene agere, & in paradisũ contẽdere. Melius enim est libertate frui in illa gloria, quàm detineri vinculis in hoc mundo. Ego potius volo libertate omnifariam potiri, quàm vinctus frustra hîc esse. Atque hac de causa quodcunq; prolixum tempus, breue videbatur eis, vt qui firma pollebant fide promissorum bonorum. Et semper in bonũ spirituale oculos habebant defixos, & in alterius vitę æternitatẽ erectos. Vnde dicit scriptura de die Christi loquens pater vester Abrahã exultauit vt videret die meũ, idest, voluit videre, & vidit, & gauisus est. Vidit illũ nẽpè in spiritu. Multis enim ante annorũ cẽturijs Christũ præcessit. Attamẽ illud lõgũ tẽpus, breue ei videbatur. Quod si illi dicebat, morieris tu, neq; diẽ illum videbis. Respondebat. Haud quaq̃ moriar. Limbũ adibo. Et ibi expectabo diẽ illũ, & prorsus videbo. Nõ sic vos Florẽtini facitis, qui ob spirituale bonũ minime gaudetis. Sed si tibi temporalia te habiturũ afferatur, si pecunias habiturũ te dicatur exhilararis, & exultas. At quando bonam ego vitam te doceo pro concione, ad iterq; in paradisum capessendum excito, videris id nihil curare, minimeque tunc cristas erigis aut exultas, atque de temporalibus facis. Hoc indè est, quòd fide vacas. Atque acrius tibi dico. Si fide polleres, tametsi omnium esses iacturam facturus, & in seruitutem esses redigendus

Priscorum fides, qu. as. in certierãt erat prompta.

Cur priscis ijsdemq; sanctis viris quã liber longum tẽpus breue videbatur.

Ioan. 8.

Ex fidei defectu est quod promissionibus cælestiũ non lætemur cum exultemus inaniũ rerum policitis.

dus,vt diceres oporteret.Ego verò,ac libens omniũ ia
ĉturam faciam. Cum enim videas tantis te à Deo cumulatum beneficiis,qui lumen hoc tibi ad bene degen
dum dedit.Cum videas item stillam huius gratiæ suæ
Quænam ratio sit ducenda christiana vt sit ei breue tempus.
toti⁹ orbis imperio præstare,deberes dicere.Ego prorsus sum moriturus.Scio,Deum imponere cuiquam nõ
posse.Scio ab illo asserta, omninò euentura, eueniant
quando illi libuerit. Sic & tempus breue tibi appareret,vt & sanctis patribus apparebat, quando illis dicebatur. (In nouissimo dierum) vt propheta noster hîc
dicit.Aspice igitur quàm sit exigua fides tua Florẽtia.
Agite pergamus contextum nostrum exponere.Iudęi
Iudæorum cæcitas circa Christi aduẽtum.
lumine orbi dicebant,in hunc textum, & dicunt Messiam vẽturum nouissimo die,neq; venisse etiam num.
Aiunt etiam montem domus domini præparatum iri
Fides diuinitatis Christi.
in vertice montium,idest,montem Sion super alios in
aduentu Messiæ montes eleuãdum. Cum igitur nunq̃
Exaltatio montis super cæteros.
visum fuerit, hucusq; montem illum super alios fuisse
exaltatum,dicunt, Messiam adhuc non venisse. Vide
vt isti Iudæi decipiantur,quia absque lumine eunt.Et
non agnoscunt spirituale sub temporalis specie commõstrari.Vides vt isti fallantur.Accede huc.Num mẽ
te excidit tibi,à me quandoq; dictũ de crucifixi trium
pho vt ab illo oẽs alij dij fuerint victi,id est, vt omnia
idola, ab illo fuerint explosa, atq; abolita,quæ tamen
tunc regnabant? Id sane est montem super alios eleua
ri. Num ignoras me tibi multis rationibus crucifixi
triumphum stabilisse? Et quidem principiò dixi, aut
Elegantissima ratio qua Christi diuinitas comprobatur.
Christum hunc Deum esse, aut non. Si quidem Deus
sit,euicimus,si neges, ipse cum omnibus idolis concertauit, atq; adeò cum vniuerso orbe, & ingratis palmã
obtinuit.Plus omnibus,qui vnquam fuere,diis, cultus
veneratusq; fuit, plus sanguinis in eius obsequium fu-
sum

ſum eſt, quàm vnquàm fuerit ob quęcunque alium fuſum. Quem tu igitur vis hũc eſſe? Ipſe dixit ſe Deum, & vicit. Ergo opus eſt dicas ipſum Deũ. Hic igitur eſt mons, qui eleuatus eſt (in vertice montiũ) ideſt, ſupra omnes alios montes, & ſupra omnes alios Deos. Duæ rationes tibi fidem adſtruunt. Altera hæc eſt, quam tibi de triumpho dixi. Altera eſt, quòd ille prænũtiatus eſt à tot prophetis variis tẽporibus. (In nouiſsimo igitur dierum.) Nouiſsimus dierũ non hìc ſignificat mũdi finem, vt iudæi dicunt. Sed intelligitur vltimũ illud eſſe tempus, in quo nõ ſint vltra leges mutandæ. Quod à Chriſto hucuſque numeratur, & vſque in diem iudicij numerabitur. Hic igitur nouiſsimus eſt dierũ. Non autem, vt iudæi exponunt, qui hoc nõ intelligunt, quia lumen non habent. Quando Iacob benedictionem dedit filiis ſuis, prænuntians vnicuique, quæ ventura illi erant, dixit etiam ipſe. In nouiſsimis diebus, cum nihilo ſecius ſuo tempore quæq; obuenerint. Mons igitur domus domini in vertice mõtium eſt mens bonorum, quoniã ipſe eos inhabitat. Ecce igitur montem domus domini eleuatũ ſuper montes. Hoc eſt, adhuc ſuper angelos & ſuper cherubim & ſeraphim ſublimis effectus eſt ſeruator noſter. (Et ſublimis ſuper colles) ideſt, ſuper patriarchas, & prophetas. Super montes etiam exponi poteſt, ſupra omnes ſuperbos, qui ritu montiũ ardui eſſe volunt, & ſuprà omnia idòla. Aliam adhùc rationem tibi adiunxi in triumpho crucifixi, quã hoc loco textus noſter indicat, dũ ait. (Et fluent ad eum populi, & properabũt gentes multæ.) Ratio fuit hæc. Aut ille, ideſt crucifixus, Deus eſt aut non, ſi Deus, effectum eſt, quod cupimus, ſi nõ, quomodo poteſt eſſe, vt tot homines, non vi enſis, non vi pecuniarum, nõ alia violentia, ſed vltrò vnius hominis in crucem acti amore neci

Altera ratio eximia fuit conſona prophetia variorum temporum.

Nouiſsimus dierum ſignat tempus hoc legis gratiæ.

Gene. 49.

Mens bonorũ mons domus domini.

Montes angeli.

Colles Patriarchæ et prophetæ.

Montes etiã ſuperbi.

3. ratio diuinitatẽ Chriſti manifeſtans,

obuiam ierint, & ob illum sanguinem voluerint proprium fundere, idque non algidè, sed torrentis violenti instar in conferta etiam multitudine. Et ideò ait textus. (Et fluent adeum populi.) Currebant omnes illi ethnici ad fidẽ, & dicebãt. (Venite ascẽdamus ad montẽ domini, & ad domũ Dei Iacob.) Venite, venite. Adeamus montẽ istum, contẽdamus ad Christi crucifixi fidem. (Et docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius.) Adeamus, dicebãt ethnici, hanc fidem, quæ vias eius nos docebit, atque semitas. Hoc est, & latas & arctas res. Ecce alia ratio, quam tibi dixi. Quæ huiusmodi erat. Philosophi vsque adeò insudarunt tantillæ philosophiæ docendæ, quod pusillum quid fuit. Porrò piscatores absque scientia grandia docuerunt, nẽpe, vt ea quorũ mens capax nõ est, crederentur, atq; adeò angustas res, hoc est, morti exponi, illamque obire. Et ideò ait textus noster· (Et ibimus in semitis eius.) Vides igitur quãtũ prophetię & opera dein subsequuta, nostræ fidei veritatem manifestẽt. (Quia de Sion egredietur lex, & verbum domini de Ierusalem.) Vultis vos expreſsiores his prophetias in nostræ fidei munimentũ? Dicit è Sion egressuram legem, & verbum domini ab Ierusalem. Si fides igitur vera est, imò quia vera est, quid nos agimus? Nũ non tibi dixi plurimũ laboris philosophos posuisse in hoc, vt legẽ obtinendæ fœlicitatis inuenirent, atque bene viuendi rationẽ? Christus in verbo vnico inuenit legẽ, quæ omniũ rerum est disciplina. Ama Christũ, & ecce lex, ama ipsum, & omnia fecisti. Hic est omnis afflictionis medela. Cũ primum Christum amasti, bonus factus es. Hæc igitur lex è Siõ est egressa & ex Ierusalẽ per verbum dñi & ab apostolis toti orbi fuit inuulgata. Dicit ille. Romani toti orbi leges tulerũt. Dic mihi tantisper. Quot expeditionibus,

4. ratio diuinitatẽ Christi palã ostẽdens.

Compẽdium ad fœlicitatẽ amor Christi.

Lex euangelica p Apostolos orbi inducta mirifice.

bus,quot diſpendiis,quandiu id effecerunt? At apoſtoli abſque gladio,aut lãcea,abſque pecuniis, imò pauperculi ad hanc fidem longe diſsitos populos, gentes efferas,& denique Romanos etiã totius orbis victores per duxerũt.Et ideo ſubditur in noſtro textu.(Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vſque ad longinquum.) Ecce alia ratio. Nempe dum hic habetur, hac fide internoſci, atq; diſtingui, qui bonis ſint adiungendi, qui adnumerandi prauis. Intuere in prauos qui nũc ſunt, dum quid perſentiſcũt,cui adhærere, atq; inniti valeãt, & vide vt prorſus exultẽt. Quare cũ afflictiões veniẽtes videbis,&aliquẽ humi proſtratũ ia ctari,tũc iudicabis,& dices. Tu ex illis,qui nõ habebãt fidẽ,es.(Et concidẽt gladios ſuos in vomeres,& haſtas ſuas in ligones.) Nũ tu explicatius vaticiniũ quęris,quã ſit hoc quòd ait, in aduẽtu Meſsię cũcta bella quietura &enſes in vomeres vertẽdos? Neſcio idiotiſmo veſtro quî vos vocetis vomeres. Inſtrumẽta ſunt terræ arãdę. Et lanceis ligones fiẽt. Fuitq; hoc Chriſti tẽpore implẽ tum. Aiunt iudæi, non eſſe verũ ſub Chriſti tẽpus ſic rẽ habuiſſe, atque hîc dicitur. Poſt ſiquidem multa,bella fuerunt. Doctores vero in hæc verba dicũt,tametſi textus habeat. (Et non diſcet vltra belligare) Id ad aliquod tempus intelligi. Hoc eſt orbem apolemõ, ideſt, ſine bellis,certo quodã tẽpore futurũ,& ſic habuit. Intelligitur etiã id aliter. Innuit enim enſes,lãceaſq;, qui bus argumẽta ſubtilia ſignificãtur, quæ doctores oppo ſuerũt,cõuerſos iri in vomeres,atq; ligones arãdę & paſtinandæ terræ cordis hominũ,& hiſce perſuadẽdos & in fidẽ perducendos.(Et nõ ſumet gens aduerſus gentẽ gladiũ). Hoc ſignat àverè chriſtiano dici. Ego nolo bellũ gerere, neque ſcandalũ opponere, ſed propter Chriſtũ potius oppetere. (Et ſedebit vir ſubtus vineã ſuã &

Fides probitatis ſymbolum.

Pax orbis in Chriſti aduẽtu.

Hierony non valde pitus Florẽtinæ lingua.

Aliter.

fultus ficũ ſuũ, & non erit qui deterreat, quia os domini exercituum loquutum eſt.) Vinea clerum ſignificat, & bonos paſtores, ſub quorũ cura, & gubernatione in pace, & in vero ſpiritu chriſtiani populi primitiuæ eccleſiæ quieuerunt. Hoc euentus comprobauit. Ficus, bonos monachos innuit, & ſanctos illos patres, qui in Aegypti degebant ſolitudine. (Quia omnes populi ambulabunt, vnuſquiſque in nomine Dei ſui. Nos autẽ ambulabimus in nomine domini Dei noſtri in æternum, & vltra.) Ait hoc loco textus ſub Meſsiæ tempus ambulaturos, iterque facturos plures populos omnes in nomine Dei ſui. Et hi fuerunt, qui idola colebant. (Nos autẽ ambulabimus in nomine domini Dei noſtri in æternum, & vltra.) Hoc eſt. Dum diem obibimus in in vitam æternam migrabimus, & in beatitudinem illam finis neſciã proficiſcemur. Ecce igitur quo pacto multa argumenta, quę lapſis temporibus tibi adhibui, hoc capite contineantur. Quod ipſum fecit Deus, vt tibi luculentum faciat, ſe mundo proſpicere, & prouidere, ordinareque ęternò ſeriem futurarum rerum. Age, ſine me pauliſper quieſcere, & oſtendam tibi adhuc ſuper hoc textu quoddam aliud.

Vinea cleri et præſulum figura.

Ficus typus monachorum proborum.

¶Ingrati chriſtiani aſpicite, quantum laborum Chriſtus ſanctique illius tolerarint, & quantũ ſanguinis effuderint propter hanc vineam. Et tu ſuades tibi à Chriſto hanc eccleſiam cõditam ad deſtruendam ipſam, & non innouaturum illam. Toto erras cælo. Si ego hoc pacto rem habituram ſperarem, cum Eſaia dicerem. Vbi eſt zelus tuus domine? Nũ nos creaturę tuę non ſumus? Hoc ne poteſt eſſe, vt, quò nos ipſos omnes perderes, condideris? An hoc poteſt eſſe, vt nolis, ſemel ſurſum nos ſubuehere? Nos denique tuarum manuum ſumus opificium. Num te iuuat, ſanguinem tuum fruſtra

Amor Chriſti erga nos ſpẽ nobis facit.

Eſaiæ. 63.

effudiſſe?

effudisse? Ne crede. Quin adnota, atque ima mente reponito, quod tibi dico, nempe iterum hoc vaticinium implendum, quod hîc modò propheta iste extulit, atque à Deo iterum montē domus domini, nempe Christum Iesum exaltādum supra alios mōtes, & ecclesiā innouādā. Nū vides quod sit hodie prolapsa fides, quā do homines vnico aureo, vnico quadrāti Christū post habent? Sed videntur omnia cùm bona tū mala ob pecunias licita fieri, atque esse. Vbi igitur abscesserit gladius, aduenient Turcę & pagani ad baptismū, & vnusquisq; adhūc mōtē veniet. Ideft ad Christū, qui adhuc aliàs exaltandus est præ cūctis montibus. In mentē tūc veniat tibi horum, quæ ego tibi dixi. Bona pars istorū qui hîc sunt, ibi reperiri posset, quoniā tēpus breue est. O pater tu modo in insaniam verteris. Attende tamen & dices post me nō fuisse væsanum. Quid igitur istius quod dicis gratia, facturi sumus? Vellē, vt fœdus quod dam iniremus. O pater noli facere. Sodalitates enim sunt prohibitæ Florentiæ. At, nos bonam inibimus sodalitatem, quando iam isti prorsus, afferunt, me sodalitia instituere. Congregemur igitur vniuersi, tametsi enim virtus exigua sit, cū tamen coiuit vndiq;, magnis viribus pollet. Simile est regnū cælorū grano sinapis. Vidistin sinapis granū? Vidisti, quàm sit paruū, & qua præstet acrimonia? Virtus est in semine sinapis, atque grano, & inde ascendit. Confluamus igitur vniuersi in vnā sodalitatē, dicit ille, eamque occultissimam. Nos nolumus nostrā sodalitatē inire, vt vos initis vestras. Nos palàm volumus illam inire, vt posfit ab omnibus intelligi. Poteris & tu si iuuerit addiscere. Ineam⁹ hoc fœdus, vt Deū præ omnibus diligamus, & feruidè oremus. Id enim opus nobis est. O pater cur modo hoc ineamus fœdus? Quoniā vidi improbos istos per præci-

Turcæ et pagani quando conuertendi.

Calumnia in Hiero. quàm eleganter ad vnanimitatē charitatis transfert ipse. Matth. 13.

pitij viam grandiẽtes, vt nunquã ante hac. Orate, maximo enim in discrimine sunt, & per viã pręcipitij iter faciunt. Discite hanc orationẽ, itidem & vos fœminæ. Vos quoq; pueri. Canite eam vbiq;, & vbicunq; eritis fundite illã. imò & quoties in mentẽ venerit illius. Oratio hæc est. Bene fac dñe bonis, & rectis corde. Nil vltra. Fũdite illã vbiq;. Et vbi senseritis, aduẽtare quippiã flectite genua, & dicite. Bene fac dñe bonis & rectis corde. Boni sunt, illi qui absq; lethali noxa degunt. Recto corde sunt illi, qui honorẽ dei quęrunt. Orate etiã reginam nostrã, hoc est, virginẽ. Et dicite. Bene fac bonis & rectis corde. Cõsimiliter vestræ vrbis patronum. D.
Psal. 124. Ioãnẽ Baptistã precamini, & dicite. Bene fac bonis & rectis corde. Hoc modo precamini quotidie, atq; quoties illa succurrerit vobis oratio & decies illã, & vicies etiã, & deniq; quoties libuerit, eam emittite. Et attẽdite huius orationis futurã efficaciã. Cui hæc, quã modò vobis exponam in huius textus verba, virtus inerit.

¶Ne vobis ista oratio excidat. Pueri curate, vt vos suprà bellè illã recinatis. Breuis est, & habetur in psalmo
Psal. 124. *adaptatur.* (Qui cõfidunt in domino sicut mõs Sion, non cõmouebitur in ęternũ, qui habitat in Ierusalẽ.) Boni estote bono animo, nihil timeatis. Ego à vobis minime recedã. Ne pauete. Ego enim nõ vos deserã. (Montes in circuitu eius, & dñs in circuitu populi sui.) Ne extimeatis boni: dñs siquidẽ, & angeli eius pręsidio sunt vobis futuri. (Quia nõ relinquet dñs virgam peccatorũ super sortẽ iustorũ, vt nõ extẽdant iusti ad iniquitatẽ manus suas.) Praui vos minimè ditionem in bonos estis habituri. Improbe adhuc tu non es fixus. Adhuc gubernatus iste tibi non placet. Melius esset, vt te ipsum stabilires. Tene rectè, quæ tibi dico. Gubernatus hic fixus perstabit, & tu minimè es regnaturus. Subsequitur residuũ psalmi.

mi. Bene fac dñe bonis & rectis corde. (Declinãtes au tem in obligationes, adducet dominus cũ operantibus iniquitate.) Dominus in domũ diaboli improbos mittet, (Pax super Israel.) Et erit pax domini super iustos, & super bonos. Congregatio igitur hæc, atque hęc oratio hac efficacia præstabit, vt spiritum Dei nobis conciliet, & vt illud metallũ seu vena faciet, vt quæ illa etiã aqua quę arborem auiculasque in coralium conuertit. Et quędam etiam aqua est, inquam si chiroteca immittatur, in ferrũ ipsam mutat. Sic faciet oratio ista, tanta enim pollebit virtute, vt ad nos pertrahamus multos illorũ, qui non credunt, & ad bonorum cœtũ addẽtur. Ecce textus noster id afferẽs. (In die illa dicit dñs, congregabo claudicantẽ.) Nempe animã. Hi sunt illi, qui quandoq; addubitant, & altero claudicãt pede. Ex his etiã sunt & illi, qui nõ audierunt, & diuersum à veritate relatũ est illis, & semper ferè malũ. Et idcirco nihil mirũ est, si & claudicẽt, & vacillent. Ecce igitur futurũ huiusce orationis fructũ, vt vos ad fidẽ vacillãtẽ pertrahatis. Et dicetis illis, vt dicebat, D. Petrus illis qui non credebant. Argẽtum & aurum non est mihi. Sed rationes nostras cõmunicabimus vobis, & in hanc vos fidẽ traducẽt, & sanabũt vos. Claudicatis, siquidẽ. Et in hũc modũ ait dominus. Ego sanabo claudicantẽ antea animã. (Et eam, quã eiecerã colligã.) Hoc significat tepidos qui à domino sunt eiecti ob ipsum teporẽ, aduersus quos ipse dicit. Vtinã calidus, aut frigidus esses, sed quia tepidus es, neq; calidus, neq; frigidus, incipiam te euomere ex ore meo. De his ergo tepidis, qui expulsi erãt à domino dicit. Ego quẽque colligam, qui in sua arrogantia inueterauit. Vnumquenque ex istis conuertam. Et quem afflixeram, cõsolabor, & quos aliquibus ærumnis affeceram, consolabor ipse. Et ponam, claudi

Repetit simile super eadem oratione.

Fructus orationis conuersio fragiliũ.

Actorũ. 3.

Apocaly. 3.

 cantem

cantem in reliquias,& eam quæ laborauerat, ingẽtem robuſtam.) Ponã,ait dominus, animã illam claudican tem, vt ſit,bonorum ſemen, & illam quæ fatigata erat, fortem & robuſtã,& fructificantem faciam. Ecce denuò meminit dominus hîc animæ claudicantis, & affli ctæ, ſed eiectæ illius non meminit, ideſt, tepidorum. Quod ſignificat è tepidis paucos ad bonam frugem reuocandos. Et ait dominus. Ego veniens enſem,rerum caritatem,peſtemque inducam,& delebo improbos & afflictos eruã,ideſt,bonos,vt ſint ipſi reliquiæ, ideſt, ſe men,vnde probi exeant. Et ob Chriſtũ afflictatos,ego fortes validoſque cõcionatores faciã. (Et regnabit do minus ſuper eos in montẽ Siõ.) Ego illos eccleſiæ meę præficiã, & antiſtites rectos conſtituã. (Ex hoc nũc,& vſque in æternum.) Quid igitur vos facitis, qui non ve nitis ad dominum,cum quo videtis poſſe vos ęternùm regnare? Ad te modo venio Florentia, & verbis prophetæ noſtri tecum loqui inſtituam.

¶(Et tu turris gregis nebuloſa,filia Siõ, vſque ad te ve niet.) Alloquitur hîc propheta noſter templum Siõ,& vocat ipſum turrim gregis, quia ibi erat locus, quò ani malia cogebantur quibus ſacrificaretur. Vocat etiam ipſum turrim nebuloſam, quoniã ob ſacrificiorum fumum ater erat,ac nebuloſus locus ille,vbi offerebãtur.

Pſal.132. Ego congregandos,&in cœtum colligendos nos dixi. Ecce quàm bonũ,& quam iucundũ habitare fratres in vnũ.At video vobis non cordi futurũ,vt multi congregemur. Neq; enim vllam mihi domũ adhuc dare vultis, vbi habitare nobis liceat. Aſſero vobis domũ noſtrã plures non capere, Ait ille. Nobis hoc perplacet,ne liberos noſtros nobis auferas. Qui vultis, vt id faciã, ne illos vobis abducã? Ne recipe illos. Ego nullum ad id inſtigo,dic tu illis,ne mihi negociũ exhibeãt. Ego illis nullum

Hoc dicit quia ex. 70. ad ducentiſſimum numerum peruenerant vt ait ipſe hom. 47 in quadrage. ſupra Amos.

nullũ facesso negotiũ. At si tu quæ is nouit monachus nosses,& magnum illud, quod Deus molitur, muneris loco duceres,vt ad Christi se famulatũ conferrent. Et si scires,quæ ego scio, filiũ tuum assumeres,& ad Christi obsequium adduceres,vel non postulatus.At etiam apud vos peste possent occidere,& forsitã aliquis eorũ peste obibit.Ego illis dixi à me Deum orari,vt auferat à nobis torpentes, & feruidos relinquat. Si inter illos quispiam negligẽs erit,forsitã peste è medio rapietur. Sed quî tu scis, nũ fortè fortuna filius tuus ex feruẽtib9 i lis futurus sit? Et idcirco deberes gratias agere Deo, cum se ad Christo seruiẽdum recipit. Dico tibi Deum constituisse magnum quid facere.Sine denique ab illo tractos venire.Sed tamen,vt tibi dixi,plures iam domi nostræ esse nõ possumus.Ego ad Christũ eiulo, & corã vniuerso isto populo.Angustus est mihi locus, fac mihi spaciũ,vt inhabitẽ. Veni modò huc nebulosa turris, huc ades Florentia.Maximũ tuum crimẽ est, te ingratam esse,nec nosse velle Christũ esse,qui huic vrbi moderetur.Deniq; inde malũ est vestrum,nẽpe quòd careris fide. Vnaquæq; musca circũ volitans, in caput vestrum incurrit.Par esset iam,te fidem adhibere.Tot vidisti,tot etiã rationes intellexti,quas tibi insinuaui, vt deberes iam illis euinci. O domine, quibus ego rationes meas exhibeo?Florentia,quę vsque adeò extimescis.Tu magis periclitata es,quàm modò,dũ res illa mutatioq; illa status alterius euenerunt,& tamen Deus te eripuit citrà sanguinẽ,prẹter illũ quem tu voluisti effũsum pro tua libidine. Quando minister Dei venit,maiori subiacebas discrimini,quàm modò. Eripuit tamẽ te Deus.Ego benè scio, quũ illuc iui, quomodo res tuæ se haberẽt,nisi Deus manũ apposuisset.Tu tamẽ modò fide adhuc vacas circa illius regressum cũ iam recesserit.

Respõdet obiectioni.

Esaiæ.49.

Ingrata et incredula Florentia.

Hæc mutatio status et gubernatus prisini Florẽtiæ miraculosa facta est opera Hiero. anno.1494. die.9.nouembris.

De Carolo 8. rege Gallorũ intelligit quẽ ipse propitiũ fecit Floren.

rit. Noui etiã, quãtũ periclitata fueris hac hyeme, quã do obsessa, vt dicit potest, eras ab inimicis tuis. Dominus citra ensem, & citra tuã sapientiã, te seruauit. Niues imbresq; à Deo missæ te recrearũt. Et ideò par foret, vt nũc fidem adhiberes, & Deo cõsideres, teq; ere ptũ ire sperares, per ipsum ab omni periculo, vt alias factũ ab ipso est. Exiguũ quid est tua ereptio si illud facere in animum induceres. At quid istud est pater? Quin dicis illud? Mihi non licet tibi dicere. Orate Deum, & D. Ioãnem, vt die octauo à natali eius, aut antè nobis donet vt dicere illud vobis possimus. Fositã diuus Ioãnes id impetrabit. At quin tu nobis illud potes dicere? Quia Deus videt per viam præcipitij improbos istos auios ire. Et sinit eos illuc tendere nec ferre vult suppetias eis. Orationes tamen permultum possunt. Accede huc Florentia. Num tu non credis me tibi bene velle? Ades huc tu qui vsq; adeò obtrectas. Quid me ego tantopere discrucio? Quam ob causam vis tu id me pati, agereque? Quod ego abs te reporto præmium, proh pecunias, quas habes monache. Num illę præmiũ non sunt? Tu bene scis te esse improbum & aduersante tibi ipsi mẽte, id abs te effutiri. Tu idẽ de cõspiratiõe pactoque loquebaris. Et scis abs te nullũ nõ motum lapidẽ, nihilq; inuẽtũ ad istorũ alterutrũ spectãs. Ego dico me tibi bene velle, & nullo discrimine quicquã à me agi, quod attinet ad dilectionẽ. Bonos tamẽ meliore nota charos habeo, & ne credite omnes illos odio à me haberi qui si quã mihi incõmodare possent, pertẽtarunt. Neminẽ enim illorũ odi. Tu ais, illi saltẽ qui quotidie domũ tuã adeũt amici sunt tui. Ego vetare nõ possum ne quis ad nos veniat, sed ne crede chariorẽ mihi esse aliũ alio. Ego semper cogitaui num benefacere valerẽ vobis omnibus, & curaui bonum gubernatum exhibẽdum

Calumnia in Hiero.

Charitas Hiero. erga proximum.

dum. Ego quenque monui, vt bene loqueretur. Quod munera huic potius quã illi demandentur, non magni pendo. Et ſiquis ſimile quid tibi diceret, & meam rem ibi agi aſſereret ne crede. Neq; enim ea eſt mens mea. Quod ſi ex ſuo quis cerebro loqueretur ſub perſona mea, ego nullius linguam compeſcere valeo. Ne credeme famulos habendos curare, aut aſſeclas. Si tamẽ crederes me hiſce inhiare rebus, ex hoc ipſo tempore omnibus me abdico. Iſta neque quæro, neque cupio. Ego conſiliarius tantum ſum veſter. Et vnus Chriſtus rex veſter eſt. Ipſe vobis moderatur. Ego vos boni veſtri admoneo, & ad illud conſiliis vos mouere ſtudeo. Si illud detrectatis, mihi nullũ id exhibet negocium, neque quod ad me facit vilipendo. Grauiter tamen, & egrefero iacturam veſtrã. Ego vobis legem appoſui bonam ſanctamque, quam multi ſubſannant. Si correctionem hanc amplecti voletis, amplectimini, ſin minus ego ſomnos, vt ante capiam. Ego, quod ad me attinet, nihil moror, ſed vicem veſtram ſane doleo. Cõmodis veſtris abſtricti tenemini, & hinc veſtrũ malũ. Ait ille, ego ſi correctio iſta denique ſtabiliretur, quid expenderem, haberẽ. Et attẽdit pecculiare ſuũ bonũ. Et nõ vniuerſale, neque ſpirituale, temporaleque bõnum hinc manaturum. Atque hoc malum veſtrum eſt. Vos quippe in bonũ publicũ nõ intuemini, neq; noſtis curiæ illi vos intereſſe, vt bonũ publicũ, ſpiritualeque atque adeo tẽporale ſartum tectũ curetis. Vos indigni eſtis, qui in prętoriũ illud chriſti intretis. Vos noluiſtis correctionẽ illam inſtituere vnquã. Vos dicitis. Proh, ſunt in illa mille nugę, & nænię. Dic mihi tãtiſper. Oppoſuiſti tu aliqd, vt plena tibi nugis, nęniiſq; appareat? Quid tu credis? Ego benè crediderim ſanè, te aliqua addidiſſe illi, vt illã labefactes. Et prętere a multa ibi ſunt,

Hiero. nõ acceptor perſonarum.

Non ambitioſus Hierony.

Magiſtratus cura precipua debet eſſe bonum publicũ non priuata cõmoda

quę tibi nugę, cũ nõ sint, videntur tamẽ. Tu dicis intortã cæsariem, & crispatã, ea ipsa correctione nõ benè fœminis interdici. Dic mihi nũ diuus Paulus in sua morũ correctione eam non apppofuit? Non intortis, inquit, crinibus &c. Vade lege sacerdotum correctionẽ, quæ canonibus interscribitur ecclesiasticis, titulo, de vita & honest. cleric. c. Clerici. Et in Clementinis decretis, & videbis inibi ad calceos vsque, & vsque ad ephippia, & mularum stragula, & id genus mille alia, quæ tibi tricę viderentur, procurata ac tradita. At si ego consilio illi vestro interfuissem, & vobis ego legissem correctionẽ illam, nõ vobis viderẽtur nugæ, neq; risissetis? Sat scis vilescere res, quæ risu excipiãtur. Ego taliter legissem vobis, eaque grauitate, vt minime vobis nugamẽta viderentur. Agitedum fœminæ instituite vestra sola autoritate correctionẽ vestrã. Cum enim tẽpus erit Christi verbis, qui rex est vrbis, edictũ inuulgabitur, quò decertatur, vt quæ domus ipsam non opere præstiterint, neq; vitam honestã curarint seruãdam, ipsamq; morũ honestatẽ non obseruarint, quam inducit correctionis descriptio, dũ veniet, pestis malũ sentiant atque perferant. Loquor etiã de rusticanis mulieribus, quæ morũ, & ipsæ censura omninò egent. Intellexi enim maiori eas fastu incedere, quàm quæ ciuitatem colunt, quod & ipse vidi. Age regrediamur ad te turris nebulosa, & huic capiti summam manum addamus.

Luxus splendidior æquo in fœminis p̃sertim Christianis carpẽdus & corrigendus.

1. Timo. 2.

Permultum refert quomodo quæq; res referantur.

¶(Et tu turris gregis nebulosa filia Sion vsque ad te veniet.) An non est ceu turris vestrum palatium? Volo paucis tecũ agere turris nebulosa, hoc est, tenebris & ignorãtia plena. Videmini mihi simulatque scalas illas ascensu superatis, & in concilium illud, in senatumque vestrum coacti estis cerebri iacturam fecisse. Quapropter turris nebulosa vocabimini. Orate Deum, vt

dominatum

dominatum vobis det bonum, Intellexi nanque citò illum creandum, vt bonũ quicunque designabuntur faciant, & turris nebulosa, filia Sion euadat. Sion significat speculam, qua lumen ingreditur. Orate Deum, vt spiritum sanctum immittat, angelosque suos, qui vos illuminent. Improbi enim per præcipitij sui viam gradiuntur. (Et veniet potestas prima regnum filiæ Ierusalem.) Tu ad pristinam ditionem redibis, Hoc est, si voles ipsa, ad Deum. Restituetur quoque tibi prior tua ditio, & restituentur tibi Pisæ, atque denuò illas habebis, & quæcunque amisisti, & si quid adhuc amitteres, etiam id tibi reddetur. Non tamen dico te amissuram aliquid. Fines etiam imperij tui proferes, vt sæpe tibi dixi. Ego à me ipso id tibi non dico. Sed dico tibi hoc in nomine domini. (Nũc quare mœrore contraheris? Nunquid rex non est tibi? Aut cõsiliarius tuus periit?) Florentia quid ploras? Num regem tuum non habes Christum? Annõ speras, posse te ab illo defendi? Num pro copiis tuis, angelos nõ habes? Florentia filia mea, quid times? Num non habes consiliarium tuum? Profectus ne ille est? Aufugit ne ipse? Si via ille humana graderetur, deberes credere, visis periculis, illum abscessurum bonis auibus. At cum tu videas cymbę gubernatorem forti animo esse, nihil time. Ille itaque non discesit. Quid tu igitur ità linqueris animo? (Quia cõprehendit te dolor, sicut parturientem.) Mulier parturiens prius gaudia cũ viro in conceptione habuit, dein labores ferre incipit, & quò propius ipse partus appropinquat, plus doloris sentit. Vir tuus Florentia, Christus fuit, ob cuius amorem bonum spirituale concœpisti. Et hoc in initio fuit, quando te illuminare incepit hocque ipso conceptu gaudio cœpisti frui. Dein afflictionem habere incœpisti aliquã. Et quò proprior par-

Sion quemodo interpretatur.

Regnum dupler exponitur.

Restitutio et dilatatio ditionis Florẽ. promittitur. quod hodie impletum vidæt orbis.

Idem vsũ venit animæ recens ad deũ conuersæ.

tui

tui efficeris, hòc plus doloris toleras. Tu denique scitũ puellũ, masculũque paries, qui regnũ erit tẽporale, & absolutũ spirituale bonũ quod habebis. (Dole, & satage filia Sion, quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione.) Dole nũc, dole Florẽtia propter peccata tua, age pœnitentiã modò. Exibis quippe è ciuitate, idest, nũc tanto afficieris dolore, vt intellectus facias iacturam. (Et venies vsque ad Babylonem.) Tu in confusionem ingentẽ deuenies. Babylon interpretatur confusio. Tu eò deuenies, vbi nihil tibi præsidij reliquum erit. Tu intra montem mareque constituêris. Audi modò, quæ tunc dicit futura dominus. (Ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum. Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ.) Vide vt hæc ad amussim nobis veniant, iuxtà ea, quæ hodie visuntur. Florentia inimici tui aduersus te circunquaque congregati sunt. Vniuersa Italia, atque adeò vnusquisque dicit, in Florentinos, in Florentinos fiat impressio. (Quæ dicunt lapidetur.) Omnes dicũt lapidẽtur Florentini, qui in causa huius mali sunt. (Et aspiciet in Sion oculus noster.) Vniuersi eorum oculi, tota mens, totus cogitatus eorũ in hoc est, vt Florentinis aduersentur. Omnes huc suum cogitatũ conuerterunt. (Ipsi autem non cognouerunt cogitationes domini, & non intellexerunt consiliũ eius.) Sine tamen istos Florentia, suo modo agere, aduersarios inquã, istos tuos. Ipsi non intellexerunt consilium domini. Ipsi ignorant, quid sit illis facturus. Ipsis nõ est cur te lędant. Vnde lædentes non manebunt impuniti. Ipsi aliud, aliud verò cogitat dominus. Florentia tu nõ intulisti malum in Italiam, attamen malum passa es. Vnde iustitiæ valdè consonum est, vt modò alius malum patiatur. (Quia cõgregabit eos, quasi fœnũ areæ.)

Babylon quomodo interp.

Quasi fœnū dicit, quod hodie viret, & cras exaruisse visitur. Ita hi hodie robusti sunt, cras vero debiles erunt, aridiq;, vt fœnū, quia omnis caro fœnū. Poterūt illi aliqua ęrūna nos afficere. At si feruēter orabim⁹, illa erit breuis, paruaq;. (Surge & tritura filia Sion.) Surge igitur Florētia filia Siō, tritura & excute triticū. Hoc est, Age pœnitentiam. (Quia cornu tuū ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas.) Cornu in scripturis regnum significat, & potentiam. Ego tibi regnum quoddam robustū dabo, quo multis domineris, qui tibi fuerint aduersati. Et dabo tibi vngulas æreas, Idest, bonas actiones. Manus in scriptura opera designant. Digiti spiritum sanctum indicant, qui ad illa mouet. Et vngues concionatorem denotant, qui spiritus sancti opera agit. Dabo tibi igitur, ait dominus, filia mea regnū robustum bonosque concionatores, qui multos ad bonam frugem reuocabunt. (Et cōminues populos multos.) Tu multos populos confusione afficies, & ad te conuertes. (Et interficies domino rapinas eorum, & fortitudinē eorū Domino vniuersæ terræ.) Tu capies è rapinis illorum non pauca, & fortitudinem ipsorum domino sacrificabis, qua nunc ipsi præualidi apparent. Tu etiam Florentia domino illam immolabis, atque ita eueniet, vt tibi assero. Testimoniū hoc verum est, neque deficere potest, quippe quod à Deo est, atq; ita ego tibi illud ipsum testimonium fero in nomine domini qui est benedictus in secula seculorum.

Amen.

Esaiæ.40.

Cornu regnū & potentiā significat.

Manus digiti & vngues quid significant in scrip.

Homilia.14. habita. 6. calēdas Iulij,anno. 1426. ſuper Michæam.

Nunc vaſtaberis filia latronis,obſidionem poſuerunt ſuper nos,in virga percutient maxillam iudicis Iſrael, & in Bethlehem Ephratha paruulus. &c. Michææ. cap. 5.

Cur vana aſtrologia iudiciaria.



VONIAM negari non poteſt dilectiſsimi in Chriſto Ieſu, cælum naturalium rerum eſſe cauſam, quæ ſub illo fiunt, & quia effectus in cauſa ſemper ſua eſt, curioſi homines voluerunt effecta impendentia cœlo ipſo inueſtigare, credentes per ipſum ceu per vniuerſalē cauſam, inuenire futura. Sed remanent, decepti ab ea æſtimatione, qua ſibi perſuaſum habent, ſe poſſe intueri effectus in cœlo ipſorum cauſa, quemadmodū viſuntur, ſcripti in libro quopiam. Quod ſi verum eſſet nempe in cælo eſſe effectus hos ceu in libro conſcriptos non continuò integrum eſſet, viſi ab hominibus. Nam cum cælum tantum à nobis diſtet, neque aliam cognitionem, aliudve lumen habeamus, quàm naturale, videri illi nequeunt. Et ideo non modò verum eſt, non poſſe effectus futuros ab homine videri in cælo, tametſi verum eſſet, illos etiam in ipſo veluti in libro cō ſcriptos eſſe, ſed ne præſentes quidem effectus ibi poteſt homo videre, tantum à nobis cœlum diſtat. Nos de cœlo vnam videmus lucem, & nonnullos effectus lucis ipſius. Vnde curioſi illi homines, qui à cœlo petunt futura falluntur. Et qui huiuſmodi ſunt excellentiam, munuſque Dei ſibi vſurpant, dum de futuris variè cadentibus, ſuppetias ferente diabolo, iudicare volunt. Quamobrem D. Auguſtinus & D. Thomas in ſecunda

Aſtrologi iudiciarij quomodo Deo iniurij.

q 95. art. 2.

cunda secundæ, aiunt qui volunt, sibi hanc excellentiã Dei arrogare, vt futura contingentia, quæ à libera hominis voluntate pendent, expresse, aut certe latenter fœdus, societatéq; inisse cũ dęmone, & familiares eius effici. Et quia societas & familiaris consuetudo similes reddit sociatos, atq; adeò quia Diabolus nequam est, iccirco vides astrologos omnes istos, & diuinos, improbitate notari. Quod etiã vsu venit fœminis hisce malis artibus vacãtibus. Attende denique vitam illorum, & videbis illos perpetuò improbos. Porro prophetiæ lumen non sibi vsurpat excellẽtiam & honorem Dei. Quoniam qui illo præstat, potius patitur, quam agat. Est enim lumẽ illud à Deo intellectui illius impresſũ. Et quod dicit non ex se ipso dicit: sed diuinitus inspiratus. Et quia propheta, cui hoc lumẽ suppetit, cum Deo angelisq;, qui boni sunt conuersatur, videre est omnes præteritos prophetas bonos fuisse, quãdo in gratia sibi data perstiterunt. Quod propter Balaã, dictum volo, qui licet multa vaticinaretur, tamen quia in Dei gratiam non perstitit, improbus fuit. Vnde cum vides pollentem prophetię lumine bene facere, & similiter eos, qui cum illo consuetudinem ducunt, bonos esse, dicito illicò illum diuinum esse vatem. At cum cerneres illum, & cum illo vsum habẽtes familiarem, & qui illius contubernales sunt, improbos esse, & nequiter agere, dicito mox Diaboli illum esse vatem. Qui cum sapientibus graditur sapiẽs erit, amicus stultorum, similis efficietur. Hoc ideò tibi dictum volui, vt ostenderẽ tibi, prophetiis bonos reddi homines. Persistam⁹ igitur in prophetiis, quæ nos ad bonam frugem adducẽt, & vtemur Deo angelisq; eius familiariter. Agite, ingrediamur hoc vaticinium. Hoc mane dilectisſimi creandus est senatus, & ideò non satis cõstitui cõcionaturus sim,

Cur diuini semper impi.

Differentia diuini et veri prophetæ.

Signa veri et falsi prophetæ.

Prouer. 13.

Fructus prophetiæ bonitas.

annõ capitulumq; nostri prophetæ aggrediar, annon.

Summa c. 5 michææ.

Caput ipsum prolixum est, & si percurrimus illud, non satis ipsum exponemus & nisi percurramus ipsum, per lõgum fit. Sed quoniã breuis esse volo, dicemus pauxillum, & in cõcionem aliã residuum seruabimus. Caput hoc mistum est, hoc est bonis bona annuntiat, & malis

Quomodo malum culpæ ab homine malũ pœnæ à deo.

mala. Equidem optarim totum, hoc manè exponere, vt videretis quæ hodie fiunt aliàs etiam fuisse. Præfatur igitur textus noster bona & mala. Malum pœnæ est à Deo factum, malũ culpæ ab hominibus perpetratur. Deus dedit esse creaturis, & ipsum illis conseruat. Sed quando homo malum culpæ admittit, hoc est peccatũ, homo, qui ex nihilo factus est, in nihilũ reuertitur, & deficit. Malum pœnæ, quod est à Deo factum euenit quãdoq; ministerio aliarũ creaturarum. Verbi gratia. Tu qm vẽto expositus es, in valetudinẽ incidisti, vẽtus tibi nocuit. Deus vero cõmouit, & aduenire fecit vẽtum illũ, Deus igitur illi⁹ mali pœnæ causa est. Sed quoniã voluntas vnde malum culpæ manat, non põt ab aliqua creatura cogi, ideò totũ malũ noxiæ ex nobis solis est. Tametsi Diabolus adhoc mali tũ stimulet, tum suadeat. Bene verũ est, Deũ sinere, atq; permittere, vt homo malum culpæ admittat non tñ cõtinuò ob hoc ipsum illius mali causa est. Relinquit enim hominẽ suo ipsius arbitrio, & si malũ facit vn⁹ ipse homo autor est. Dumq; homo primò in peccatum labitur, dicitur derelinqui, & deseri à Deo. Et si te tunc punire vellet, de illo nequeas queri. Dicitur igitur tunc homo deseri. Scriptura variis vocibus vtitur, quibus ostẽdat, in quãtum præcipitiũ labatur homo, dum peccat. Primò enim reperitur in scriptura à Deo derelinqui atq; deseri hominẽ. Et de hoc ait propheta. Nõ me derelinquas vsquequaq;. Hoc est, vsq; ad lapsum mortiferum.

Quãdo deseri dicitur homo à deo.

Psal. 118.

ferum. Atqui tãtillum relinquito, vt meam fragilitatẽ cognoscã, & fiam humilior. Atne me derelinquas vsquequaq; Quando ergo tu in culpam lætalem incidisti, & Deus te lumine gratię priuauit, diceris à Deo desertus. Sed quãdo Deus sic tibi abstulit gratiam, vt reddere illam tibi nolit vltra, ideoq; in alia peccata ruis in dies, diceris à deo excœcatus. Et de hoc ait Esaias. Vade, & excœca cor populi huius, & aures eius aggraua. Sunt etiã aliqui alij, quos non modò Deus, quia lumine illos gratiæ orbarit, reliquit, neq; solũ eos excœcauit, q̃a noluit reddere: sed etiã obdurauit eos, vt ante quorum oculos multa fieri curet, per quę ad bonam frugem reducere se deberẽt, sed illi per illa potius indurentur. Et in praua vita sunt obstinati. Atq; hoc modo dicitur Deus illos indurare. Quod de Pharaone legim⁹ de quo ait scriptura. Indurauitq́, dñs cor Pharaonis. Vide, quò plura prodigia Moyses edebat hòc Pharao plus obdurescebat. Et, q̃d peius est, sunt alij qui nõ mõ à Deo deserũtur, excœcãtur & indurant in prauis suis operib⁹, sed excitãtur ad peiora, peius etiã q̃ prius. Et hos dicit Deus excitare. Et ideò dicit alius text⁹ ad huc de Pharaone. In hoc ipsum excitaui te, vt ostenderem gloriam meam. Non quod excitet aut in peccata instiget Deus homines. Sed ait. Ego corã te permulta vt fierent curaui, vt te ad virtutem reuocarem, & in officio continerem. Tu verò non solum obstinatus fuisti in malis operibus, sed etiam factis ipsis meis ad malum, imò ad peiora, quàm prius patraras, es excitatus. Alij præterea sunt, qui non modò excitantur ad mala opera, sed De⁹ etiã illis sensum adimit & hos dicitur Deus decipere, dũ lumen illis naturale obnubilat. i. nõ dat eis suum lumẽ testãte scriptura. Decipit eos, vt frustra incedant per inuium. His vocibus hisq;

Quando dicitur quis in scrip. excœcatus à deo.

Esaiæ. 6. Matth. 13.

Quando dicitur peccator induratus,

Exo. 9.

Quis in scripturæ idiomate dicitur à deo excitatus ad mala.

Exo. 9. & Roma. 9.

Iob. 12.

verbis vtitur scriptura, vt ostendat, quãta præcipitatio sit quantusq; casus peccatoris. Quid igitur nos de Florẽtina ciuitate dicemus? Quid dicemus de vestris Florentinis cõciuibus? Bene caue, ne te Deus derelinquat, deseratq;. Siquidem in primum momentum bene caueris, posses inde in hoc magnũ præcipitium deuolui. Sunt igitur aliqui, qui bonũ non faciunt, quibus Deus gratiam suam abstulit, atq; deseruit eos, aliqui quos excœcauit, qui ibi nõ cognoscunt diuina, alij quos obdurauit, qui præ superbia & perfidia, ne nosse quidem illa volunt. Alij quos excitauit, qui in dies deteriores fiunt, & nullum non auderẽt facinus, si modò possent. Alij sunt decepti, qui sensum etiam amiserunt, & naturale lumẽ. Ego festo die proxime lapso dixi vobis, vos qui improbi estis, in præcepitij vestri viam ingressos. Vos eò decidistis, vt a Deo decipiamini. Filij mei paterno vobis affectu id dixerim, regredimini. Aio vobis retrocedite. Alioqui in eum incideris locum, vnde reuocare gradũ non liceat. Vos qui disimiles estis, ad reditum animate istos. Deus decipere illos cœpit, reducite illos ergo retrorsum. Neque enim porrò pergẽtes inuenietis ianuam. Vos in magnũ contenditis præcipitium. Vos tunc redire, cum non erit integrum, iuuabit. Ad hæc, vt in operibus, quæ Deus facit, improbi decipiuntur, ita Deus etiam fecit scripturas suas, tali modo, vt improbi & qui syncere eas non tractant, ibi implicentur, offendant, decipianturq;. Cur autem tu hoc dixisti? Vt caput præsens intelligas exactè. Sunt enim in illo hæ volutationes & intricationes, quæ etiam in multis aliis scripturę locis reperiuntur. Agite ergo adoriamur expositionem.

Gradus varij peccantium.

Ingeniose collectus regressus peccatoris ad deum.

Syncerè et cãdidè legẽda et intelligenda scriptura quod improbi non faciũt vt in Ario, Pelag. Luth. et cæteris pestibus patuit Doctrina est C. Petr. in. 2 Cano. [illegible] c. [illegible] 24.

¶(Nunc vastaberis filia latronis.) Audi illud quod hîc ꝓpheta dicit. (Nũc vastaberis,) inquit, (filia latronis.)

Vertit

Vertit indè sermonem, & ait. (Obsidionem posuerũt super nos.) Et prænuntiat hîc depopulationem Ierũsalem. Et postea subnectit. (In virga percutient maxillam Iudicis Israel.) Quod de Christi supplicio propheta intelligit. Atque his voluminibus procedit, post subiungit. (Et tu Bethlehem ephratha, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.) Atque hîc Christi natalem propheta prædicit. (Nunc vastaberis filia latronis.) Verbum, Nunc, destructionem Ierusalem indicat. Attamen, quod ad eam spectat, quæ à Chaldæis illata est, plusquam centum quinquaginta anni intercesserunt à Michææ vaticinio, ad eam verò, quæ à Romanis est illata; plusquàm sexcenti. At, cur tandiu antè res annuntiat Deus hominibus? Ego tibi dicam. Ipse non ritu Florentinorũ ciuium facit, neque similis illis est. Quales vero sunt Florentini ciues? Sunt instar sartorum. Cuiusmodi autem sunt sartores? Sartor dum tibi extimam tunicam vult conficere, aut thoracem aptum, decôrumque, mensuram sumit, quam secum affert. Et opus est, vt hominem tangat. Et admetitur à gutture ad cingulum, quanta sit longitudo. Admetitur item, quàm prolixa sint brachia, admetitur collum, quámque deorsum promitti debeat, & omnia circunspicit. Metitur hinc, metitur inde, ab omni parte metitur te, quò vestis illa tibi bene apta sit, & decôra, & adaptat pannos illos, vt te adstringant, & decenter vestiant. Et quoniam homines non sunt omnes vnius mensuræ, sed hic magnus, ille vero paruus est, hic giber, ille vero rectus est, ideo thorax vnius non esset aptus alij. Vnde opus est, vt quisque suum habeat thoracem. Sed si vos ritu monachorum indueremini, vestis alterius alterum deceret. Nam

Passio Christi.

Natalis Christi.

Vastitates Ierusalem quã diu prædictæ et cur tãdiu antequã existerent.

Simile de iustitia magistratuũ sesuaque tantum intuentium.

Dissimile ad idem.

monachi prolixis vestibus vtuntur,& in eundem modum factis,& vestis vnius alteri apta est. Et si monachi essent æquales ætate, & magnitudine corporea omnes vnius vestes alij aptæ decentesq; essent. Quia omnes sunt ferè prolixæ,omnes aut candidæ,aut atre. Et quisque posset induere, quã vellet. Non sunt huius modi Florentini,sed instar sunt sartorum,vt porè qui, cum magistratum ineunt,aut munus aliquod obeunt, mẽsurare incipiunt, alius quid deceat se,quid suos gẽtiles alius,alius quid amicũ,alius quid domum suam, & vnusquisque tunicam aut thoracem admetitur sibi, aut necessariis suis aptam, neque vnquam vestem mensurat, quæ sit communis, quæque omnes deceat. Vnusquisque Florentiam hanc suopte modo admetitur. Vnusquisque thoracem decòrum sibi facere, studet. Et quoniam hic non est pro votis factus, facit ille alium suo etiam modo, qui adhuc alij etiam displicet. Florentia in hunc modum mensurat quandam alteram Florentiam, pro sua libidine, & alius aliam adhuc pro suo arbitrio facit, sicque tot inuenias thoraces, quot homines, tot etiam quot homines, Florentias. Vndè & vos omnino dispersi, dissipatique estis, neque vestigium in vos concordiæ est. Tu dices. Ipsi cœtus aggregant, & congregati denique sunt, nihil inter illos concordiæ est omnino. Ad mala egregie ipsi copulantur, non quod coniuncti esse cupiant, sed quod suum quisque thoracem velit. Omnes ad bona sunt disipati, & tametsi inter illos cœtus sint, non tamen id ob concordiam faciunt, sed asseclas se dedunt vnicuipiam, vt quisque postea suum thoracem referat. Sed si ad rem tandem deueniretur, videas singulos diuidi ab aliis, atque disipari. Deberetis igitur vniuersi vnam facere Florentiam communem,

Dici queant hæc de quacũq; vrbe non colente iustitiã mutato nomine, atq; idem est de cæteris fere quæ Hiero. Florentiæ nominatim dicebat.

Origo discordiæ amor proprij boni & iniustitia.

Ficta concordia ob vtilitatem propriã.

communem, omnesq; addecētem, parq; esset, vt priuatas res vestras atq; peculiares nō intueremini, sed vniuersi in bonū publicum spectaretis. Et si instar essetis monachorum, ista Florentię vestis oēs deceret, aptaq; esset omnib9. Inter monachos vsu venit, vt præsul quēpiam ex illis accersat, dicatq; illi. Heus, exue te quam primum hac veste, & da eam huic, & ille obedit, atq; aliam ei dat, & illi etiam apta sedet, iusta atq; illa quā reliquit, siue illa paulo sit detritior, siue aliquàntò magis noua, nihil moratur. Et hoc pacto monachi copulati sunt, & benè se habent, & vnusquilibet ipsorum tot habet vestes, quot alij omnes. Vos non ita facitis. Et ideò non conseruatis publicum bonum, quamobrem dixi vobis dominum nostrum absimilem vobis esse. Nam ipse totum hunc orbem gubernat, & bono semper communi intentus est, neq; acceptor est personarum, vt vos. Quid tu ista dixisti monache? Sine me pusillum quietis capere, & mox tibi dixero.

Repetit dissimile superius.

¶Dominus noster totū hunc mūdum in prospectu suo habet, & omnibus hominibus tum præsentibus, tum futuris prospiciēs, futura non solū hinc ad decem annos, aut centū, sed mille etiā, atq; in perpetuū illis disponit & curat. Et cum primū orbem condidit, omnibus vrbibus & inter eas Florentię, ac rebus nostris prospexit. Et inter alia, quę ipse summa sua sapientia procurauit, & ordinauit, hominibus, maxima quædam res fuit scriptura, quam non ideò solum condidit, vt illa narret quæ olim fuerunt, cùm illa ædita est, sed vt temporibus etiam futuris inseruiat, & ideò fecit, vt propheta hic, quem vobis modo enarramus, non solum quæ ad tēpus Christi spectabant vaticinaretur, quæq; tunc fuerunt, sed etiam quæ spectant ad tempus nostrum, & quæ nunc sunt. Propheta hic prædixit

Vtilis Dei prouidentia.

Quorsum diuina scriptura condita à Deo.

Aduentus Christi prædictus à Michæa. 600. annis ante.

Christi aduētum sexcentis annis antequam ipse Christus veniret. Estque sic ordinata hæc eius scriptura, vt etiam temporibus nostris subseruiat. Hoc ideo factum est à Deo, vt suam prouidentiam cognosceremus, quam de hoc mundo habet. Dicito astrologo vt sexcentis antè annis præuideat rem aliquam. Dicito vt aliquid vnum prçuideat saltem centum annis ante, saltem quinquaginta, aut minimùm decem. Sciscitor ego ex te vtra difficiliora sint cognitu, præsentia, an futura? Certè quæ futura sunt. Si igitur ita habet, volo equidē Astrologum genituram meam edocere, & ei dicere, vt attenta cura punctum ascēdentis mei intueatur, & cæli habitum, qui tunc erat, voloque in meum hortum ire, & vnumquippiã seminare, & si norit ille dicere, quid illud sit, quod seminaui, nolo equidem amplius eius astrologiam falsitatis criminari. At tu profectò videbis ipsum nescire id mihi dicere. Si igitur præsentia per suam astrologiam nescit, quomodo vis tu asseri posse, ab illa cognosci quæ in posterum ego faciã? Nequis planetarie rem præsentem scire, neq; illud, qđ in horto semino, nisi fortè mali genij reuelatione, quomodo ergo vis futura scire? At qui lumine illustratur prophetiæ, videt res longo vel breui tempore antè q̃ veniant, prout Deus illi præmonstrat, & ideò propheta noster dicebat hic. (Nunc vastaberis filia latronis.) Atqui lōgo antè tempore id vaticinatus est. Propheta hic magna præstabat visus acie, vt qui ex tàm longinquo spatio res videbat. Et tãdem hoc tēpus aduenit iã. Quæ prçdixit, iam deniq; euenerunt, & in Orcum sunt deiecti qui non crediderunt, & qui fidem adhibuerunt salui facti sunt. Ait adhuc propheta, & vocat Ierusalē filiã latronis, de qua dixit seruator noster. Domus mea domus orationis vocabitur. Vos autē fecistis illã speluncam

Vanitas astrologiæ iudiciariæ, et studiosorum ipsius

Nunc, dicitũ cum tantum tēporis interesset.

luncam latronū, hoc etiam de nostris temporibus dici pōt. Italia tu es filia latronis. Italia tu latronibus referta es. Satrapæ hodie latrones effecti sunt, qui paupercu los expilant, viduas, atque pupillos, & ex tot fortunis, quibus abundant, nihil conferunt in pauperes. Præsules latrones euaserunt, census ecclesiasticos auferentes, quos in pauperes collocare deberent, & in suas delicias voluptatesque absumunt. Quamobrem si præsides latrociniis vacant, non mirum est, si subditi itidem latrones sint, tum ob exemplum superiorum. Necesse est enim improbos illos fieri, seruus quippe semper vestigiis inhæret domini, tum etiam quia, cum opprestentur & obstringantur à suis præfectis, qui vsque adeò populos onerant, & aggrauant, vt vltrà aggrauari non posint, necesse est, illos latrones effici, quippe qui ad id compellantur. Præsides igitur sunt latrones magni, qui ad latrocinium compellunt paruulos, ex hisque magnis nullus plectitur vnquam, totum autem pondus pœnarum in paruulos latrones inclinatur. Potest istis dici, vt Alexandro Magno dixit pirata. Quum enim Alexander aliquando nauigaret, piratamque offendisset, dixit illi. Tu prædationibus nauas operam. Ego te patibulo suspendi iubebo. Cui audacter pirata. Verum est, me tenues aliquas prædas agere. Sed tu maior quàm ego prædo es, qui vniuersum orbem prædabundus expiles. Arrisit Alexander & dimisit hominem. Ita istis dici liceat, à magnis latronibus minimos suspendio tolli de medio. Tela araneorum exiguas muscas detinet, magnæ vero abrupta illa transeunt. Sic vsu venit istorum legibus. cohibent enim latrones minimos, maiores vero dilacerant illas, & transeunt. Vis videre quando isti iusta exequi detrectent? Quum musca aliqua minima

Dici id pōtest etiam vbicūque mercatorum tyrannorumq́, grassatur cupiditas

Antistites esse patres pauperum debereque illos eleemosinis alere portione aliqua suorū censuū, doctrina fuit conciliorum, Pōtificum et omniū sanctorum doctorū semper.

Erasm. in apophtheg.

Simile ex Esaiæ. 59. et ex Plutar. in Solone. et ex Dioge. Laertio itidem in Solone.

in aranei telã incurrit, ipsi valde obstrepunt hinc, atq; illinc. Et aiũt, in illũ, in illum animaduertatur. Et iustitiæ cultum præ se ferunt, cum nullam exequi iuuet, nisi aduersus illam minimam muscam. Et ideo. (Nunc vastaberis filia latronis.) Italia tu vastaberis, idque citò. Tempus breue instat. Tu non credis. Venit denique tempus, quod propheta hîc prædixit, quo etiam Ierusalem fuit destructa, & sexcenti mille fuerunt neci dediti, & extra mœnia eiecti, & quingenti mille cõprehensi sunt in ipsa ceu cauea, & in captiuitatem abducti. Et ideò tibi dixi capiendas à Deo istas auiculas in ipsa cauea. Prophetia hæc, aio tibi, iterum ad literam, vt ego tibi illam expono, euentibus præstabitur & adimplebitur. Audi quod ꝓpheta dicit (Obsidionẽ posuerunt super nos.) Obsidione circundabitur Italia. Crediderim tamẽ non longa magna ve obsidione opus esse. Deus quippe valuas oppugnatoribus patefaciet. Et tanta innundabunt mala tantum bellum, tanta rerum caritas, tanta pestis, vt vniuersa Italia vastanda fit. (In virga percutient maxillam iudicis Israel.) Hoc de Ierusalẽ dixit propheta, vt quæ percusserit sui iudicis, Idest Christi, maxillam. Quocircà aduenerũt postea Romani, & percusserunt oẽs sacerdotes, absq; vllo discrimine. Ita & tibi Italia eueniet. Adueniet gens extera quæ percutiet, & interficiet omnes, nullo discrimine quenquam agens. Non prodnet tibi tunc ò ecclesiastice dicere. Ego sũ ex patribus purpuratis. Ego sum episcopus, ego sum præsul, aut sacerdos, aut monachus. Oẽs pessum dabũtur. Et veniet tẽpus cũ tu verticem ingyrũ semirarũ velare voles, & nequibis tamen. Tu scis modò iactari, diciq; Beatã illam domum vbi clerico ritu vertex capitis est rasus. Et veniet adhuc tẽpus, quo dicetur. Vę domui illi, vbi vertex est rasus

Longe maiorẽ numerum ponit Iosephus li. 7. de bello iud. c. 17.

Nihil expressius ꝑdici potuit de clade Romæ, quæ fuit postea. anno. 1527

sus ritu clerico. Italia tu ipsa maxillã iudicis percussisti obtrectationis virga. Tu nihil aliud scis, q̃ concionatori obmurmurare, ipsum vellicando, atq; huic rei semper operã das. Et ideò obsidione cingêris. Tu tanta ærũna pressaberis, vt in stuporẽ adducaris. Et fortè tunc voles, credidisse. Sed dic mihi, tunc tẽporis quid de bonis? Audi ex cõtextu nostro, quid futurũ sit circà illos. Hoc mane vnũ hoc verbũ tibi explicabo. Nolo enim vltrà progredi. Breue nanq; tempus nobis est.

¶Bonis modo loquitur propheta. Potuisset enim illũ quispiam percontari. Quis nam est iudex iste Israel, cui⁹ tu dicis percussam iri maxillã? Vellẽ siquistẽ scire, quò mihi ipse cauere posse. Et ideò subdit ꝓpheta noster, & ait. (Et tu Bethlehẽ ephratha, paruul⁹ es in millib⁹ Iuda. Ex te em̃ egredietur, q sit dñator in Israel.) Ephrata erat paruulus vicus Bethlehẽ, text⁹ hic prædicit nostri seruatoris natalẽ, & in euãgelio vbi est historia Magorũ citat̃. (Et egressio ei⁹ ab initiô à dieb⁹ æternitatis.) Idest. Natiuitas hæc seruatoris nostri ab æternò est prædestinata. Attẽde, nũ explicatius, q̃ hoc vaticiniũ fidei nr̃æ velis. Et hoc tibi, qđ ad literam facit, sat sit. Nũc quæ ad nos ptinent pertractem⁹. Bethlehẽ, interptatur domus panis, & innuit bonos. Panis est Dei verbũ, qđ libenter audiũt boni, & audiẽtes, amãt Deũ, & amãtes operãtur. Ephrata interpretat̃ vidẽs furorẽ vel frugifera, & significat bonos, qui furorẽ horũ imꝓborum, & furorẽ futurarum pressurarũ credẽtes, ceu vident. Frugifera significat, orationibus, & bonis actionib⁹, ipsos fructificare. (Paruulus es in millibus Iuda.) Bethlehẽ ista, & ista ephrata, paruula est. Hoc est indicat bonorũ paucitatem, si ad malos cõferatur numerus. (In millibus Iuda.) Idest. In tãta Christianorũ turba, pauci sunt boni: sed nihil extimescite, q probi estis.

Locus natalis christi prædicitur.

Matth. 2. Ioann. 7.

Bethlehẽ bonorum typus

Proborũ semꝑ minor numerus.

Ego

Ego vobis aio. Nihil vel totum orbẽ paueatis. Alacres este. Nihil hæsitate. Audite, quid cõtextus noster dicat accipite quid dicat dñs. (Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel) ait dominus. Ex te, hoc est propter proborum lachrymas & ob eorum preces, mihi egredietur, à me exibit, qui vobis dominaturus adueniet. Læti igitur estote boni. Dominus quippe à cælo proficiscetur, & lachrymis vestris, vestrisque precibus Dei filius commouebitur. Ad interficiendos improbos veniet, & ad donandum Spiritum sanctum bonis, & vt Florentię dominationem capessat veniet, totumq; hoc propter probitatem bonorũ erit vt textus asserit hoc in loco. (Ex te mihi egredietur) isti sibi per suasum habent, & aiunt, ab ipsis dominatum hunc esse. At ego vobis assero, rem hanc à domino profectam, interpellatricibus proborum precibus. Christ⁹ est, qui vobis gubernatũ hunc creauit. Nõ vos estis qui ipsum creastis. (Et egressus ei⁹ ab initio à diebus æternitatis.) Totũ hoc ab æternitatis initio exiuit. Non vobis succurrit, me vobis dixisse, hanc Florentiæ prophetiam prędestinationis esse vaticiniũ? Iccircò filij mei consolamini. Nam quod vobis prædixi, prorsum futurũ est. Et Christus rex erit Florentiæ. Et supplicia de malis sumet, & probos exaltabit. Et ideò consolamini probi. Hoc enim, quod vobis dico, nequit deficere. Ego deniq; vlterius nolo progredi. Verbum modo dicere vobis me iuuat, & domum vos dimitto.

Concionatori necessarium ad dicendũ multũ tẽporis.

¶ Quum concionatori non suppetit longum tempus pro voto, non valet, quę vult cõmodè explicare. Nos non habemus hoc mane tẽpus. Et ideò nõ possunt dici omnia. Abrũpamus igitur concionẽ. Vos ad creandũ senatum ituri estis. Vultis vos bonũ dominatum designare? Exuite vobis thoracẽ illum, quẽ vobis superius dixi.

dixi. Et induimini prolixum quoddam, omnes addecentem. Hoc est quęrite publicum bonum. Attendite primò Dei timorem. Dein bonum vniuersale ciuitatis animo versate, & si hoc intuitu id agetis, neq; thoracem peculiaris proprij ve boni induere valetis, probus exibit vobis dominatus. Sed est qui nolit adhuc in hoc fixus esse. Obfirma, aio tibi, semel in hoc animum. Si virtuti vis operam nauare. Et agnosce bonam tuam vitā ex hoc senatu pendere & ex hoc consilio, semelq́; tibi persuade, stabile illud mā̄surum. Si tibi hoc semel persuaseris, & finē hūc ob oculos tibi ipsi obieceris, omnia alia ordinabis. Quū finis aliquis opponitur oculis, vnusquisq; illo ceu in signū animum dirigit. Finis enim est regula omnium, quæ ordinātur in finē. Quod si tādem hic gubernatus tibi non placeat, verte in virtutem necessitatem, hoc est. Cogita, si à Deo gubernatus iste est, te parem non esse illi de medio tollendo. Durum est tibi cōtrà stimulum calcitrare. Quod si denique calces obiectare voles, pedem cuspide huius stimuli notabis. Ego aio tibi à seruatore ipso gubernatū istum creatum, & ipsum fixum perstaturum. Hic tua bona viuendi ratio modusq; est. Non opus est calces iactes. Quod si isti gubernatui non acquiescis libens, dic mihi, quem tu statum velles? Aduocate vos quandoq; illos, qui huiusmodi sunt, qui huic gubernatui obmurmurant. Equidem vellem ipse quandoque posse illos nūcupatim compellare in locum aliquem, vbi probi adessent homines, & sciscitari ab eis, quem gubernatum hoc præstantiorem comminisci nossent. Tum tibi liqueret, quas tandem rationes in medium conferres. Equidem noui te ibi per quam bardum, & per quam stolidum omnibus visum iri, & ceu stultum verba facturū. Et amissum volo pallium, si tu

Finis regula est eorū quæ in ipsum ordinantur.

si tu quid constitueres, scire posses. Et aiunt postea isti. Verum est. Placet mihi gubernatus hic. Quoniam in publicum bonum ipse intuetur. Sed multi insunt conuentus, multæque pactiones. Quàm tu vastus es. Tu denique quātum maxime nosti conuenticula ista exquisisti, nihilque istorum inuenisti. Agedum regrediamur huc. Si bonum vis dominatum creare, complectere semper animo, atq; intuere bonum publicum. Et dicito. Si nigram fabam improbo alicui tribuero, iniuste ago, & grande scelus admitto. Et scito tibi accepta fereda quæ ille mala intulerit. Est enim tu illi causa illorum faciēdorum. Proh monache, quî mihi illa sunt accepta ferēda? Quod tu hoc esse piaculū ęstimas? Ego tibi verum dicā. Difficile est hoc absq; peccato reperiri. Sed in præsentia dicamus sic. Si tu malo animo ad eligēdum improbum accedas, ego te minimè à lethali grandiq; scelere excusabo. Sed ais. Ego peccatum nō curo. Verum est, improbis nullā de criminibus rationē haberi. Si igitur tu bene agere studes, suffragare bono, ne improbum deligas. Neq; dicas, nostra id familia commerita est, neq; peculiare intuearis bonum. Si in tua familia est improbus, aut fatuus, quid vis illum reipublicæ curam gerere, & in eum cooptare locum, vbi non possit non esse perniciosus illi? Tu deniq; spectare vis tuum peculiare bonum, publicū autem nil curas. Florentia tu non cognoscis bonum in te à deo collatum. Tu beneficiis in te ab eo collatis non respōdes. Florētia tu ingrata aduersus Deū es, & in hunc egenū monachum, ceu in instrumentum ipsius. Deus multis te eripuit periculis, & te illuminauit, multis aliis cumulauit beneficiis. Inter quæ hoc fuit consilium, & hæc gubernatus ratio. Adhibe huic monacho fidem. Ni hic modus regiminis vniuersalis extitisset, vos modo

Regula eligēdi magistratus egregia.

Eligenti improbum referuntur accepta mala eledi.

modo in mille frusta essetis dilacerati. Vos non agnoscitis hoc beneficium. Et ingrati estis. Ego iterum dico vos in plura concisi essetis frusta, quàm sint arborum frondes. At tu qui alterum optas gubernatum, non agnoscis, si superior aliis esse contenderes, & eos sub tyrannidem redigere velles, optandum idem ab alio cui non placeret, te vnum illo potiri bono. Alius subinde optaret abs te esse tertius, alius quartus, insurgerent eodem animo & decem posteà, ac deinde etiã viginti, moxque item aliqui alij. Atque hoc pacto concordia nunquàm, dissidium vero semper interesset. Et ideò omnes ignorantes estis, qui vestra minimè noueritis bona. Ignorantia vestra crassa est, nescitis enim quid optetis. Sed quid ego ignorantes vos dico? Dixerim melius amentes & væsanos. Ite igitur, Deus en in vobis, vt rectum dñatum designetis, donabit, qui nõ priuato bono dũtaxat cõgruat. Cooptate viros, qui non intueãtur in cuiusq̃ vultum. Quique ob Dei honorem, & ob publicum bonũ gentilium suorum nullam rationẽ habeant, neq; priuato quopiã alio affectu ducãtur, sed illis solis rebus vacent, quæ functionum erunt suarũ, ecclesiastica ad eos cuia interest ea curare amãdẽt, neq; hisce occupẽtur, quæ spectãt ad præfectos lanificij, remittant ei arti, quæ octouiratum tangunt, illi muneri committãt, atq; ita de cæteris. Si vos recte senatum crearitis, periculis eximemini Neque tantum discriminis, atque narratur, instat. Precamini deũ vt ante octauum diem hui⁹ festi D. Ioãnis ego aliquid possim reuelare. Pusillum quid est, quod vos posset eruere. Adest hîc aliquis, qui nouit illud, & scit illud posse fieri, sed non vult ipsum dicere. Et nonnulli horum, qui dicere hoc nolunt, hominum gratia dicere detrectant. Et aiunt. Populus hic murmurator est.

Quales ad gubernatum eligendi sunt.

Et

Modestia cõ sultatricibus publicis seruanda. Et dictis obmurmurat. Alij id nequitia tacẽt, quia corde sunt peruerso. Sine præpotentes loqui, quicquid libuerit eis, & ne obloquaris. Fac vt vnusquisque possit ascẽdere, & quæ illi, in ciuitate vtilia esse, visa erũt, vt possit loqui. Ne tibi quod dictum erit molestum sit. Tene fixum consilium. Duæ sunt fabæ, quę decernent, qui bene, qui male, fuerint loquuti. Aliqui proferent rationes suas, sine illũ audacter dicere. Quod si tibi nõ placebunt, Ascende postea tu, & ne obloquaris, neque dicta carpas. Sed ritu præstantium hominum facito, & dicito. Quæ sunt allatæ rationes bonæ quidem sunt, sed mihi videtur aliunde alias esse rationes. Et dicito rationes tuas vide, & in fine dic. Ita mihi, sine cuiusquam tamen sententię melioris repulsa, videtur. Atq; hoc pacto veritatem inuenies, & magis salutares modõs. Ne tamẽ tot res quot dicuntur, crede. Ait ille. Copię aduentant hinc, copiæ aduentãt illinc. Non tanta pollent fortitudine aduersarij tui; atq; tu credis. Ego tibi dico debiliores esse opinione tua. Si tu omnia cerneres, tuos aduersarios ipse rideres. Ego monachus sũ, *Timet Hie. stratagema tradere pugnaturis.* & armorum per omnia etiam rudis, & si mihi liceret, stratagemata tibi dicerem, quibus tibi dubium excuterem, quo angeris. Sed nobis timẽdum est cauendumq; ne in irregularitatem incidamus. Ego tibi peculiaria darem documenta, quæ si cõseruares, vnus è tuis ægrotis, præstaret, & præpolleret decẽ aduersariorum tuorum præualidis. Equidem optarim ita posse, posse dixerim, hoc est, vt mihi fas esset hoc mane vestratibus indumentis vestiri. Ego vobis rationes luculentas adducerem, quamobrem vobis non sit adeò pauendum. *Ab omnibus orandum in electionibus.* Agedum, tempus breue est, non possumus vltrà procedere. Filij mei hoc manè quisq; Deum precetur. Fœminæ, pueri precamini, vt Deus vobis bonum donet

dominatum

dominatum, quia opus tandem vobis est. Precamini vniuersi dominum, vt hoc vobis munus det, & vt in curiam ire feruidè possitis, rectoque animo, tantisper omnes flexis poplitibus comprecabimur & precatione dominica Deum, angelicaque salutatione virginem etiam alloquemur. Ac dein omnes cùm benedictione domini proficiscemini.

¶ Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuū in hac huiusce dominatus designatione, ita vt illa sit, quæ in tuum honorē cædat. Adueniat regnum tuum, in hanc Florētinam ciuitatem, ita vt tu domine ipsam regas. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra, ab his qui hoc matutino eligentur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Ne permitte domine quēquam in tentationem induci. Hoc est. Aufer prauā mentem, si cui forte de euntibus in consilium illud, affuerit. Domine pelle cunctos dæmones pallatio illo. Et lega illò tuos angelos. Atque omnibus vnum cor tribue, idque bonum, vt electionem rectam exequantur. Sed libera nos à malo. Eademque ipsa electio idonea sit eripiendis nobis ab omni malo, per Iesum Christū dominum nostrum. Amen.

¶ Aue Maria gratia plena dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui Iesus. Sācta Maria mater Dei, regina nostra, ora pro populo Florentino, vt isti ciues electionem ineant quæ Deo placeat. Aduocata nostra, nos tuam ciuitatem tibi cōmittimus, vt pro illa hoc mane interpelles, vt bonum dominatum designet.

¶ Inter natos mulierum non surrexit maior Ioāne Baptista. O beate Ioannes Baptista huius ciuitatis tutela-

ris patrone, atque præses, nos te comprecamur, vti hoc mane pro nobis interpelles coràm diuina maiestate, vt hic tuus populus, bonum senatum creet, qui, ea quæ in laudem sint Christi cessura, quæque in bonum publicũ huius ciuitatis sunt futura faciat. Oremus. Deus cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quẽ nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri, vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur, per dominũ nostrum Iesum Christum filium tuũ, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

❦ Homilia. 15. habita in natali Diuorum Petri & Pauli, tertio calendas Iulij, Anno. 1496. In Michæam.

Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet. Et reliquiæ fratrũ eius conuertentur ad filios Israel. &c. Michææ. cap. 5.

1. metaphi.



VIA HOMO dilectissimi in Christo Iesu naturalẽ habet ad sciẽtiã propensionẽ, iuxta vulgatũ illud. Omnes homines natura scire desiderãt, & quisque tunc se sciẽtiam capessisse arbitratur, cum rei causam nouit, notandũ est, aliquarum causarũ nobis notam esse propensionẽ, quã ad effectus habent suos, & necessitatem in producẽdis illis. Aliquarum verò solam nouimus inclinationem, non autem necessitatẽ, aliquarum nobis patet necessitas, procliuitas non itẽ. Aliquarum vobis, neque claret pronitas in effecta, neque eorum edendorũ necessitas. Principio, è causis, quarũ nouimus necessitatem, atque propensionem

Primo poste. & 1. physi.

Varia notitia causarũ in nobis.

Necessitas futuræ eclypsis

propensione vna est cælum, verbi gratia, Si de naturali- *lunæ sciatur.*
bus causis loquamur. Nos quippe videmus cælũ in cir-
cularem lationẽ propensum, & circulari latione cieri,
atq; rotari continenter. Et cognoscimus necessariũ es-
se, quandoq; solem lunãq; coniungi, quandoq; sibi inui
cem opponi, atq; ex diametro terrã intersitã tunc illis
esse, sicque à nobis præiudicari futurũ lunę deliquium.
Cognoscimus etiam in causis inferioribus aliquarum *Necessitas*
causarum necessitatem, vt necessitatem causæ mortis *mortis homi*
hominis ex rerum contrario habitu, quibus ille cõstat, *nis.*
& ex continua ipsarum actione. Vnde colligimus ne-
cesse esse, vt homo intereat. Dein cognoscimus solam
causarum inclinationem, necessitatem verò minime.
Exẽplum sit. In rebus naturalibus cognoscimus vitẽ,
quæ causa vuarum est, ad vuarum productionem pro-
pẽdere, nisi quid obstet, oliuam autẽ ad productionem
olearũ nouimus procliuem. At quoniã quandoque ste-
rilescunt, atq; effœtæ remanẽt, non dicimus causas has
esse necessarias, hoc est, vuas, oleasq; nõ necessario pro
ducendas ab eis, sed plurimũ duntaxat. Necessitatem
etiã & non inclinationẽ alicuius causæ nouimus. Hoc
in Deo ipso reperitur, qui nulla naturali inclinatione,
vt in rebus naturalib' fit, sed propria volũtate facit, quę
vult, sicut scriptũ est. Omnia quæcũq; voluit fecit. Ipse *Psal. 113.*
tamen causa est necessaria omniũ rerum. Ab ipso enim *Eccle. 134.*
omnia pendẽt necessariò, & si ad ipsum res cõferas, ni- *Quomodo*
hil illi est contingens. Postremò aliquarũ causarũ neq; *deus est cau-*
nota nobis est procliuitas, neque necessitas. Et hæ sunt *sa rerum.*
futurorum cõtingẽtiũ, quæ pro suo arbitrio, ac pro sua *In futuris cõ-*
libidine & facere, & nõ facere potest homo. Atq; in his *tingẽtibus si*
terminatur philosophia, sciẽtiaq; naturalis. Nam teste *nis prophetiæ*
philosopho de his neque ars, neq; scientia est. Siquidẽ *naturalis.*
de futuris contingẽtibus non est determinata veritas. *1. Periher.*
cap. 8.

Vnde philoſophia vſque ad vltimas differentias ſpecificas rerum naturalium, quæ neceſſariæ ſunt peruenit, ibique gradum ſiſtit. Neque ad particularia & quæ ancipitis ſunt euentus deſcendit. Atque vbi terminatur philoſophia, inde prophetia quæ ſupranatiuum eſt lumen, orditur. Et ideo ſæpe à me tibi dictum eſt inani illos ſtultoque negotio vexari, qui naturali ope contingētia futura noſſe cōtendūt. Animaduerte igitur à propheta, cōtingentia futura prophetico lumine bifariam cognoſci. Prior modus contingit, dum cognoſcit ordinem, & inclinationē cauſæ in effectu illius, & non effectum in ſe ipſo. Et hoc pacto, non cognoſcit abſolutam neceſsitatem rei quam prædicit, vt Ionæ contigit, qui Niniue ſubuerſionē prædixit, quā cognouit in ordine ſuæ cauſæ, id eſt, meritorū ciuitatis illius, quę illius ſubuerſionē exigebant. Sed non cognouit neceſsitatē talis ſubuerſionis, vt res ipſa indicauit. Non enim poſteà ſubuerſa eſt, agentibus Niniuitis pœnitētiam ſuorum ſcelerum. Simile vaticinium fuit illud Iſaiæ, cum dixit regi Ezechiæ. Diſpone domui tuæ, quia cras morieris, & non viues. Nam ſecundùm cauſæ habitum ſequuturus erat mortis effectus. Et hoc vaticiniū cōminationis nūcupatur, atq; cōditionale. Cognoſcit aliàs itē propheta, quod dicit, nō ſolum cognoſcēdo inclinationem, & ordinem cauſæ in ſuo effectu, ſed etiā effectum ipſum in ſe, vt præſentem, atque ita cognoſcit illius neceſsitatē, hoc eſt, omninò conſequuturū inde. Atq; hęc neceſſaria prophetia, vocatur prophetia prædeſtinationis. Prophetia igitur Michææ qua prędixit Ieroſolymę vaſtitatē, eſt prophetia prędeſtinationis. Et quia ſæpe vobis dixi, prophetas quos vobis enarramus Scipione nobis eſſe, eius quod à nobis prænūtiandū vobis eſt, ideò hoc mane in hoc caput dicemus vobis aduerſus

In termino philoſophiæ initiū eſt prophetiæ.

Duplex cognitio pphetica de futuris contingentibus.

Ionæ. 3.

Ionæ. 3.

4. regū. 20. 2. Paralipo. 32. Iſa. 38 Eccleſ. 48.

Duplex genus prophetiæ, nimirū comminationis, & prædeſtinationis

Ex D. Thom. 22. q. 172. articu. 6. ad 2. & quæſt. 174. 1.

uersus Italiam pręfinitum esse flagellũ illius absq; ulla conditione decretum, atque immutabile. Et quoniam festo die proximéque lapso, senatus instabat creandus abrupimus concionem, neque ex sentẽtia potuimus caput hoc elucidare, ideò iterum adhuc ipsum resumemus, & exactius explanabimus. Ad rem igitur ipsam accedamus.

Res indicauit postea, ita esse omnino.

¶Dominico die proximo quia dominatus designãdus erat, nequiuimus prosequi expositionẽ, ideò necessarium est ipsum quod diximus replicare. Exposuimus primò prophetias valde esse vtiles, & perquàm bonũ esse in illis versari, & in eis persistere, & ipsis prophetis vti familiariter. Itidẽ & perniciosum esse cõsuetudinẽ cum diuinis, & astrologis ducere, vt qui fuerint inuẽtores omniũ superstitionum, & chiromantię, & geomantiæ, & pyromantiæ, & necromantiæ. Et diximus astrologiã rem esse impiã, loquor de ea quæ diuinatrix, nõ de theorica astronomia, quæ bona est. Diximus illos falsos esse ab imaginatione quadam falsa, vt qui crederent in cælo inscriptos ceu in libro, quopiã cæli ipsius effectus. Et subiunximus, tametsi id verum donaremus esse, nõ posse tamen ab eis ob nimiam distantiam, quæ inter eos nosque est, videri. Dein, licet cælum causam vniuersalem cernerent, id non sat esse, diximus. Siquidem opus esset deinde causas peculiares inferiores visi, quemadmodum logici isti dicunt, si animal cognoscatur, nõ continuò consequi, vt & homo cognoscatur. Quandoquidẽ non bene ex vniuersali peculiare colligas. Tametsi cõtrà legitimè colligatur. Vnde recta est hæc collectio, hominẽ cognosco, igitur & animal. Itaque isti astrologi qui volũt singulares effectus deducere, atque colligere ex cognitione causæ vniuersalis cælestisque, toto aberrant cælo. Addidimus prætereà, à

Epilogus concionis superioris.

sanctis doceri diabolũ, qui hanc istorũ superbiam cernit, qui sibi diuinam volunt arrogare excellentiam,& de futuris sententiã ferre,diuino permissu, diuinaq; id exigente iustitia,eorũ ingredi phantasiam,atq; omnibus illorũ seu publicis seu arcanis reb⁹ sese immiscere.

Vis familiaris consuetudinis magna. Ex S.Th.22 q.

Et quia diabolus, qui cum illis familiarẽ ducit cõsuetudinem,prauus est,& familiaritas similitudinẽ ingenerare solet, ideo omnes isti astrologi,& diuinatores,im probi euadunt. Quod experientia cõpertum est, qua liquet istos semperprauos esse homines.Porro quoniã angelica illustratio venit per angelos,qui cũprophetis familiarem vsum habẽt, ideò dicimus prophetas similes angelis effici, & angelicam vitã ducere.Deniq; inter coniectores & vates hoc differt, quod prophetiarũ sectator bonus euadit, qui autẽ diuinationes obseruat, eisque vacat improbus efficitur. Qui cum sapientibus graditur sapiẽs erit, amicus stultorũ similis efficietur.

Differẽtia sectantium diuinos et sectãtium prophetas.

Prouerb. 13

Vnde diximus debere nos prophetiis semper operã dare,vt pote quæ nos sint bonos reddituræ, atque angelicã,vt viuamus vitã facturę.Explicabim⁹ quoq; omnes illos,qui prophetis non adhibẽt fidem,& potius obstrepunt diuinis oraculis, quinq; pœnas dare. Primò nãq; dimittũtur,ac deserũturà gratia diuina. Secũdò excœcantur. Tertio indurãtur,quartò excitãtur,vltimò decepti remanẽt. Sed quoniam pro nostra volũtate hæc à nobis non sunt enucleata,á principio rẽ ipsam repetemus,quò melius declarare valeamus eam,& textũ iterum ingrediemur.

Quinq; pœnæ non credentium prophetis.

Ex Arist.8 Ethi.et ex S. Thom.22 q. 23.ar.1.

Charitas omnino est vera amicitia.

¶ Tria exigit vera amicitia.Primum est beneuolentia qua tu amicũ prosequaris;nõ ob tuam vtilitatẽ,sed vero amore,quo alterũ te, eum æstimes.Dein,vt sit reciprocus amor, quo redament se vicissim amici:mox,vt virtuti innitatur amicitia ipsa.Hæc tria sunt in amici-

tia

tia quę deo cũ homine intercedit. Deus etenim primo gratiam suã illi largitur, & amat illũ nõ ob suum cõmodum, sed vt illi sic benefaciat. Prætere a, est inter Deũ hominéque mutuus amor. Ait glossa quædã de gratia quã homini donat Deus. Gratia est res conciliãs hominẽ in sanctũ amorem, nẽpe Deo, & propterea inter Deum hominẽq; Dei gratia præditũ, est mutuus amor quispiã. Beneuolentia quoq; hæc diuina isque mutuus amor rebus cũ virtute cõiunctis superstruũtur, & vera quępiã amicitia sunt. Vnde est illud. Iam nõ dicã vos seruos, sed amicos. At quũ homo in lethiferã noxam labitur, iacturã gratię diuinæ faciens, amittit & eius amicitiã. A Deo quippe relinquitur, & deseritur. Quẽadmodum dici solet, cum quis gratia alicuius amici decidit, ob læsam amicitiã. Dicitur enim, ipse illum derelequit, ipse illum deseruit. Quare cõcione superiore diximus, quũ homo mortalem culpã admittebat à Deo deseri. Et laudauimus ad id psalmũ, sic habentem. Non me derelinquas vsq; quaque. Nẽpe, vsq; ad exitiosum lapsum. Quia hi, qui huiusmodi sunt, à gratia labefacta ti, à Deo deserti võcitãtur. Aliqui alij sunt, quibus non solũ ablata est gratia, sed neq; vltra eis Deus ipsam donare vult, & hi excœcatorũ nomine censentur. Obiicies tu mihi. Integrũ semper cuiq; esse in mortẽ vsque ad Deum cõuerti. Ita habet naturaliter iuxtà motũ liberi arbitrij, sed si Deũ postea iuuerit, cõuersionis gratiam terminare, penes illum profecto arbitriũ est, atq; libertas. Sunt non pauci qui quũm præfixũ quempiã limitem trãgresi sunt, à Deo vltra non reuocãtur ad bonã frugem, bonaq; studia, & sunt multi reperti qui semper prauitati studuerunt, neq; ad Deum vnquam sunt conuersi. Et sic obierunt diem, quoniam gratia conuersionis destituti sunt. Et hi excœcati appellantur.

Ioannis. 15.

Qui peccat mortaliter deseritur à deo.

Psal. 118.

Qui dicantur obcæcati.

Quia semper quum aliquis oculorum acie orbatur, & luce destituitur, nequit ad lucem regredi vltrà. A priuatione siquidem ad habitum non est regressus, testificantibus istis philosophis. Postea cum homo per peccata vltra progreditur. De⁹ ipsum indurat, quapropter scriptum est. Indurauitq; dominus cor Pharaonis. Sed quid sibi vult indurare hoc? Durũ est quod quando re alia percutitur, sua duritia ipsam repellit, sed molle recipit eam, atque præhẽdit. Ille igitur induruisse corde dicitur, qui diuina verba à se reiicit, dum ipsum percutiunt, neque audire ea vult. Vt cui Deus, neque lumen neque gratiam recipiendi illa donat, suis obstantibus peccatis. Sunt deinde alij, qui peccare pergentes vocitantur excitati. Excitare aliquid est, verbi gratia. Quũ tu excussorio chalybe silicem cõcutis, qui quo plus petitur, & validius, plus excitatur, & ignem eiaculatur foras, Ita hi quò plura miracula, atque diuina opera viderint, plus ad malum incitãtur, & diuinis pulsationibus peiores fiunt. Aspice scribas, & pharisæos, qui quando videbant Christi prodigia multiplicari, aiebant. Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit? Atque hoc pacto duri illi lapides, quos pro cordibus habebant, acrius ictibus prodigiorum excitabantur, & plus ex illis ignis emicabat. Vltimò quando isti male agere, pergunt, Deus ipsos decipit. Vtpote quibus lumen rationi natiuum aufert, vt scriptura dicit. Decipit eos. Et capti remanent, vt capiuntur hamo pisces. Omnia hæc in Pharaone gestą sunt. Principiò Deus illum gratia sua orbauit, quoniam de beneficiis acceptis fuit ingratus. Ideoq; ipsum deseruit. Mox excœcauit. Nam dicẽte ipso deo Moysi. Vade, dic Pharaoni, vt populũ meum dimittat, renuit, quoniã obcœcatus erat. Attende à Deo dictũ, dicito, vt populũ dimittat, sed ipse non faciet.

Exo. 9.

Induratus quis dicatur.

Excitatus ad mala quis dicitur.

Simile.

Ioann. 11.

Decepti qui dicantur à deo.

Iob. 12.

Exemplum omniumhorũ in Pharaone.

faciet. Nouerat enim Deus orbum illum esse lumine. Deinde obdurauit illum. Indurauitq; dn̄s cor Pharaonis, quia reiectabat, neq; agnoscere volebat ostenta, & diuina opera. Imò posteà ad deteriora excitauit. Nam quò plura signa videbat, peiora patrabat. Excitaui te, vt ostẽderem gloriam meam. Atq; hoc modo populũ dei insectatus est, donec Deus ipsum deniq; decœpit. Aperto namq; rubro mari, vt populus Israël ipsum traiiceret, Pharao, lumine naturali amisso, credidit natura ipsi etiã apertum mare, vt transire & ipse posset. At deceptus fuit. Deus enim illic eum mari cooperuit cũ suis copiis, & hoc pacto illi imposuit. Itaq; cernis ipse, qualis sit omnipotentis Dei progressus, atque suas res perducat. Ah videamus tantisper, num & ad nos hæc ipsa faciant? *Exod. 9.* *Exod. 9. Rema. 9.* *Exo. 14. & Psal. 77.* *Hebrae. 10.*

¶Horrẽdum est incidere in manus Dei viuentis. Quũ ipse flagellare quempiam destinauit, ipse omnia instruit, quæ illum illuc adducant, nempe, vt flagellis cædatur. Italia tecum hoc mane libet agere, quæ nosti à me sæpe te admonitam, me non ideò solum hîc esse, vt Florẽtiæ cõcioner, sed & vniuersæ Italiæ. Italia adesdum. Deus te gratia sua exuit. Et te dereliquit, & deseruit, & obcœcauit, & obdurauit, & excitauit, quia peior, quàm anteà ex nunc viuis. Italia tu vltimam attigisti metam. Primò Deus te lumine gratiæ priuauit. Nam centum anni iam lapsi sunt, ex quo concionatores nil aliud, quam inclamant tibi pœnitentiam, & impendentia tibi flagella eiulant. Hoc tu non agnouisti. Imò in dies ad deteriora lapsa es. Vt potè, quàm Deus gratia sua exuit. Anni etiam hinc sex sunt, ex quo expresse flagellum tibi prænuntiatum est, & ex quo ad pœnitentiam es vocata. Tu audire noluisti quia à Deo illustrata nõ es. Signum id est, te ab illo desertam esse. *Intellige vt supra.*

Is fuit Carolus. 8. rex Galliæ.

Dictum tibi fuit Italia ministrum Dei venturum, & expugnaturum arces nullo negotio. Tu oculis id hausisti, detrectasti tamen credere. Tu obcœcata es, neque iam vllam luminis vsuram habes. Tu dixti. Hoc illudque euenerunt. Et desertabunda ẽs de istis, neque in Deum referre vis ipsa, sed in homines. Ego aio tibi Deum etiã sic agere, & sensim pergere quò sapientes huiusmodi circũueniat, vt verbis Iob agam. Isti denique discertant, instarque philosophorum faciunt, qui de fide differunt, & sectantur rationes, quæ ipsis imponunt. Dicit philosophus ille. Minime gentium. Hoc enim pacto responderi potest. Dic mihi, quas nã rationes habes & tu philosophe, quibus respõderi nequeat? Argumenta illa tua, quibus Deum esse adstruis, quę ita sunt palmaria, responsum etiã admittũt. Nulla tam est acris ratio, quam responso nõ excipere queat proteruire volẽs prẹter vnas apodixes mathematicas. Ita isti faciunt, qui aiunt. Posset hoc modo ratio dilui. Italia tu nõ modo excœcata est, sed etiam obduratior in dies ad mala patranda, quanta quanta es, efficeris. Romam hinc minime excipio, quæ caput est. Exercitatior itidem Indies efficeris, & quò plura operũ Dei signa cernis, hoc acrius ad facinora excitaris. Tu tota incũbis in loquentẽ tibi vera. Tu nihil mali prætermitteres intẽtatũ aduersus eum, qui te bona admonuit, & ea tibi prędixit. Italia Deus tibi verba dat, vt Iob loquitur, modo quodam subtili, quo te liquefacit, attenuans te pedetẽtim, & in nihilum sensim redigens, vt tibi enucleabo, postea autem subita erit ruina. Italia tu egrotum imitaris, cui dicitur, confitere scelera tua, & ait ille. Minime. Ego non oppetiero. Pancraticè valeo. Demũ instatur illi, Adhibe exomologesim, ipse renuit, & sensim deniq; debilitatur, & tandem de repentè furia quæpiã

Qualis Italia Hiero. tẽpore. Simile.

paroxismus

paroxiſmuſq; inualeſcit quiſpiam, & hominem rapit, extinguitq;. De te verò Florentia quid dicã? Ego modo improbis loquor. Adeſte dum tantiſper. Dum ego lapſo iam tempore concionabar,& nonnihil de priſtino ſtatu attingebam,tu dicebas. Verum ille dicit. Ipſe probus vir eſt. Modo ſi te tangi contingat, quia recta non graderis,iam haud amplius verax ego homo ſum. Tu etiam, qui flebas, accede huc. Tu ciuis, qui die illo euentus plorabas, quia quod cogitabas, eueniſſet, niſi manus Dei obtitiſſet. Quid iſtud ſibi vult, quod tu iam non ad illum es affectus modum? Tu quoque qui ſpontaneus domum tuam regreſſus fuiſſes, & quieuiſſes,quid tibi in cauſa eſt,vt tam ſis ingratus de munere tibi à Deo collato? O ingratos omnes vos. Quàm vos omnes ingrati eſtis. O improbi Florentini Deus vos deſeruit, ipſe vos obcœcauit, ipſe in mala opera obdurauit,& modo excitati eſtis, & in omne ſcelus irruer etis, ſi vobis eſſet integrum. O nequam tu obduratus es, & excitatus, licet diſsimules. Et videtur iſtis pro bonis mala facienda. Florentia regredere cum impro bis modo ago. Tu deceptionis iter facis. Retrocede. Nã Deus tibi cœpit imponere, vt verbis Iob diximus. Tu cum redire voles,nequibis. Equidem id nõ capio. Quid tibi vis monache? Ah, audi ex me tantiſper quæ hoc mane volo dicere.

Inconſtantia æmulorũ Hieronymi.

¶Quid vis tu dicere monache?Gallinæ vigilate & cauete vobis ineunt ſiquidem contra vos conſilium vulpes. Vulpes cauete vobis,cuſtos ſiquidem laqueum ex tendit, & caſſes nectit aduerſus vos quibus vos capiat. Gallinæ adgracillate cuſtodi veſtro. Omnis in te vno noſtra ſpes eſt repoſita. A vulpib⁹ nos eripito. Gallinæ gracillate. Accelera dñe,vt eruas nos. Addite & hanc orationẽ,illi quã vobis dixi. Benè fac domine bonis,& rectis

Simplicibus cauendum à verſipellibus ad deumq; huius gratia recurrẽdum.

rectis corde. Subdite illi hanc. Accelera dñe, vt eruas nos. Vulpes laqueus oppansus est,& rethe item est extensum, custos tendiculas expãsas habet. Vos comprehendimini. Custos, vulpes noctu ambulant. Ait custos. Nox fiet ex die. Vulpes, vniuersa vestra consilia reuelata sunt, nota sunt, patent,& omnia ad lucem proferẽtur. Nihil ocultum quod non reueletur. Vulpes retrocedite. Lapides isti vestra consilia retegent. Vos in laqueum incidistis. Vos in casses incurritis. Ego vos admonui. Dicetis postea me in vos maleuolum. Dicetis pòst à me vos non præmonitos. Gallinę este prope vestrum custodẽ, nihilq; hæsitetis. Vos siquidem eruemini, & vulpes comprehendentur.

Math. 10. Marc. 4. Luca. 8. & 12

¶ (Nunc vastaberis filia latronis. Obsidionem posuerunt super nos.) Cito vastaberis filia latronis. At quando istud erit? Cito, cito. Italia hæc quædam febris ethica est. Tu id non deprehendis. Tu cito destructa, tu cito vastata eris. Ego non credo. Ego id credo quàm maxime. Dic mihi, si tu non credis, cui innititur rei tua incredulitas? Credere meum in misericordiam bonitatemque Dei fundatum est, qui ferre vltra nequaquam potest, vt tam sint oppressati boni. Fides mea iustitiæ Dei innititur, quæ amplius tolerare nequit, vt pauperes expilentur, & tot extorsiones patiantur. Fides hæc mea tuis improbitatibus superstruitur, Italia tu sceleribus exundas, tu improbis referta es. Vbi tuæ persuasionis fundamenta locasti Italia? Vbi tuæ istius fidei fundamentum est? Cui tu rei confidis? Cui rei inniteris Italia? Tu intremis, & nullus tamen aduenit exercitus. (Obsidionem posuerunt super nos.) Misera Italia absque exercitu, aut militibus obsessa es. Tu rerum caritatem pati incœpisti. Signa etiam pestis prodi incipiunt, Deus tibi tuum morbum portendit.

Prædicitur Italiæ vastitas cito futura.

Italia tẽpore Hiero. sceleribus plena

Hîc

Hic atque illic signa hæc monstrari sunt cœpta. Quid hoc esse credis Italia? Tu semper bellũ paues, & nullũ tamẽ est bellũ. Quid erit? Quid ages, aduenietibus barbaris? Nullus adhuc est barbarus. Cogita quid in eorũ aduẽtu impresionĕq; factura sis. Nõ vnus veniet. Sed plures. Equidẽ ne errem, nolo tibi in pręsentia dicere, quot sint futuri. Italia tu extimescis, & in extraneis hominibus spẽ posuisti. Ne ita speres. Illi sunt quippe qui te sunt depopulaturi. Ipsi erunt qui te absumẽt. Ethice ista te sensim absumet. (In virga percutiẽt maxillãiudicis Israël.) Tu non vis credere Italia, tu percussisti maxillã iudicis Israël. Tu obtrectationibus tuis concionatorẽ petisti. Tu ludibrio habuisti diuina. Cum te ærũna occupabit, vah quãtum ego facta tua irrisero, quãtũ mihi risu excuties. Qui habitat in cęlis irridebit eos, & dñs subsannabit eos. Dñs tũc opera vestra irridebit. (Et tu Bethlehẽ Ephratha paruulus es in millib⁹ Iuda.) Tu Bethlehẽ, i. domus panis, vos domus panis, i. vos boni, & Ephrata idest, videns furorẽ, idest, vos probi, qui videtis furorem in prauos, & si in vos quoq; grassantem videritis, hilares estote. Nihil timueritis, non enim sinet vos Deus percuti. Deus manum bonis admolitus est. Quod si denique vnus aliquis ipsorum oppetet, nõ mors est, occasus probi hominis, sed assertio in libertatem, vt concione superiore tibi dixi. (Quia paruulus es.) Boni vos pauci estis. Et licet pauci sitis, nihil tamẽ vereamini. Orate denique continenter. Et dicite. Benefac domine bonis & rectis corde, accelera domine vt eruas nos nihil vos probi timete. Vobiscum quippe Deus est. (Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël.) Ex vobis probi hic Christus, et hoc lumẽ exoriẽtur ad futuram instaurationem. Vobiscum dominus, cum aduersariis est diabolus. Ab vtris putatis staturam palmam?

Psal. 2.

Bethlehem.

Ephratha.

Boni pauci.

palmam? Ne dubitetis à vobis ſtaturam. Apoſtoli fuerunt pauci, & totum orbem debellarunt. Ne deſpōdete animum. Attēdite hūc diem, qui Petro & Paulo natalitius eſt, & ſacer, qui ambo concionatores fuerūt, in gentemq́ue inſectationē tulerunt, & deniq; hodie necati ſunt, & omnes illorū res proſperè progreſſæ ſunt. Itaque nihil dubitate. Dominus quippe vobiſcum eſt.

Chriſtus bonorum protector.

(Et egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.) Iſte, qui à vobis eſt, vobiſq; fauet, filius dei eſt, ille ſane qui ab æternitate profectus eſt, qui in mēte diuina progeneratus eſt ab æterno, qui vniuerſum orbem ad rectos mores fidemq; reuocauit orthodoxam, qui cuncta idola aboleuit. Quid igitur vos hæſitatis? Num non ipſe idem eſt Deus? Num illi modo idem in manu non eſt facere, quod fecit, dum ad noſtram carnem aſſumendam in hunc mundum venit? Omninò pater. At quando id erit? Quando erit? Ah audi me tantiſper.

Prædicitur à Michæa tempus vindictæ mortis chriſti

¶ (Propter hoc dabit eos vſque ad tempus, in quo parturiens pariet.) Pariet inquit parturiens quo ſignificatur venturum tempus quo fœmina parturiens omni ope nixura ſit, vt pariat. Quòd ad litteram ſpectat, textus hic inſinuat, Iudæos qui Chriſtum neci dediderant, non percuſſos fuiſſe, donec parturiens, partum omnibus viribus conata eſt, ac peperit. Hoc eſt, donec durarunt preces proborum, quibus obiectis duos, & quadraginta annos ſoſpites ad ruinam vſq; ſuam perſtiterūt, quā vindex noſter illis prædixerat. Sed ab occiſis apoſtolis, & poſt duos & quadraginta annos hóſce tranſactos mox à Romanis percuſsi ſunt. Proh, ſi ego tibi dixiſſem prænuntiata à nobis in ſecundum & quadrageſſimum annum differenda, tu mea facta naſo ſuſpenderes adunco. Duos igitur, diceres tu, & quadraginta annos ſumus nos præſtolaturi? Ego id tibi non dico. Neque

Matth. 14. Mar. 13. Lucæ. 19. et 21.

que cogito. Bene sane. Quãtum temporis intercedet? Ego tibi non sum dicturus. Sed si ego tibi prædicerem non modo initiũ, sed cõsummationis finisque istorum tempus, quæ tibi ego prædixi, quod haud clam me est, tu obstupesceres, & perbreue tibi tempus videretur. Hoc igitur pacto vsque ad partũ manebunt, hoc est, do nec fœmina, partum vrgeat. Quæ parturit fœmina, ex viro prius concepit. Fœmina ista ecclesiastes est, qui ex verbo Dei concepit, & ad bonam frugem animas gestit parere, sed antequàm momentum partus adueniat, vehementibus doloribus cruciatur. Hi sunt murmura, ærumnæ, afflictationes quæ in ipsum ingruunt, non adest adhuc partus horoscopus. Hoc est nõ est adhuc absolutus numerus totus. Alij adhuc ad virtutem reuocandi restant. O pater videmur nos ipsi deficere. Multi retrocedunt. Nihil hæsita, à nobis nullus è nostris abscedet. Verum est, aliquos esse quibus tantum fidei charitatisque suppetit, quantum prosperari viderint, bonum temporale. Spirituale autem nihil morantur. Isti nõ è nostris sunt. Ait Ioãnes in canonica. Ex nobis prodierunt multi, sed nõ erant ex nobis. A Christo etiam multi, & ab apostolis eius desciuerunt, qui non erant tamẽ veri discipuli. Christus eos præsertim discipulos censet, qui bonum spirituale antiquius ducunt. Christus animas vult saluare. Idque curat præsertim, & ideo dicit textus noster. (Et reliquiæ fratrũ eius conuertentur ad filios Israël.) Expecta ergo paulisper. Nã qui parturit, nõdum hora partus attigit, neque omnia ad huc fecit. Sinite, ipsum vocare reliquias fratrum nostrorum, quia multi adhuc desunt. Quando ipsi venerint, tunc inchohabunt, quæ tibi dixi. O pater interea vero quid agemus? Sumusne afflictandi? Ita sane. Sed fortes tamen este. Quia hoc omnino eueniet.

Concionatro est fœmina pariens.

Dolores cõcionatoris qui.

Veri discipuli Christi qui sunt.

1. Ioan. 2.
Ioan. 6.

 Ecce

Ecce textus dicens, (Et stabit.) nēpe hoc quod ego vobis dixi. Nihil timueritis, hoc ipsum posse deficere. Fundamentum hoc iactum est à Deo. Ne ærumnas timeatis. Vultis vobis verum dicam? Deus capitibus vestris manus admolitus est. Sinite deniq; ipsum agere. (Et pascet in fortitudine domini: in sublimitate nominis domini dei sui.) Dominus pascet nos in fortitudine.

Fortitudo Christiani. Fortitudo nostra crux est. Fortitudo nostra est nihil appetere, & nihil timere, nihilque desiderare. Hæc nostra fortitudo est. (In sublimitate nominis domini.) In sublimitate huius nominis Iesus erit fortitudo nostra.

Philip 2. In nomine hoc omnes ad dominum conuertentur. In nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorū. Ne igitur timete boni. Quia hoc ipso nomine vniuersos vincetis. (Et conuertētur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terrę.) Erit nomen hoc Iesu magnificatum & in terminos vsque terræ lumen hoc dissipabitur, atque expandetur. Nihil ergo probi timete. Estote lęti. Reponite in Deo spem vestram. Hoc enim, quod vobis dixi, haud quaquam deficiet. Ecce tibi prophetæ partem vnam, assumamus modo alteram.

¶(Et erit iste pax.) Quis nam hic erit, qui pacē importabit? (Cum venerit Assyrius in terram nostram.) Italia tu pacem quæritas. Iste erit pax, qui est egressus ab initio æternitatis. Pax tua filius Dei erit. Huc ades.

2 Physi. *Vera christiani quies in solo Christo est quod hic egregie deducit.* Philosophi isti quatuor causas afferunt. Agētem, materialem, formalem, finalem. Nihil est quod à sese ipso fiat. Sed opus est, vt aliūde proficiscatur quidquid factū est At nequit ire in immensum. Igitur ad primum vnum quod omnium sit causa, deueniendum est. Vnde in causis efficientibus. aiunt, si quid sit factum, vt ab alio sit factum, necesse esse, atque illud ab alio, donec in primā

causam

causam peruentũ sit,quę à nulla alia sit facta.In materialibus similiter,si tu hoc lignũ capias,dices.Hoc ab illo progeneratũ est,illudq; ab alio, idq; dices donec ad vnum primum naturale principium peruenias.In formalibus itidem dices. Hæc forma ab illa est, & illa ab alia etiam pendet sicq; perges donec ad vnam primã formam processeris. Sed ad finalem causam accedamus.Missas reliquas faciamus,quæ ad rem nostram in præsentia non ita faciunt,vt finalis. In causa igitur finali opus est,ad vltimum vnum finẽ deuolui. Ita ego tibi dico, si bene agere studes, pone tibi ob oculos semel finem quendam. Iacta fundamentum fixum cui omnia alia superstruãtur. Opus siquidem est, omne quod mouendum sit, ab immoto aliquo ordiri. Ni tu pedem prius figas,quum vis moueri, casurus sis. Et similiter,si ambos vno impetu moueres, opus est alterutrum figi, & tunc alterum mouere, et motum ab immobili illo ordiri. Stabili igitͥ semel cor tuũ, & in fine tuo christo vt quiescat facito.Si honoribus,aut opibus cor affigas, vagũ erit,& inquietum, atque instabile.Si tu quietè vis degere, opus est inuenias rem aliquã,in qua cor sit fixũ, & vbi fœlicitas sit. Hoc autem nisi ni Christo minime inuenitur. Quære ergo illum & vbi illum inueneris, sectare ipsum vt in ipsum semel confirmeris & stabilito te ipsum. Quoniã ab ipso omnem pacem adipiscêris, & omnem tranquillitatem. Italia tu pacem quæritas. Vade quærita Christum, & inuenies pacem. Conuertimini omnes ad Christum, quoniam nullum vobis aliud præsidium est. Vos inaniter alia omĩa obitis,quę vos quæritis.Italia nihil pręsidij. aio tibi, est præter Christum. O monache tu dixisti, Italiam esse deploratam,atq; immedicabilem.Et modo ais medelam illi promptam,si conuertatur ad pœnitentiam

8.Phisi. & 28.

Inquietudo hominum vnde est.

nitentiam & ad Christum. Hæc secum ipsa pugnant ambo. Medicabilem eam esse, si conuertatur, & deploratam esse tamen. Hoc nos non capimus. Ego vobis respondeo, hæc duo non esse à se vicissim diuersa. Nam si dãnatos, qui in inferno sunt deploratos esse, & de Cacodæmone etiã actũ esse, afferã, verũ dicam. Et si posteà dico, si dãnati & Dæmones pœnitẽtia ducerẽtur, in paradisum migrare possent, verũ itidem etiam dico. Neq; enim assero futurã ipsorũ pœnitẽtiam. Sed dico, si deniq; eos pœniteret scelerum. Hoc conditionem habet adiũctam. Conditionale autem enuntiatũ, nihil actũ esse decernit, vt isti dialectici aiunt. Si ego etiam dicerẽ, Si tu asinus fores, tu clitellã portares, nõ continuò te asinũ assero, aut abs te clitellã portari. Sed aio, si ita haberet. Cõsimiliter Italiã dixerim. Si te facinorũ tuorũ pœniteret, pacẽ haberes. Et hoc verũ est, si te pœniteret. Atqui ego dico te non ducẽdam pœnitudine. Et hoc ipsum verũ etiam erit. Quocircà pace haud fruêris. Italia quã tu pacẽ voles? Proh, pacẽ vellem⁹ deniq;, & ne vlla extera natio in nos irrueret. Dic mihi, quis, vt te impeteret, eam impulit, nisi tu? Si pacẽ non habes tu in causa es. Cum tu eam ipsam nationem vocaris, & æquum erit, vt pœnas des. Qui illam prouocarunt in suum id fecerũt dãnum. Agedum Italia, nisi gens te impeteret aliqua, dicis tibi pacem futurã. Verum est, inter principes futuram & præsules, at subditi & pauperculi haud illa potirentur. Ista igitur vestra pax nõ esset pax hominum Italorum, esset pax solùm vestra. Nobis non est cordi hæc pax. Itaq; dñe mitte deniq; eum, qui vẽturus est. Nos etiã pacem cupimus, mitte nobis pacẽ nostram. Si istis, quã volunt, pax suppeteret, peius esset adhuc subditis, & pauperculis, quã prius. Nos itidem atq; illi homines sumus, & pacẽ ipsi quoq;

Conditionalis nil ponit.

quoq; volumus. Neq; enim vltrà in hunc modum valemus viuere. Si tu igitur pacem vis Italia, quęre pacē cum Christo. Florentia quid tu vis? Pacem. Si pacē vis cōstabili te ipsam semel. Improbi vos constabiliri detrectatis. Vos credere adhuc non vultis. Vos Christò adhuc fidem nō adhibetis. O pater ego nō sum improbus, vt tu ais. Ego probitati vaco. Semel in anno mea peccata cōfiteor. Si tu bonus es, id mihi per q̄ est gratum. Sed attende ne fratrē Boninū, aut fratrē Dulcinū arcanæ tuæ cōfessioni excipiēdæ adhibeas. Quod si tu fratrem iustum à tuis arcanis confessionibus habes, tu verū ipsum cælas. Huc ades ò inquietum cor. Homo inquiete ades huc. Tu, tibi cordi esse pacem, ais? Tu pacem nō vis. Si pacem cupis. Stabilire semel. Tu ad hūc gubernatum accipiendum amplexādumq; non vis firmari. Quem tu gubernatum velles? Accede huc dispu tem⁹ tātisper ambo. Exue te tamē thorace illo priuati affectus, quē tibi alias dixi. Induere thoracē omnes decētem. Si tu pater familias es, & filio tuo alium vis thoracem facere, alium nepoti, alium famulo, sartorem accersi iubes, & facis, vt vniuciusque thorax ad tuam mensuram, quam prius iubes à sartore desumi, fiat, nō erit domi tuæ pax. Dicet enim vnusquisque. Thorax hic haud mihi aptus sedet. Ille dicet prolixior est, quàm deceat, alius dicet promissioribus manicis est, quàm pro meis brachiis, atque in hunc modum, non erit domi tuæ pax. Si igitur pacem vis exuere thorace illo. Si quisque vestrum vnam in sua vota factam Florentiam cupit, haud est vnquam vobis interfutura pax. Efficite vnam Florentiam omnes addecentem. Neque illam tam arctam feceritis, vt vos enecet, cum nullum etiam decuerit. Sed vos exemplo id facitis fœminarum, quæ pueris atq; virgūculis,

Cōfessarius qualis debet eligi.

In gubernatu spectāda omnium vtilitas.

Exuēdus proprius affectus in gubernatu, vt sit pax.

tam strictas faciũt vestes, vt thisicos illos tandem red dant. Ita si vos tantum arctabitis Florentiam istam, vt non omnes deceat, thisici euadetis. Thorax iste pro tua libidine factus, & corpori & animæ tuæ nocebit. Si igitur pacem vis, ama prius Deũ & mox bonum cõmune cernesq; hunc statum bonum esse. Spoliare thorace isto & mox tibi ipsum gubernatum placere cernes. Quod ni tibi hic placeat, faciamus etiam alium si non sit hic aptus. Quem verò gubernatum velis. Vis tyrannicum? Portentosus est. Quære ex cunctis scriptoribus, & videbis ipsum nõ bonum, imo deterrimũ. Si etiã tyrannum creare vis vnum aliquem, volet etiã ille alius esse, & deinde alius, & sic semper dissipati essetis, neq; vnquam pace frueremini. Gubernat⁹ bonus ad pacis conseruationem inuentus est. Igitur tyranni regimen non est bonum. Si palam inquietos istos roges, dicent, se nolle tyrannum creare. Sed tamen apud se vellent, vt ipse eligeretur omnino. Quod si vos velitis tyrannũ creari, populus non vellet. Et ecce diuisio, profligatioq; pacis. Quod igitur regimen animo vestro sedet? Num monarchia? Si illam optatis. Ego legatus vester ero ad dominum, vt populi Iudaici fuit Samuel Ego dicam domino. Isti regem sibi volunt. Quod igitur: Dicitis? Si vobis cordi est dñs vn⁹, vultis ne vt ille exoticus sit, an vestras? Num exoticus? Minime pater. Vorabit enim carnes nostras vsq; ad ossa. Si vestras vobis arridet, quem è vestris ciuibus vultis regem, dominum ve? Inuenite mihi vnum ad vestra vota factum. Ego in vestram gratiam ad dominum ibo. Valde id mihi placet, vt bonũ habeas regimen, si istud bonum non est. Quem igitur è vestris ciuibus cooptabitis? Si bonum eligeritis, noluerint improbi. Quia tollerentur è medio, in patibulumq; agerentur. Et ecce

Nimius rigor legũ noxius egregio simili.

Tyrãni gubernatus pessimus.

Monarchia.

ce chrisma. Si improbum crearitis, multa mala, perpetrabit. Et ecce disidium. Sub hæc ait D. Thomas libro de regimine principum. In italia vbi abundat sanguis, & ingenium, non posse moderari reges dños ve. Quod si contra eueniat, efficiũtur tyranni. Atq; ea re gubernatio huiusmodi haud quaq̃ vtilis tibi foret Florẽtia. Quid tibi igitur vis irrequietũ cor? Quis te gubernatus delectat? Num optimatum? Adibimus dominũ si hunc voles. Responderent tamen pusilli isti. Nunquam inter illos & optimates conuenturum. Ecce igitur ne tũ quidem cõstatura erat pax, existeretq; istinc dissentaneum quoddam chaos, atque discors congeries. Neque satis commodè esses. Quid igitur vobis restat? Equidem ipse nescirem meliorem isto gubernatum comminisci. Figite ergo hîc pedem. Et in ipso fixi consistite, quando Deus vobis illum commentus est. Congregamini omnes in bonum publicum. Et vnusquisq; vos timebit. Elimate istud vestrum consiliũ, & pacem colite, atq; obseruate, breuiq; ad perfectum quendam deducemini statum. Si vnicuiq; obloqui integrum est, nihil ita absolutum esse possit, quod nõ destruatur. Pax vestra esset, vos copulatos esse, quęrere, & amare Christum, qui pax vestra foret. (Et erit iste pax.) Quum igitur Christum quæretis, tunc pacem vestram inueniretis. At istud fieri nequibit, ni prius quippiam aliud fiat. Audi modò.

Quibus rebus efflorescat respublica.

¶(Et erit iste pax.) Dominus erit, qui erit pax. Italia tu nunquam pacem habebis, Florentia tu nunquam pace potieris, nisi, vt dicitur hic. (Nisi cum venerit Assyrius in terram, & quando calcauerit in domibus nostris.) Hoc est, non obtinebis pacem, nisi prius Assyrius venerit. Quando hoc erit Michæa? Erit cum dirutæ erunt vrbes ædesque. Quum calcarit Assyrius

domos noſtras, tunc pax adueniet. Diſsipatio quædam ingruet ordinis, quæ magnũ quẽdam ordinẽ inducet.

Pſal. 124. Sinite deniq; eã venire, & orate quod vobis dixi. Bene fac dñe bonis & rectis corde, accelera vt eruas nos. Venerunt, Aſſyrij in ciuitatem Ieruſalẽ, & omnia deſtruxerunt, & poſteà pax inducta eſt, Aſſyrius interpretatur negotiator. Veniet iſtis negotiator, & illi Aſſyrij venient homines aurũ quæſturi, & ſanguinem homines exteri, in oẽ malum animati, & tũc turba ad bonã reducetur frugem. Sed tamẽ fortis eſto fili mi. Suſcitabimus ſiquidẽ aduerſus iſtum Aſſyrium aliquos ad bona pertracturos ipſum. (Et ſuſcitabimus ſuper eum ſeptẽ paſtores, & octo primates homines.) Aiunt aliqui ſeptem iſtos paſtores, quos hîc prædicit Michæas, & octo primates homines, fuiſſe ſeptẽ conſiliarios qui cũ copiis Chaldæorum venerunt, & octo duces, qui cum rege perfidis aduenerunt. Hoc eſt quod ad literam ſpectat. Quod verò ad allegoriam attinet. Septem paſtores innuunt apoſtolos propter ſeptem dona Spiritus ſancti, quo fuerunt pleni, octo primates deſignãt octauam diem hoc eſt, quam prædicabant reſurrectionem. Atque iccirco, cum venerit gens illa extranea ſuſcitabimus ſeptem paſtores, & octo primates. Ideſt, multos concionatores à Spirituſancto illuſtratos, qui Chriſtum prædicẽt crucifixum, eiuſq; reſurrectionẽ, & ad pœnitẽtiam adducent multos. (Et paſcent terrã Aſſur in gladio.) Ideſt, conuertent ad Deum gentẽ illã ſeu exteros illos boni verbi enſe, & concionatũ ibunt. (Et terram Nemrod in lanceis eius.) Nemrod interpretatur tyrannus, vel apoſtata, hic eſt Macometes. Ibunt igitur illuc iſti eccleſiaſtæ & enſibus lanceiſq; diuinis, Hoc eſt concionibus omnes ad Chriſtum reuocabũt. (Et liberabit ab Aſſur cum venerit in terram

Senſus literalis.

Senſus myſticus.

noſtram,

nostram, & cum calcauerit in finibus nostris.) liberabit vos ab istis, quando ipsi quod collibitum erit in Italia fecerint. Et salui erunt electi Dei, qui vt semen sint, mansuri sunt. (Et erũt reliquię Iacob in medio populorum multorum quasi ros à dño, & quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virũ, & non præstolatũ filios hominũ,) erunt tunc reliquiæ Iacob, idest, pauci illi, qui remanserint, populos concionãtes peruagabũtur, & ceu ros erũt, omnium afflictorum corda ab igne tot afflictationum refrigerantes. Et erunt etiam hi cõcionatores, ceu stillicidium in herbam, quę non expectat virum. Hortẽsis herba expectat hominem, campestris non item. Siquidem per se ipsam floret, & fructũ prodit, nullo humano cultu expectato. Ita erũt illi infideles qui sunt instar campestrium herbarum inculti. Current ad baptismum. Nostri isti sunt ceu hortenses herbæ qui multis ligonibus, sarculisque quibus dura cordium eorum humus sarriatur, egent, nec fructum tamen afferunt, vt neque hortenses herbæ tam iugi tantoque studio & labori atque ipsę exigunt, respõdent. Conuertẽtur Turcæ illi concionibus dulcissimeq; ad baptismum, & ritu ouium contendent. At dices tu num illo ipso tempore tribulationes etiam erunt, & insectationes à Turcis? Sat scis ita futurum. Et ideo consequitur hîc textus noster. (Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum, qui cum transierit, & conculcauerit, & cœperit, non est, qui eruat.) Reliquiæ Iacob, hoc est, illi qui restabunt post ærumnas, erunt in medio gentium. Idest, populi gentilis, & præliabuntur more leonum & rationibus bellum gerent concionantes cũ iumẽtis syluarum, hoc est cũ illis infide-

Concionator est diuinus ros.

Infidelium conuersio prædicitur.

Christiani similes herbis hortensibus, quæ multo labori male gneresp͂õdẽt.

Conuersio Turcarũ prædicitur.

libus. Iumenta dicuntur, quasi iuuamenta, quo innuitur à conuersione futuros ipsos auxilio, & rationibus alios per ipsos trahendos. Catuli leonum in grege pecorum indicant, ab illis, qui demisiore erunt spiritu magisque supplice alios, simplices pertrahendos. Denique docti erunt cum doctis, supplices cum supplicibus, prudentes cum prudentibus, omnes pœnitentiam deprædicabunt, & homines illos ad fidei lumen pertrahent. Erunt etiam instar leonum, quia prorsum nihil pauebunt. Imo martyrium sitient, mortemque propter fidem, & animas quas cœperint ad Christum conuertēt, & neutiquam è manibus eorum quisquam ipsis abripiet. (Et exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.) Tunc Florentia manus tua exaltabitur, manus virtusque tua ò ecclesia sublimabitur, & victoriæ palmam ex inimicis tuis referes. Hæc secunda est pars capitis, pergamus ad tertiam, & addemus colophonem.

¶Octauo à festo. D. Ioannis die, & die veneris, festum sumus celebraturi, mane præsertim, est siquidem patronus & præses vestræ vrbis. Bene sane. Quid tu vero monache hoc ipso die nobis dices? Num aliquod peculiare bonum? Clam me est, mihi ne integrum sit futurum, vobis quicquam dicere. Si vos orabitis, ego id prospexero. Dixi vobis, vti D. Ioānem oraretis, vt ob sua merita à dn̄o impetret, vt finat me vobis aliquid dicere, quod ipse apud me habeo. Ego vobis in initio quadragesimæ dixi, meam ferre opinionem, ob vestrā incredulitatem mihi vltra integrum non futurum, dicere vobis quicquam noui. Vt & de domino dixit euāgelista, nimirum ab ipso Christo miracula in patria sua non potuisse fieri ob ipsius patriæ, id est, Nazareth incredu-

incredulitatẽ, præter paucorum infirmorum curationem. Videbimus deniq; num quicquã boni die veneris vobis queamus dicere. Caput hoc nobis aliquid boni insinuat. Tunc vobis renuntiabo, num simus imposituri finem nostris concionibus die ipso veneris, an verò etiã dominico die concionaturi simus. O pater nos in tãta afflictione sumus, vt non parsit tunc te cõcionibus desistere. Vos in ea versamini, quia sic iuuat vos. Parum est, quod vos ibi detinet. Si vobis libêret vnanimes esse, patêret facile remeãdi via. Parua res vos eriperet. Precamini Deum. Vt vobis illam posim patefacere. Opus est nosse rei fundamenta, & radices mali. Reuelabũt fundamenta orbis terrarum. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Intelligat, qui aures habet, quibus percipere queat Nota bene reuelabuntur fundamenta. Id non capitur. Dicitur enim ab aliquib⁹ Monachus iste temeritati fortunæq; committit verba, & arte graditur, & cautè loquitur. Ipse nos lactat. Et hoc pacto non credunt. Omnes repugnãt. O pauper monache nũ tu id non recogitas? Tibi tot sunt hostes intus, foris, viri, fœminę, sacerdotes, monachi, vestales. Atq; homines omne genus. O monachũ egenum. Tute pauper es. Tu rabie intabescis, nos hilares sumus. Tu pernox manes, nos cantilenam nostram in pace concinimus. Proh tu omnino sub magno versaris discrimine. Ita tibi videtur. Equidem in portu nauigo. Hoc in me discrimen veniat. Domine veniat precor. Quando erit vt veniat? Veniat hodie. At ego nollem ouiculas deserere. Nihil prorsum extimescite, nihil i quam extimescite: num non audistis textum nostrum? (Et suscitabimus super eum septem pastores & octo primates homines.) Deus pro vno septem vobis dabit. Annon illi fiditis? Non creditis vos à Deo eri-

Marci. 6. *Apocal. 2.* *Respõdet Hieronymus.* *Sitiebat Hiero. martyriũ quam candẽ sitim videre est infra. concione. 17.*

piendos esse? Orate igitur & nihil hoc curetis. Attendite quomodo. D. Petrus hodie per ecclesiæ preces erutus fuit. D. Petrus in vincula coniectus erat ab Herode, vt per iniustitiam, populo morem gereret, sic & Florentini nostri faciunt, qui vt vni cuipiam

Act.12. morigerentur, ius fasque violant. Cum igitur Petrũ Herodes comprehendisset, in vincula coniectum obseruandum curabat, quatuor quaternionibus adhibitis ad custodiam. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Ita & vos continenter orate, nihilque extimescite. Num nobis non est Deus Florentiæ? Num non angeli eius adsunt? Boni nihil timeatis. Adueniet Deus laturus opem & aduenient angelorum eius acies, suppetias vobis laturæ. Si vel vsq; ad portas ipsas videritis irrumpẽtes hostes nihil hæsitate. Egrediemur siquidẽ effigiem crucifixi nobiscum præferentes, & sublatis eiulatibus inclamantes, viuat Christus Iesus, & omnes dissipabuntur. Qui

Fiduciæ ĩ deum fructus ereptio ex periculis.

fidit Christo, quique totum se illi tradit, etiam si maximo subsit discrimini, semper eripitur exeo. Intuere diuum Petrum, qui in vincula coniectus, nihil solicitus

Acto.12. erat. Dicit scriptura, ipsum sopori deditum. Fortasse cogitatione aliqua oppressus erat. Aduenit Angelus, Et stimulato latere Petri, excitauit eum altè dormientem. Herodes non dormiebat, imo destinarat Petrũ postero die sub ipsũ mane occidere. Attamẽ falsus est Petrusq; liberatus fuit. Ita & vos si fidẽ adhibeatis, eripiemini omnino. Isti nõ credunt hoc. Sed aiũt. Nobis sunt boni sanctique viri, qui haud quaquam credunt, imò obloquuntur, & huic rei obtrectant. Hæc duo nequeunt cõsistere, vt boni sint, & conuitiis tamen hanc rem appetant. Ita & tu dicis. Monachus hic probus est, sed pro concione mẽdacia effutit, ipseque sibi

c imprecatur. Damnatis me in die iudicij Deus adlat, si mendacia ego dico. Quo autem pacto vistu nemendacia iactare, & probum esse? Quî tu vis um esse bonum qui Deo obloquatur? Veni huc. Tu non potes comperire, arcanum meum. Si à Deo llud est, cuiusmodi erit sors tua, qui Deo fueris obloquutus? Et ideo melius foret quietum esse, quàm obstrepere illi rei, quæ te lateat, quæq; à Deo esse posit. igitur non potest bonus esse qui obloquitur. Bonus vir si non credit conticet quietus. Tu ais. Si nos crederemus à Deo esse, quod tu asseris, fidem adhiberemus. Ita etiam scribæ Pharisęique dicebant, denique perpetuò obloquebantur. Et tandem decepti sunt, & omnia illis prædicta, euenerunt. Probi homines isti post in domum Diaboli ibunt. Si tu verbis meis fidem abrogas, tantum te pollere ratiocinatione, falsem quæ à lumine naturali est, oportet, vt per effecta, atque opera huius rei ipsam rem definires, atq; decerneres. Ades huc. Aiũt philosophi isti, esse quædam prima principia, quæ negari nequeant, verbi causa. Tu vidisti vitem semper vuas producere, quotiescunque igitur vuas vides, imaginaris, & hoc primum principium tibi penitus persuasisti, à vite illas prolatas. Tu etiam nosti ab homine alterum hominem progenerari. Sol & homo generant hominem. Tu igitur apud te primum hoc principium stabilitum habes, atque fundamentum, vt quoties hominem videas ab homine, ipsum generatum esse censeas, neque inficias vales ire. Sic etiam vsu veniret si in manu semen lactucæ haberes, & quia ipsum non videris vnquam, minime cognosceres. Equidem haud scio, si ego semen lactucæ viderē, an illud cognoscerem. Donemus igitur semen illud in tuo horto abs te sparsum, & esse

An aliquid à Deo sit ex effectibus cognoscitur.

Similia ex rebus naturali. eleganter ducta.

tamen

tamẽ abs te viſam aliquãdo lactucam, atq; cognitam, ſimul atq; naſceretur, foraſque producta lactuca abs te cerneretur, diceres. Profectò ſemen illud lactucæ fuit. Tametſi prius id te latuiſſet prorſus. Sed tu poſteà viſo fructu' deſeminis illius natura certior fieres. Ita in ſpiritualibus reb⁹ vſu venit. A fructibus ſiquidẽ ipſarum internoſcuntur. A fructibus eorum cognoſceris eos, ait ſcriptura. Et, nunquid colligunt de ſpinis vuas? Si tu igitur noſſe cupis nũ à Deo noſtra ſint, etiam ſi arcanum, occultum tibi eſſet circũſpice num aliis Dei operibus priſcis ea congruant, & proceſſum cum antiquis conſonum habeant. Vade luſtra totam ſcripturam, & videbis, è diuinis rebus ſemper priſcis temporibus bona opera promanaſſe, vt etiam ex iſtis promanant. Illæ vehementem perſequutionem ſunt paſſæ. Itidem & iſtæ. Tu cernis res iſtas in dies in mediis conflictationibus gliſcentes, vt & priſtinæ illæ concreuerunt. Par igitur eſt, vt tu credas iſtas etiam à Deo eſſe. Tu credere cogeris viſa lactuca ob orta, ab illo eam eſſe ſemine procreatam, licet ſemen ipſius ignotum tibi foret antea. Dein vides vniuerſas ſcripturas, quas ego lego rei huic cõquadrare. Revera neutiquam credibile eſt, neque eſſe poteſt, vt vnus homo comminiſci nouerit figmentum, cui vniuerſa ſcriptura ancillaretur. Attende modicum caput iſtud, quod in præſentia enodare tibi conſtitui, & vide num in rem noſtram faciat. Tibi ego aſſero Italia, Deum, omnis hæc ſcriptura ad amuſsim in te vt compleatur facturum, vt ego tibi nunc eam elucidabo. Audi modò, num hoc idem ſit, quod priſcis fuit temporibus.

Matth. 7. *Matth. 12.* *Luca. 6.*

E diuinis rebus ſemper extitiſſe bona opera tradit ſcriptu. ipſasq; ſemp oppugnatas.

A i·ificum fuit omnem ſcriptu. ſac. quadrare rebus dictis ab Hiero.

¶Tu non credis Italia. Ego aſſero tibi flagellum tuum ingens appropinquare. Ego dico omnia iſtius capitis

verba

erba in te ad implenda vt in præsentia tibiexpo-
am.(Et erit in die illa dicit dominus, auferam equos *Vastitas Ita*
uos de medio tui. Et disperdam quadrigas tuas,& per *lia prædicit.*
lam ciuitates terræ tuæ. Et destruam omnes munitio
es tuas,& auferam maleficia de manu tua. Et diuina-
iones non erunt in te. Et perire faciam sculptilia tua,
x statuas tuas de medio tui, & non adorabis vltra
pera manum tuarum. Et euellam lucos tuos de me-
lio tui. Et cõferam ciuitates tuas, & faciam in furore
x in indignatione vltionem in omnibus gentibus,quę
on audierũt.) Hoc in te complebitur Italia. At dices.
ah, istud dicit dominus de illis, qui illa tempestate
uerunt. Iam re ipsa verum est comprobatum. Nostra
ihil refert,neque nos attinet istorum quicquam. Ego
ibi Italia respondeo. Etiam de te hæc intelligiã domi
o atq; asseri,& in te euentu ipso comprobanda vera.
Cui igitur tu rei fidis Italia? Dicit dominus Deus. Au-
eram tibi equos tuos. Tu copiis tuis confidis, arcibus,
x mœnibus. Ego arces demoliar tuas , & mœnia tua
onquassabuntur,& humi prosternentur. Currus etiã
bs te tollã. Hoc symbolo,currus pulchri intelligũtur,
uibus fœminæ vehuntur. Olim etiã curribus bellige-
abatur, indicatque hodie currus tormentorum belli
orum, quibus vos vtimini. Ego tibi auferam eos ait
lominus. Et auferam naues tuas,& diruam vrbes,atq;
rędæ vt pateant,curabo. Vrbes Italiæ igni flammisq;
onflagrabunt, & subuerti eas faciam, & munitiones
uas destruam,atq; arces. Tu deniq; mœnibus fidis Ita
ia. Ego illa diruam,arces tuas ego humi prosternam.
x ostendam tibi mihi & non terrenis te confidere de-
uisse. Tu denique in his quæ mundi sunt spem tuam
ollocare voluisti,& ego tibi commõstrabo,nulli tibi
sui futura. Ego expellam dicit dominus maleficos
istos

istos & diuinaculos, atq; incantatores, & simios atq; vulpes omnes disperdam. Non proteget astrologos astrologia, non iuuabit vulpes ista simulatio, non erunt vltra incantatores. Nota bene Florentia dissipandos incantatores. Vos incantatis quandoq; magistratus, ne ius decernant, vos illos incantatis, & cerebello vestro rotatis. Vos dispergimini incantatores, qui semper effertis, quæ minime ita habere apud vos existimatis. Cuncti planetarij humi iactabũtur. Dices tunc astrologo, vt sibi ipsi vaticinetur. Opus erit tibi astrologe, bene tum astrologiam consulere, atque circumspicere. Ego disperdam, ait Deus. Et labefactabo sculptilia vestra omnia, idola vestra nihil vos iuuabũt. Vos illa amittetis. Vestra idola sunt vestri cinædi, me retrices vestrę, improbi vestri, & concubinæ vestræ. Ego ad infernum detraham eos, & multi alij captiui ducentur. Et statuę vestrę, & pulchrę ędes vestræ omnes destruentur. Et non adorabitis vlterius opera manuum vestrarum. Vos creaturas adoratis. Opus vobis est vnum adorare earũ cõditorem. Hęc omnia à vobis auferẽtur, vt vltra neque adorare, neq; amare ea possitis. (Et euellã lucos tuos de medio tui.) Luc⁹ significãt poëmata, quę omnia abolebũtur. Signat etiã lucus arcana vestra, quę reuelabũtur, & loca vestra oculta vbi, patratis scelera vestra. Ego veniã, ait Domin⁹, & subuertã vrbẽ & indignatione mea vltionem sumam atque in furore de illis omnibus, qui noluerunt audire, quique noluerũt credere verba mea. Qua propter Italia, hodie si vocẽ eius audieris noli obdurare cor tuũ, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto vbi tẽtauerunt: me patres tui probauerunt, & viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generatiõi huic. Et dixi semper hi errãt corde: ipsi vero non

Idola hominũ quæ, sint,

Luci sunt figura poematum inanium & rerum arcanarum.

Psal. 94. & Heb 3.

o nō cognouerunt vias meas,quibus iuraui in ira mea
i introibunt in requiem meā·Si igitur vos hodie ver-
a auditis,credite illa, neq; corda veſtra obdurare li-
eat,ne vobis, vt illis qui fuerunt in deſerto eueniat,
uraui ſiquidem in requiem meā minime illos ingreſ-
uros. Hoc eſt. Non fruentur pace, neq; in hoc ſecu-
o neque in altero, dicit dominus omnipotens,qui eſt
enedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. 16. habita in octauo die à feſto.S.Ioannis,Calendis Iulij.1496.ſuper Michæam.

Audite, quæ dominus loquitur. Surge contende iudicio aduerſus montes, & audiant colles vocem tuam. Michææ.cap.6.



IVINARVM rerum cognitio dilectiſſimi in Chriſto Ieſu, ita mentibus hominum hæret, vt nullus mortalium fuerit vnquam, qui ab ipſa pueritia, cum libertate arbitrij, vti iam poteſt in finem vſque vitæ ſuæ, in hac poſſet opinione perſeuerare, vt numen eſſe non crederet. Naturà res hæc ingenerata eſt humanæ mēti, omneſque fatentur primam cauſam eſſe, atque adeò Deum. ſeu ſciſciteris virum ſeu fœminam, ſeu paruum ſeu magnum, qui ciuitatem incolat ſeu qui pago ſit innutritus inibiq; perpetuò vixerit num Deus ſit, ſubito, atq; incūctanter Deum eſſe aſſerēt. Si percontēris nū Deus ſit nobiliſsimus rerū,bonuſq;,potens,ſapiens, iuſtus,mox nil amplius cogitantes,aient itidem, & rem ita habere reſpondebunt. At quoniam omnis noſtra cognitio à ſenſibus progreditur,homo ſępe aberrat,vt qui

Sententia Cicero.1.de na. deorū. Quæ gens, inquit, quod genus hominū, quæ nō habeat anticipatiōem quandā deorum. et cætera.

Diuina humanis admetiri error eſt grauis.

qui humanis diuina metiatur. Admetitur enim miseri cordiam, iustitiam, sapientiam Dei, vt mensuret mise ricordiam, iustitiam, sapientiam & bonitatem humanam. Et eodē pacto omnia diuina humanis rebus metiī, & iccirco errat. Et tantò amplius errat, quantò sese plus affectibus occupari, atq; superari finit, qui ita eius mentem obnubilant, vt in tantum fastum quādoq; homo erūpat, vt cum Deo dicertare velit, & rationem ab illo suæ sapientiæ, suæque iustitiæ exigere, vt si vas cū figulo disputare vellet. Aiebat Habachuc. Nullus hominum bonus est. Quisque legem tuam violat, vbi nā gentium tua iustitia est? Quid tu agis, qui non supplicia de illis sumpturus venis? Vsquequo domine clamabo, & non exaudies me? Tandiu ego vociferatus sum. Quando erit, vt me exaudire velis? Exclamabat Habacuch Dei iustitiam ceu requirēs, & dicebat. Tu legem tulisti tuam, & videris nescire facere, vt obseruetur. Id ipsum cogitās amicus Iob sophar, qui Iob è numero istorum sic arrogantium esse, censebat, quiq; arbitrabatur Iob ipsi cordi esse iustitiam suam constabilire, & proferre in publicum, dicebat. Vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi. Hoc est vtinam internè te Deus illuminaret, & arcanum suum suis ipse labiis tibi recluderet. Hoc est, per suas tibi creaturas pāderet, & per suas te scripturas illustraret, quò intelligeres, nō tibi disputandum esse cum Deo. Et perciperes varias leges esse variis animantibus impositas, et varias etiam, quæ variis sunt hominibus cō ditæ. Si Deus tibi arcanum suum patefaceret, videres te illius esse debitorem, & minorem ab ipso de te pœnam sumi, quàm pro tuis meritis, neq; in ea esses arrogantia, vt disputationem cum Deo molireris. Igitur tametsi voluntas ista cum Deo disputandi, grandis sit insolentia,

Superbia hominum ratio nem exigit rerum à deo. Habacuch. 1

Quid sētiret ā Iob Sophar amicus eius Iob. 11.

insolentia,& grande scelus, tamen omnipotens Deus, quæ sua est clementia, sese eò demittit, vt disputare quãdoque cum homine velit,& suæ iustitiæ rationem reddere. Et quamuis voluntas Dei, omnis ratio sit, & possit ille dicere, sit pro ratione volũtas, quia ipse prima causa est,& quæstio etiã est valde insipida, quę causa sit quę primã causam moueat, nihilo tamẽ secius quã que Deus pro sua bonitate, ad hominem inclinare se, voluit, & se purgare iniustitiã à se depellens, & suam constituens iustitiã. Sic & hoc mane, Deus facit, quãdo cũ illo sumus disputaturi vult se apud nos cõpurgare, & inter se, & vos, hominemq; constituit iudicẽ. Deus ab vna parte stabit, vos altera, ego medius iudex ero. Audite modò quæ disceptatio sit ista.

Immensa dei humilitas, q cum hominibus vult quãdoque dispu-re.

Quærere causam diuinæ voluntatis, quæstio est insipida.

¶Maximæ est superbiæ, cum Deo velle hominem disputare, maioris vero iudicem illius velle esse, præsertim cũ hominem, qui Iudex futurus est opus sit primò sapientem esse, idque non vulgariter, cogita ergo quî potero ego Dei iudex esse, qui summa est sapientia, cũ sim ipse nihil. Opus est præterea magna bonitas. Expẽde igitur quî poterit à quodã peccatore immensa bonitas iudicari. Opus item est potestate, si velis bene iudicare. Cogita igitur quo pacto fragilis homo poterit, ius reddere Dei infinitæ potentiæ. Intolerabilis igitur esset supercilij velle iudicem illius fieri, ni ipse omnipotens Deus id diceret. Sed ipse tamen dicit. Ecce textus noster. (Audite quę dominus loquitur. Surge cõten de iudicio.) Surge homo, & sedeto iudex, volo enim, vt iudex sis inter me & hominẽ. Dices rationes meas meo nomine, & deinde sententiam feres. Vade sede igitur iudicaturus nos. Aspice itaq; quãta sit benignitas Dei qui se eo demittit, vt velit iudicari ab homine. Si seruus sit, qui cum hero disputare velit, aut subditus sit,

qui litigare ausit cum domino, non sit laturus omnino herus Dominus ve æquo animo. Mox enim dicit. Attende arrogans. Et non putat honoris esse sui, id ferre fieri ve. Magna ergo benignitas diuina. Sed non mirũ est cum seruator noster reum se etiam mortis iudicari tulerit à Pilato, si etiam num eo se inclinat, vt ab homine iudicari velit. Incipiamus igitur prius ab hominis superbia, & postea in hoc iudicij descendemus.

Deum nõ posse errare seu peccare ex eius immutabilitate deducitur.

¶Tu forte cogitas ò homo Deũ nostri similem, & iniustum, qui sic illum in iudiciũ vocas dicens, volo hęc scire, quæ Deus facit, quo nam iure procedant. Tu supercilio sus es. Tu naturę Dei es rudis, & bonitatis eius ignarus. Tu illum nobis similem credis. Deus simplex est, nos compacti. Aiunt isti philosophi. Accidens esse illud, quod adest & abest pręter subiecti corruptionẽ. Quod fixũ perseuerat in homine substantia illius est. Quod vero it, remeatque absque corruptione subiecti veluti albedo, rubor, palor, & hoc genus colores qui eunt, redeuntque vocitantur accidentia. Corpus verò est substantia, quæ firma subest accidentibus huiusmodi. Phantasmata quæ homini huius rei modo, illius autem postea offeruntur, vt quæ accedant, & abscedant accidentia nũcupantur, intellectualis anima fixa persistit, & substantiæ nomẽ fert. Anima nostra firma remanet, & multis accidentibus aduenientibus emigrantibusq; sternitur. Homo firmus manet & substantia est, sed modo bonus est, modo prauus efficitur, modo sapiens, modo stultus, modo æquus, modo iniquus, atque hæc immigrãtia, hominis accidentia sunt. Deus autem qui simplicis naturæ minimeque cõpactæ vt nos est, non patitur istas mutationes, istaque accidẽtia, sed persistit perpetuò immobilis. Er si quandoque Deus iustus, quandoque iniustus esset, dicendum esset in Deo

Arist. 1. Topico. c. 4. & Porphy. c. 5. prædicabi.

contraria

contraria esse. Sunt enim opposita iustitia & iniustitia, veritas & falsitas, & cõsistere vnà nequeunt. Quod si Deus mutabilis foret cõtrariisq; subiectus, dici oporteret, Deum itidem esse corruptibilem. Sub hæc Deus nequit errare. Est enim omnium rerũ regula. Sed homo qui diuina humanis metitur, & errare facile potest, & errat. Homines aut ignorantia, aut fragilitate, aut malitia aberrant. At in Deo nulla est ignorantia quum sit summa sapientia, non fragilitas quia est summa potentia, non malitia quia est summa bonitas & nihil horum in ipsum cadit. Quo igitur pacto poteris tu homo, cum Deo disputare, qui fragilis es, ignarus, & malitiosus, neque naturâ simplex, vt Deus, sed naturæ compositæ, quæ ob suam ipsius contrarietatem mille errores homini ingenerat? Si voluerit homo contendere cum Deo, non poterit ei respondere, vnum pro mille Sed tamen dominus Deus dicit. (Surge) surge monache. (Contende iudicio,) sede pro tribunali. Futurus es quippe iudex. Loquere pro me. Contendeque isto iudicio. Et quoniam Deus hominibus improbis loqui non solet, ideo dicit (Surge contende iudicio aduersus montes.) Age meas partes loquens aduersus montes istos, idest, superbos, & improbos homines. Dicit Deus prophetæ Michææ, Surge, sede pro tribunali, & ius discerne, & audi quæ tibi dicam, (Aduersum montes,) Montes hîc in bonam, atque in malam partem capi possunt. In sinistram partem captis, hic sensus redditur. Disputa pro me, ait dominus, aduersus turgidos, & sibi placentes. Abi, dic illis, me subire velle iudicij aleã, aduersus primores, & superbos ciues litigando. (Et audiant colles vocẽ tuam.) Colles signãt famulos & affectatores primatum istorum, atque arrogantium ciuium, eorundemq; satellites. (Audiant

Altera ratio, quãobrẽ Deus nõ possit errare.

3. ratio ex fõtibus erroris humani.

Iob. 9.

Montes superbi.

Colles famuli & asseclæ superborum.

Mōtes angeli. montes iudicium domini.) Hîc capiūtur in bonam partem montes. Quia iudicium testibus eget, ideo ait, de montibus, id est, angelis, vt audiant iudicium hoc. Venite igitur angeli hoc iudicium audituri. (Et fortia fundamenta terrę) hîc innuūt, patriarchas, prophetas, apostolos, martyres, doctores, & omnes sanctos qui in ecclesia fuerunt, qui stabile fundamentum ecclesiæ sunt, & fortitudinis nomine cōmendantur, quia haud quaquam martyrium exhorruerunt. Venite igitur vos omnia fundamenta terræ ad audiēdum iudicium, quod hoc mane agitādum est. (Quia iudicium domini cum populo suo, & cum Israël diiudicabitur.) Peccator sessurus est iudex, proferet Deus prior rationes suas, deinde loquêris tu popule, & postremò videbimus quęnam sit sententia ferenda.

Fundamēta terræ sancti superioris æui

¶Dominus prior loquitur. Nos pro tribunali sedemus, & ad pedes adstans dominus dicit. (Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi?) Audi popule quā-ta mansuetudine te dominus alloquatur. Domine populo huic hoc perplacet, & tecum ipse differere vult. Ita habet res. Vnum tamen facito. Manum tuam longe fac à me & formido tua non me terreat. Tolle hinc prius, vt ait Iob, ingentem illam tuam potentiam. Fac, vt ne me tua potestas perterrefaciat. Tolle tuū illud, sic volo, sic iubeo, quia nullus est, qui posset illi obstare, nullus qui tuæ volūtati queat obsistere, nullus qui posit respondere. Sed tolle tamē istud, & disputemus. Respondit dominus. Iuuat. Deinde tolle de medio domine lumen illud supernaturale, si vis, vt differamus. Neque enim præternatiuum lumen homo aliud habet per se. Ait dominus. Equidem ac libēs faciam hoc. Decernamus lumine illo, quo tu polles, loquitur, igitur prior Deus & dicit. (Popule meus quid feci tibi, aut quid

Querelæ dei prius ex beneficiis in hominē collatis, q̄ ipso lumine naturali sunt ei notæ. Iob. 13.

quid molestus fui tibi, responde mihi. Tantisper mihi responde, quid in te cõmisi, vt non sis me amaturus, neque meæ voluntati obsecundaturus? Quid in causa est, quamobrem despectus tibi sum? Quis ille est, qui te fecit hominem? Descendamus parumper ad rationes. Lumine naturali tecum volo agere. Vnus omniũ est consensus, quod sit factũ, antea minimè fuisse. Neq; à se ipso fieri quicquam potest. Ab aliis ergo vt fiat, nec esse est. Si tu igitur factus es, dic mihi homo, quis ille est, qui te fecit? Si à patre tuo te factũ respondeas & ego tibi dico à causa secunda non excludi priorem, opus est deuenire ad autorem patris tui, donec ad primã causam peruenias. Ego prima causa sum. Sum igitur tui causa. Neque enim te potuit producere secunda causa citra me primam. Quid tu igitur dicis homo? Quid in te commerui? Si tui causa ego sum, vidistin vnquàm causam effectui nocentem, malũque molientem in ipsum? Minimè profectò. Imo nititur perpetuo illi benefacere, atque ipsum perficere. Mater nunquam filio malum inferre studet. Quod si quandoque in illum animaduertit, id vt meliorem reddat, facit. Si igitur hoc verum est in naturalibus causis, quo est celsior causa aliqua, hoc nobiliorem effectum prodit, & vberius suam in ipsum bonitatem transfundit, quàm inferiores causæ. Cum igitur tui ego prima sim causa, beneficẽtior in te ego fui, quàm omnes aliæ. Dic mihi, quis tibi, vt esses, quis tibi fortunas, quis tibi liberos tribuit? Quis omnia hæc in tuam gratiam sustentat, præter me? Potes ne tu à te ipso bona frui valetudine, potes ne pulcher, fortisque esse, nisi ego dederim? Accede huc homo. Ego in terram veni, & in crucem me agi sum passus, & propter te occumbere volui. O domine tu iam ad lumen supranaturale rem confers, tu extra

Querela neglecti diuini amoris, negataq́ obedientia.

Causis natiuus inest amor in effectus suos, & præsertim prima causa.

Exaggeratio beneficiorum Dei.

 propositam

propoſitam tranſcurris metã. Ego vero minime. Annon tibi teſtatum faciunt multæ rationes, quas tu audiſti iam, Chriſtum verum Deum verumque eſſe hominem? Sed addamus nunc quandam aliam rationem. Num tibi compertum eſt, poſteriorem cauſam abſque ope primæ nihil agere? Semina in tuo horto quantũlibet, ſi ſol eò non deſcenderit, cælique defluuiũ, nihil ibi prorſus exorietur. Nequit inferior cauſa ſine ſuperiore agere. Veni huc medice. Quid eſt, quod tu peſtilentiæ medicinã non inuenis? Quin tu illã ſcis depellere ab illis, quos occupauit? Ait medicus, eſſe quidẽ medicinam peſtilentię, haud tamen repertam hucuſq;. Quẽadmodũ & philoſophi dicũt de circuli tetragoniſmo, qui inueniri quidem poteſt inuẽtus tamen nõ eſt. Ideo aiunt ipſum quidẽ ſciri poſſe, hucuſq; tamen haud quaquã ſcitum. Ita eſt de peſtis antidoto. Atqui ſi huc veniret vnuſquiſpiã, qui vna quapiam medicina omnibus eo morbo laborantibus mederetur, omnino diceres remediũ inuentum. Et adderes. Negari non poteſt, Experientia enim me docet hoc illius eſſe morbi verũ alexipharmacũ. Memini iuuenẽ fuiſſe Ferrarię proſperę valetudinis viriũq; præſtantium, & deciduũ ſubitò egiſſe animam. Conſilio medicorũ aperta ſunt eius viſcera, & comperiũ eſt vermẽ illi ad cor ineſſe. Abſtractus eſt vermis & in multis rebus periculũ factũ eſt multæque medicinæ ſunt adhibitæ, quibus extinguendus immittebatur vermis, & nihil repertum eſt, quo interire poſſet, præter vnum ſuccum cępe. Atque illo pacto deprehẽſa fuit antidotus & medela illius morbi. Ad rem igitur propoſitam regrediamur, & reſponde mihi tantiſper homo. Tu dicis te non poſſe bene agere. Et denique addis. Equidem vellem bene agere, & à malis cauere mihi, ſed nequeo tamẽ. Tu quæris ſuccum hunc, qui

Diuinitas Chriſti oſtenditur ab effectibus mirificis ipſius inde præſertim quod amor eius præſẽtiſſima medela hominum ſit ac fuerit.

Ariſt. in præd. c. 7. et 5. et. 1. Phi. et. 11. et. 1. poſt. c. 7.

qui tuæ concupiscentiæ vermem possit extinguere. Tu rationem bene, & nullo modo male agendi, quæritas. Huc ades. Iam illa reperta est. Egò id te docebò. Philosophi vestigarunt hanc medicinam, & denique eam inuenire non potuerunt vnquàm. Experientia ipsa modo te docet ipsam iam esse inuētam. Visum est à Christo hucusq; ab hoc malo sanari seruarique vnūquenque dum modo Christum amet. Compertum quoque est omnes homines bene agere, qui Christū amore prosequātur. Ama igitur tu illū si vis bene degere. Hoc pharmacū est. Hucusq; nullum pharmacū inuentum est, quo rectè vt operarentur homines, fieret, nisi vnus Christi amor. Hic hominem seruabit, curabitq; idque experientia ipsa compertum est. Virtus hæc bene agendi nequit esse nisi à Deo, qui summum est bonum. Si à Deo igitur sunt ipsa bona opera, & experientia commonstrarunt & commostrant, ipsa bona opera, ab amore Christi manare, Christus igitur Deus est.

Christi amor vniuersalis medicina omnium infirm.

Accedit huc, quod secunda causa absque motu neutiquam agit, & inde est, quod ipsa ab extremo ad extremum, citra medium non operatur, prima vero causa maxime. Atqui Christus in homine absque medio ab extremo ad extremum agit, Christus ergo prima causa est. Assumito Veneris rebus deditum quempiam, amet Christum, subitò pudicus efficitur. Accipe superciliosum aliquem, amet item Christum, mox euadit supplex. Ecce igitur vel lumine naturali Christum Deum esse ostenditur. Cumque ille homo etiam sit, efficitur ipsum propter te hominem factum fuisse. Et ideò ait Dominus. Ego ille ingens vehemensque hominum amator sum. Ego frater ipsorum factus sum. Ego in crucē propter ipsos sum actus; ego ipsis finem ipsorum luculētum feci. Ego carnem meam in cibum

2 ratio Christi diuinitatem ostendēs.

Teneræ Christi querimonia.

ipsis sum largitus,& mea gratia eos cumulaui .Quid tibi vltra potui dare homo,quod non dederim?(Popule meus quid feci tibi? Responde mihi paulisper. Quid molestus fuit tibi?)

Christianum senis apophthema.

¶Audi domini rationes, quæ secundum lumen naturale sunt? Responde mihi homo,ait dominus.(Quid molestus fui tibi?) Quid in te cõmisi? Profecto tu nequis dicere,te accepisse à me,nisi bona. Memini in præsentia,me legisse, fuisse Policarpum quendã nomine, si recte cõmemini, qui senex erat. Quumque tyrãno adstaret volenti,vt ille Christũ abiuraret, fideq; ipsius deffiteretur,respondit senex probus subridens hoc pacto. Circiter septuaginta annos illi, Christo népe,sum obsequutus & famulatus,neque vnquã noxam vllam mihi nocuit,sed contra,multa in me bona contulit, cur tu in præsentia vis illum à me abiurari? Veni huc Florentine popule.(Quid molestus fui tibi? Responde mihi) Annon cõmeritus eras gehennam popule Florentine? Non meministi pluribus iam annis retro actis, quã pauor inter erat fides? Ferè extincta iam omnino erat in te Christi fides. Fœminæ eò lasciuiæ processerant,pueri tam profligatis erant moribus,vt dici liceat, ciuitatem tuã,nihil ferè aliud quàm paganorũ quandam morum colluuiem fuisse.Et eo grassata fuerat inuerecundiæ,vt scelera propalam in viis patrarẽtur. Et ideò popule num tu gehẽnam non cõmerebaris?Nonne digna eras Florentia quæ funditus subuertereris, aut terræ te hiatus exciperet,atque occluderet?Ego non id feci, ait Christus, imo pro malis bona tibi retribui.Recogita exacte verba hæc domini,quæ cor tuum transuerberatura erãt. Cõsidera igitur quod tibi alloquitur. Qui etiã addit. Ego lumine christianæ veritatis te illustraui. Ego ostendi tibi,aliud,quàm ceremonias,ad beneviuendum

Colluuies paganismi Florentiæ ante Hiero. aduentum.

viuendum opus esse, cultũque internũ puritatem esse, atque adeò vni puritati salutem contingere. Ego te illuminaui,& feci vt futura tibi prædicerentur, tametsi tu prædictionibus hisce parum fidei arroges. Lumine illo te donaui, quo vno, si nihil aliud dedissem, beata eras Florẽtia. Proh ait populus. Atqui tu multas in nos induxisti tribulationes. Respondet dominus. Non est, cur ob illam ærũnam quam tibi ego immisi, conqueri debeas. Fuit siquidẽ tibi illa bona. Tu ęgrotabas, illa te saluti restituit, ipsa medela tibi fuit. Valetudinari⁹ cũ sentit se morbo occupatum, accersit medicũ,& ait illi. Equidem sanari cupio. Ego medicinã capiam, quã tu præscripseris, & tametsi ad gustũ illa meum nõ faciat, sat mihi tamẽ est, si mihi sit salutaris. Ego stipendium cõmeritum tibi numerabo. Quicquid voles precij auferes, modo pristinæ valetudini me reddas. Sic tu popule facere deberes, gratias Deo agens, qui tibi hãc afflictionẽ immiserit, quæ te partim incolumitati restituit. Ni hæc intercessisset ærũna, tu minime gentium, quod fecisti bonum, fecisses. Attende èconuerso qualiter te in prosperitate gereres qualisq; esses. Qualibet enim tibi affluente prosperitate, in superbiam erigebaris,& Dei te obliuio subibat. Tu ambitione excæcabaris,& mundi rebus totũ te adglutinabas. Dei autẽ vltra non memor eras. Tu solum quæ sunt mundi attendis, cum pusillum fœnũ aridũque illa sint. Cogita modò, quid esset si tu flores fructusque paradysi Dei videres. Terrenis immersus es popule, Deus etiam bona tẽporalia tibi est pollicitus,& omnino tribuet. O pater mihi videtur nos pręcipites in dies ire,& in deteriora semper prolabi. O fili tu nimis amas temporalia, opus est amare spirituale, & per spirituale Deum, deinde temporale. At quũ nimis temporale diligitur, ab ipso Deo aufertur.

Tribulatio medela est eius qui tribulatur.

Ordo charitatis diuinæ.

Euse. in histo. ecclesi. lib. 1.

aufertur. In historia ecclesiastica legitur, multos qui martyrũ corpora venerari videntes, atq; in honore haberi, solitos dicere. Spõtaneos offerre nos volum⁹ martyrio, vt & nos honoremur. Quocirca Deus permisit, plura martyrũ corpora à canibus deuorari, ne postea hac inani gloria peccaretur. Neque bonum hoc temporale, honorque hic mundanus appeteretur. Et idcirco expedit mundum relinqui, & spiritualia appeti. Vsque adeò tu mundo inhæres, vt beneficij alicuius, quod in te Deus contulerit, haud quaquam memor sis. Memento popule, inquit dominus, te ereptum à me è seruitio. (Quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruietium liberaui te.) Tu nosti qui fuerit status tuus antequam eripereris ex eo. Omnia tua incerta erant, libertas tua incerta, vxor tua incerta, filiæ tuæ incertę erant. Te latebat, num postero die eiiciendus esses, atque adeò ignorabas, an exulaturus fores. Omnia ab vnius voluntate pendebant. Popule tu non vis seruitutis tuæ, quam seruisti recordari. Ob oculos tibi obiicito pristinum statum tuum, & videbis qualis fueris, qualisque sis modo. Fuit olim rusticanus homo qui in ingẽtem euasit potentiam, ita vt è proceribus vnus esset factus, & iussit calceos suos asseruari, quos in initio ascensus sui ad fastigium habebat, & quotiescunq; loci vilis, vnde emerserat, volebat meminisse, & quis ipse fuisset, & quis itidem tum foret, animo versare, ipsos sibi afferi, atq; ante oculos poni, faciebat, inque ipsos intuens, se recognoscebat, & humiliabat. Sic & tu memento in manibus fuisse Pharaonis. Ego te ab illa seruitute asserui, dicit dominus. Ego te natalibus restitui. Nemo sit qui se iactet, aut inaniter glorietur, autorem se fuisse eripiendi tui. At, dicit ille. Ego organum, quo id fieret fui. Ne glorieris. Nequaquam tu fuisti. Non tibi

Miseria status Florentini prioris.

Exemplũ humilitatis.

Libertas Florentiæ à pristino statu tyrannico.

tibi tanta ſuppetebat potentia,vt id poſſes, neque tanta ſapientia, vt ſcires, rem in ſuum locum adducere, neque tam eras probus,vt id promeritus fores.Sed ſcis quid contigit? Haud dubie nihil minus, quàm,quod Diuus Thomas dicit, qui autor eſt,tyrannum ob populi peccata dari à Deo, vt princeps ſit,& expurgatis populi ſceleribus maliſque, tolli etiam à Deo tyrannum ipſum.Num te latet ante euentum illum,quot ieiunia tolerata, quot fuſæ preces fuerint à populo? Num excidit tibi, in feſto omnium ſanctorum die,& die dominico ipſum ſubſequenti, qui dies parũ ante euentum lapſi ſunt, quot quantique clamores ſublati, quæ lachrimæ hic ſunt apud diuæ Reparatæ ædem confuſæ? Iſta igitur peccatorum expiatio fuit quę te commiſerante Deo, ſeruitio eduxit. Dicit adhuc dominus. (Popule meus,quid feci tibi?Ego miſi ante faciem tuam Moyſen,& Aaron & Mariam.)Ego ante conſpectum tuum miſi prophetas meos, tui id muneris non cognoſcis. (Popule meus memento quæſo,quid cogitauerit contra te Balah rex Moab.) Balach interpretatur volues, & typus eſt diaboli, qui implicat atque inuoluit homines peccatis prauiſque cogitatibus (Rex Moab,) Moab vero interpretatur, è patre. Vos ex patre diabolo eſtis. Diabolus hîc inſtituerat nocere tibi, multumque ſanguinem profundere,& circum curſabat implicans,& ſuaſibus incitans ad extremã perniciem tuam, eos qui te lędere poterãt,& ego te erui dicit dominus. Pôſt cum regreſſus eſt miniſter, adhuc Balach iſti,atque iſti diabolo cõſilium fuit,nocere tibi, quôd ipſum etiam alij plures principes inanimũ induxerũt,& huc uſque ego te aſſerui. Popule mi in mentem tibi huius rei veniat. (Et quid reſponderit ei Balaam filius Beor de Setim vſque ad Galgalam,) vt cognoſceres iuſtitias

Balach typus diaboli.

Moab ex patre interpretatur.

ſtitias domini. In mentem tibi veniat, quid pro te Balaam reſponderit. Balaam fuit propheta, quanuis poſtea in gratia atque prophetia non perſtiterit. Memorare, quid in tui ille gratiam fecerit, quidque propheta iſte filius Beor reſponderit, qui impellens interpretatur, vt qui impulſus à Deo fecerit, quicquid fecit. (De Setim) quod nomen interpretatur ſpinæ, ſignificatque ab illo rectã viã oſtenſam peccatoribus, qui ſpinę ſunt. (Vſq; ad Galgalã,) quę interpretatur circũciſio, quę bonos ſpiritu circunciſos innuit, & ſceleribus mundos, in quorũ ſalutem etiã propheta iſte miſſus eſt. Memento popule mi omnium rerum iſtarum, quas tibi dixi, atq; omniũ iſtorum, quę in te contuli, munerum, & videbis nullam tibi ſuppetere rationẽ, quamobrem præceptis meis non obſecundes. Reſponde pauliſper rationibus meis popule. Volo reſponſionem tuam intelligere, & quid velis dicere. Ecce iudex. Volo me ipſum demittere, & libet in præſentia tecum ſubire iudicium. Audi modò, quid populus iſte reſpondeat.

Sethim peccatores innuit. Galgala quomodo interpretatur.

¶Quid reſpõdebis tu popule rationibus iſtis dñi? Profecto ipſæ tales ſunt, vt ne mutire quidem vltra auſus, ac quieſcere deberes. Verum enimuero quoniã tu faſtoſus es, litigare cum Deo vis, & diſſerere. Age igitur, dic quæ reſponſa velis. Conferto rationes tuas. Ecce reſpõſum tuum popule. (Quid dignum offerã domino?) Respondet populus hic, ceu qui deſponderit animum. Ego nũc de bonis neutiquã loquor, neq; de his, qui rectà gradiũtur, factiſq; Dei contẽti ſunt. Sed loquor de improbis, qui cũ Deo litigare volunt, & rationẽ ab illo exigere factorũ. Iſti ſunt illi qui cum primũ nuntiũ aliquem acceperint temporalium prorſus exultant, & aiunt. Laus Deo, qui denique aliquid boni nobis elargietur. Sed ſi quid ſecus præſenſerint, è veſtigio proſternũtur humi,

De temporalibus tantum amantes deũ imbecilli & miſeri.

humi, & aiunt, i licet. Conclamatum est. Nihil nobis apud Deum prodest, quicquid egimus, aut possumus. Toties repetitæ preces, toties ieiunia repetita, nulli nobis sunt vsui. Et respondent ceu iam deplorati, brutisque tracti affectibus. Spiritualia isti nihil morantur, neque ferè cogitant, ritu[q]; illius faciunt, qui prius male degens multis tamen fortunis affluebat, postea vero ad saniorem mentem reuocato, mortua est vxor, postea honoribus cadere cœpit, neque in magistratū iam adsciscicebatur. Vnde incœpit dicere. Mihi melius esset male facere, quam bene. Idque inde erat, quod ille ob temporale bonū amaret Deum. Deus autem ob spirituale bonum vult amari, & nō ob temporale, & ideo eum ita spoliauit. Romani quoque cum primum cœperunt cōuerti ad Christi fidem, multas ærumnas sunt passi. Aliqui illorum dicebant, hoc ideò in nos venit quòd nos idola reliquimus, regrediamur ad idola & cessabunt afflictiones. Id[q]; inde erat, quod nimis erāt affecti rebus fluxis, neque Deum ob spirituale bonum amabant. Itidē & tu facis popule, de improbis loquor. Tu siquidem ob caduca tantum bona Deum amas, vnde cum primū videris spem illam te deficere animum despondes, & affectibus longe abduceris. Age tu dixisti Deo, te cum illo disputare velle, modo ipse tria, illa superius dicta seponat. Ita & ipse tibi dicit si tu disputare vis, sepone prius affectus. Age rationibus, rem hanç. Annon vides te loqui ritu stulti? Aiunt isti philosophi, affectus sensitiuæ animæ cū corporis motu perpetuo cōiunctos esse, & ab irascēdi vi, at[q]; adeò vi cōcupiscēti manare. Sūt vero isti, amor, desideriū, tristitia, odiū, timor, audacia, abominatio, præsūptio, spes, desperatio, aliusq; ab alio progignitur. Sed dicamus modo de spe. Tu speras promissa, quæ obtētu sunt ardua, atque difficilia

Exemplum amoris erga deum non bene constituti.

Autor August. in prioribus li. de ciuitate dei vbi hunc errorē doctißime explosit, et vberrime.

Passiones cū corporis motu semper cōiunctæ

cilia, quæ tamen non sint impossibilia, Deus vero est qui tibi ipsa est largiturus, idque est, quod tibi primo dictum est. Alterum est abs te illa per spirituale bonū habenda. Tertium est ipsa humanis modis obtinenda. Tu verò non procedis ordine. Tu primā rem hoc est, Deum relinquis, qui ille est, qui grandia dat. Tu etiam alteram relinquis, id est spirituale bonum. Et solam tertiam intueris, & prorsus illi fidis, hoc est principibus. Tu quod melius est dimittis, & debiliori adhæres. Deus est arboris truncus, preces & spiritualia bona rami sunt, principes sunt frondes. Vbi tu sentis dici, ille non venit, incipis animum despondere, vt qui totam tuam spem ibi collocaris, totamque fiduciam. Ex hac animi desponsione subito ingeneratur in te mœror, & ex mœrore metus, & hoc pacto omnes isti affectus pullulāt, qui cum aliqua commotione corporea sunt coniuncti, quæ sanguinem ciet. Vnde in te illa progenerātur conspicilia, quæ tibi, vt omnia, rubicūda appareāt, faciunt, & hoc pacto affectibus hisce seduceris, qui te veritatē cælant. Si tu vnice à Deo penderes, totus, nosses ipsum haud vnquam posse deficere, & impauidus esses, neq; animo concideres. Sed quoniam fundamenta omia in frondes illas locasti, sciēs omnia humana te nui filopendêre, ideo cum primū quicquam persenseris, pro tua libidine non geri, de illa spe decidis, & in desperationem laberis, atque mœrorem, metūque, qui mille extranea in te spectra gignit. Et ais. Actū est de nobis. Tu facis, vt ille qui pusillo est corde, & pauidus, & si forte per cœmiterium defunctorum transire contingat noctu, aut ad ipsum pergere, timor ille mille ipsi afformat phantasmata, videturque sibi dæmones intueri, & mortuos tumulis egredi, & excitatos illi occursare, aut ipsum insequi, atque id genus mille aliis ab illo

Præpostera spes.

Ex desperatione, quæ sequātur mala

1. affectus vindicta.

Spes in tēporalibus locata caduca est

Simile de timore vana spei.

illo metu profectis imaginibus ludificatur inaniter. Itidem & tibi, quia times, vsu venit. Cum primum ratiocinari inceptas, ille hinc venit, ipse illinc aduentat, vndiquaq; præparati sunt hostes, dicis continuò. Actũ est de nobis. Milleque stupenda simulachra in te generantur. Atqui re vera postea nõ tot res inueniũtur prędictionibus hisce, atq; timoribus respondentes. Crediderim iam venisse totũ mundũ. Mense abhinc vno dicebas, tertio hinc die absorbebimur. Et visum tamẽ adhuc nihil. Tu nimis es pauidus, quia Deo minime fidis. Multæ etiam epistolæ falsæ tibi sunt missæ. Credis tu illud? Sanè credo. Atqui non opus est tãto timore. Dixi tibi, paruo præsidio, totũ hoc malũ propulsari posse. Suntque profectò aliqui, qui rem ipsam norunt, sed nequeũt tamen reuelare. Ego tandẽ tibi dixero, quicquid de hoc tibi dicendũ habeo. Agedum, adstato hîc popule, & profer rationes tuas, si iudicium vis denique cum Deo subire. Pone tamen animi morbos, vt dixi. Tolle timorẽ illum qui tibi opponit rubra cõspicilia. Tu ais. (Quid dignum offeram domino?) Quid vltra domino offerre possumus? Nos tot profudimus eleemosynas, tot confudimus preces, tot ieiunia traximus, tot obseruauimus quadragesimas, quid nos vltra queamus facere? Ecce, tu affectu turbulentus loqueris, ipsumq; exuere non libet. (Curuabo genu Deo excelso.) Nos tandiu flexibus genuũ vacauimus; nos tandiu orationibus dedimus operam, & quid vltra possimus facere? Tot pertulimus prophetas, toties tandiuque repetitũ, expecta, expecta. Quandiu expectaturi sumus? Vides quantus te affectus occupet popule? Haud mirum videri debet ita diuina procedere. Sic etiam populus ille Hebræus Esaię dicebat. (Nũquid offerã ei holocaustomata). Ait hic populus, offerem' ne dño holocausta? Tot iã obtulimus,

Ironia in Hieron y.

Responsiones populi bene agendo iã lassi

mus, vt quid vltra iam faciamus, nos lateat. Holocausta illa erant, quę tota conflagrabant. Et signant hoc loco monachorum sacrificia. Nos in tot tantasq; preces adegimus monachos, tot ab eis pro nobis sacra opponi curauimus, vt quid vltra fieri poßit, clam nobis sit. (Et vitulos anniculos.) Hi significant liberos vestros tenellos ætate, & puritate nitidos, ait populus. Filios nostros in sacrificia dedimus, & religioni tradidimus, Christi obsequiis vacaturos perpetuò, & quid vltra nobis faciẽdum restat? Animum iam despõdimus nihil vltra iam possumus. (Nunquid placari potest dominus in millibus arietũ, aut in multis millibus hircorũ pinguiũ?)

Arietes concionatores. Arietes, qui duces sunt ouium, indicant cõcionatores, quos nos habuimus, qui tandiu tãque sublatis vocibus

Hirci peccatores. Deum nobis inclamarũt. Hirci quoniã olidi sunt, significant peccatores, qui ad sanam mentem sunt reducti. Quid nos vltra queamus facere? Quo præterea placari potest dominus? (Nũquid dabo primogenitũ meum pro scelere meo? Fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?) Daturi ne sumus liberos nostros & ventris nostri fructũ ob nostra piacula? Num ensem iugulis filiorum nostrorũ admoliturí sumus, quibus litemus, vt

Genes. 22. Abraam fecit? Vis ne tu, vti nos id faciamus? Haud dubiè nihil nobis aliud reliquum factum est, quod facere poßimus. Quid his addamus, nescimus. Spem omnem prorsus abiecimus, vltra benefacere, non iuuat. Olim cum malis vacabamus, res nobis succedebãt perpetuò, at postquam benefacere instituimus, in deterius omnia nostra progressa sunt. Quid nos his, vt adiũgamus placet? Hoc est quod dicendum populus habuit de iure, quod à se ipso stare extimauit. Superiusq; audiuimus, quę Deus dixit. Veniamus modo ad causæ definitionẽ.

¶ Accepisti rationes Dei, & mox populi, vtræ tibi potiores

tiores videntur? Vtraq; pars proposuit ius suum. Deus prior rationes suas adduxit, illis tribus rebus sepositis, & dimisit se, & iudicari se ab homine pertulit. Populus vero superciliose loquutus est, & affectu vitiato. Ab vtro putas ius esse? In cuius fauorem litem decernemus? Profecto Deus est, à quo stat ius & minime populus. Quid tu credebas? Mene pronuntiaturum sententiam aduersus Deum? Ne id animum inducas tuum. Haud esse poterat quisquam tam profligatis moribus, qui id auderet, vt aduersus Deum ius decerneret. At dices. Quid igitur opus est cum Deo disputare? Sat erit scire Deum ab altera parte stare, semperq; pro illo definitio litis pronunciabitur, & ius ab illo stare semper edicetur. Antequam lis moueretur, sententia erat lata. Non igitur opus erat litigare. Sat scis, non opus fuisse lite. Sed tota hæc disputatio, ideò vltrò citròq; iactata est, vt tibi luculentum fiat, iuste aduersus te pronuntiari sententiam, nec tibi esse, quamobrem queri, nisi de te vno, possis. Popule si tibi dictum non esset, ærumnis te iactandum, nisi pœnitentiam ageres, fortasse aliqua abs te ratio militaret. Vnde ne mireris, si in te ista eueniant. Credebant forsitan isti, afflictiones nubes esse, per aëra vagantes. Si tribulationes ceu nubes forent, scirem ego sinere, vt pertransirent nubes, & grando, & sub tecto esse, dum transirent. Sed videtur tibi, tanto esse durius has ferre tribulationes, quanto propiores sunt, quam erant, cùm tibi prædictæ fuerunt. Quo plus cuique malum fit propius, hoc ipsi apparet maius. Et quò plus abest, hòc illi videtur minus. Aliud est, secundis rebus vni alicui dicere passurus es tribulationes olim. Tunc namq; videtur ille id parui pendere. Atq; aliud est pòst, cum re vera iam in ipsa versatur tribulatione. Ait ille equidē vltroneus ob Christū occubare

Diremptio litis inter Deū & populum.

Quare hāc litem Hiero. induxerit inter Deum hominesq; in hac concione.

Ex Arist. 2. & 5. Rheto. & ex d. Th. 12. q. 42. arti. 2. de timoreagentibus.

vellem, hilarisq; morté huiusmodi oppetierim. At si post contingat, subdi discrimini, & calamitatem in eũ quampiam ingruere, Dicit. Heu me. Nunquam putaram, ipsam esse tam forté. Similiter qui religioni monasticę nomẽ datur⁹ venit, cũ ei dicitur, tu multos per pessurus es labores. Tu hæc, atq; illa toleraturus es. Respõdet, Equidẽ paratus sum ad ferẽda quæcũq; euẽtura sunt, idq; volenti animo. At postea si quãdo præsens iam fiat calamitas, incipit pauxillum conqueri. Et ego illi dico. Tu adhuc in initiis rerũ versaris, neq; ad exitum peruenisti. Hoc non sufficit. Est & aliquid adhuc peius. Opus est quandoq; in istos qui se tentationibus perturbari sinũt, nonnihil incandescere. B. Bernardus cum videbat aliquẽ è suis monachis sibi dicere, pater ego vehementi appetor tentatione carnis, demirabatur, & acriter eum suggillabat, idq; vsu veniebat, quia diuus Bernardus virginitatis gloria præstabat, & consequutus fuerat priuilegium illud, ne vnquã venereas titilationes sentiret. Apparuit ei angelus, & ostendit illi, opus esse vt illorum cõmiseresceret eum. Sed horum qui hac gratia pręstiterint, vt tẽtationibus nõ extimularentur carnis, magna fuit raritas. Et si tu ecclesiæ tẽpora hucusq; lapsa, animo percurras, forte paucissimos quidem ex his fuisse comperias. Imo cæteros vniuersos robustos viros impetitos esse à Diabolo hac tentatione reperias, sat scis quosdã desidiosos ab ipso minime impugnari. Cuius ea est causa, ꝗ Diabolus, vt qui arrogãs sit Martẽ cõferre cupit, & semper robustos incessit homines illisq; negociũ exhibet dicens, Ab his potero aliquid lucri reportare. Sed ad rem propositã redeamus. Dico tibi, tunc amplius tribulationẽ cognosci, cum propior est. Si tu grano frumẽti diceres, tu fructificaturũ es, & vberrime prouẽturum, sed prius sub terra

Ingnaui iam plexanda asperitate religionis exacuẽdi acriter quandoq́.

Ex Guillermo Abbate in vita eius c. 6.

Immunes à bello ĩ restino perquam rari fuerunt.

Tribulatio magis percipitur qñ propior est.

terra putrefies,si respõdere nosset,tibi diceret.Equidẽ fructũ illum libẽter ædidero,neq; mihi molestum est, me sub terra putrefactum iri. Ad cum postea ipsum se minatum est,& valuulus corrumpi incipit, dictum tibi esset. Heu me,ego intereo, ego nullum fructum prodidero. Idque postea longe amplius cum iam penitus effœtus est fact⁹, & omnino interiit,si vox illi esset, diceret.De me actum est. Non est cur hinc fructus sperari iam possit.At vero cum postea ipsum suam vim exerere incipit,& germinare,si sens⁹ ei esset, prorsus exultaret,dicens. Nunc video, à me fructificationẽ meam iam institui.Quid vero tibi vis ex his monache? Quid mihi faciendum est?Audi nũc. Volo siquidem aduersum te sententiam pronunciare, & commõstrare tibi, Nullum stare pro te ius, teq; ab officio defecisse.

¶Indicabo tibi ò homo,quid sit bonũ,& quid dominus requirat à te.) Ostendam tibi quid tua intersit facere. (Vtiq; facere iudicium,& diligere misericordiã, & solicitũ ambulare cum deo tuo.)Ego iudex sum hoc mane,& dicam tibi,quid velit Deus abs te fieri.Tria verba tibi volo dicere, & nihil amplius. Attende popule. Volo tecũ colloquium paulisper miscere,si tamẽ prius fœdus hoc ineamus, vt si veritatẽ volumus inuentam, affectum animi sinistrum omnẽ exuas. Volo maxime, ait populus. Ita demum, si & tu illud tuũ. (Dñs dixit,) seponas. Sepone paulisper ista tua supernaturalia, & istas tuas prophetias, quas neutiquã credo. Et deinde colloquamur,quantum libuerit tibi. Age, mihi id per placet, sed relinque tuos istos animi morbos, vt iã tibi dixi. Sepone tua praua desideria.Assero em̃ tibi, 'opus tibi ipsi esse,hoc iudiciũ facere. (Vtiq; facere iudiciũ.) Percũtat̃ philosophus.Quid sit iudiciũ.Respõdetq;.Iudiciũ est resolutio ad prima,iudiciũ haud aliud est,quã *Iudiciũ quid*

vſq; ad primum principium res exacte reſoluere. Multi ſunt quibus iudicare volentibus aliquid, multitudo rationum ſuccurit, ſed nulli earum inſiſtunt firmiter, neq; ſeſe reſoluunt. Et hi quidem non dicuntur iudicium habere. Porrò qui ſeſe reſoluunt, ſunt illi qui firmum iudicium ferunt. Nunc vero deſcendamus adiudicium iſtud. Dixi tibi paucis ab hinc diebus gratiſsimum mihi fore, ſi tu meliorem iſto gubernatum inuenires, ſi iſte non erat bonus. Dixique, à deo tibi ipſum tribuendum, ſi modo meliorem quempiam reuera inueniſſes. Populus minime aliũ quam popularem iſtũ gubernatum vellet. Si tu meliorẽ aliquem inueneris, Deus, vt populus libenti animo ipſum amplectatur, faciet. Sunt nonnulli, qui ſtatum vellent quempiam, qui iuxta mores priſtinos foret, qui in naturam illis cõuerſi ſunt, quæ pro lege iam ſibi ipſis eſſe videtur. Nonnũquam enim vſu videmus venire, vt mores in leges abeant. Loquor modo de illa parte, cui conſuetudo priſtina cordi eſt. Intelligat ille, à quo id intelligi oportet. Vellent iſti vt cæteri omnes ipſos venerarentur atq; in eorum gratiam & honorem aſſurgerent. Eaq; gratia alium ſtatum optarint. Affectus inordinatus te ſeducit. Miſſas fac cõcupiſcentias tuas vt admonui. Nullus eſt deterior ſtatus, tyrannico. Hic vnus eſt omnium ſcripturarum conſenſus. Ait D. Thomas, Duobus modis aliquem tyrannũ effici. Alter eſt cum quiſpiam Dominus eſt naturalis atq; legitim⁹ alicuius ciuitatis aut loci, incipitq; tyrannidem exercere. Alter eſt cum quiſpiam nõ eſt dominus naturalis, ſed eſt exẽpli gratia, ciuis vrbis cuiuſpiã liberæ, & paulatim grandeſcit donec dominari iam inſtituit, tyrannuſq; efficitur. Atq; hic ſecundus modus tyrannidis longe deterior eſt priori. Nam cum dominus naturalis ſecundus iſte

Ambitioſi alium ſtatũ volebãt aliũq; gubernatum Florentiæ.

2. ſententiarũ diſt. 44. art. penulti.

iste minime sit, neutiq̃ tutus est eius status. Vnde opus est, hunc atque illum ab ipso opprimi tyranno, illũ verò exaltari, quò tutũ sibi principatum seruet. Quamobrem philosophi vocant hunc statũ portentosum. Nõ igitur bonus iste gubernatus est. Missum illum fac. Ali qui alij sunt qui iuxta suos affectus, quibus ducuntur, sta tũ velint. Et isti sunt quidam, qui vel a magistratibus, vel à statu pristino, vel à priuatis aliquibus lęsi, vltionẽ cupiunt. Vnde vellent statum ex animi sui sententia, pro que sua libidine atque affectibus. Num iste status vltioni accomodus, bonus est? Mihi nõ apparet bonus. Crede mihi. Si pro tua libidine egisses, vlcisciq; iã inceptasses, eò dissidiorum venisses, vt tibi quemadmodum ranæ atq; talpæ vsu venit, contigisset, veniente miluo aliquo qui te abriperet. Tu nescis quo pacto ludus processurus erat. Tertiò sunt aliqui qui vellent sta tum aliquẽ temerè, neq; ipsi sciunt, qualem. Isti sunt fa tui homines, & loquutulei. Dixiq; tibi, his qui huiusmo di sunt, qui nesciunt quid velint, panici quartarium tra di iure optimo deberi, dicendumq; esse illis. Vade, ciba pullos gallinaceos. Nescirent isti statum gallinarũ instituere, nedũ hominum, & conterunt totũ diẽ in cõ pitis stulta garrientes, & ceu crepitacula quędã obstre pentes totum diẽ transigunt, quid optẽt ignorãtes. Nã si tu ipsorũ quẽquam rogares. Quid vero tu optas per quã stulte? Nesciret respondere, quid ipse vellet. Age vero quẽ tu statum cuperes Florẽtia? Missos fac istos tres quos tu non aptos vides. Hoc est eum, qui secundũ consuetudinẽ est, & eum qui est secundum affectus, & eũ qui temere occurreret. Sed elige vnũ ex his quos tibi ego dixi, bonos esse, idest aut regalẽ, aut optimatũ, aut popularẽ. Regẽ non vis. Tyrannus malus est. Cum optimatibus nõ conuenit plebi, neque reliquo populo.

Triplex bonus gubernatus.

Opus igitur est popularē assumere. Sed sunt aliqui ex istis tuis sapiētibus prorsus analphabeti, q inter mulierculas philosophabūdi discurrūt dicētes, sibi aliū statū cordi esse. Et potiorē esse optimatū regimē. Rationem que adducunt. Nam queādmodum, aiunt, monarchia optimus est statuū, ita propior illi gubernatus prestātior est, quā ille, qui ab ipsa sit remotior, gubernatus vero optimatum propior est optimo, quā popularis, prestat igit optimatū stat⁹ populari. Veni huc. Quæro ex te, si monarchiā prauā esse cōtingat, & regimē populare itidē prauū sit, vtrum horum deterius? Omnes qui de his gubernatibus scribunt, aiunt, prauā monarchiā, deterrimū omnium esse principatum, queādmodum cum rectus est, contra, est optimus omnium, multisq; rationib⁹ id adstruūt. Dicito igitur hoc modo. Qui gubernatus ꝓpior est pessimo, peior est illo qui pessimo plus distat, Nobiliū regimē si prauū sit, propius est pessimo gubernatui, praua igit aristocratia deterior est, quā democratia, cū democratia plus distet. Atqui si tu Florētię aristocratiā institueres, plures essēt improbi, quā ꝓbi, esset ergo optimatū status deterior populari. Intuere paulisper in vultus meorū ciuiū, nū sancti sint, & facile iudicabis, qualis ille gubernat⁹ foret. Verū est, bonos esse aliquos etiā ibi, sed lōge plures sunt mali atq; peruersi. Crediderim fore statū improbū & cruentū valde. Id dixi quò tuæ rationi respōderem. Et quò tibi ostenderē, illā esse infirmā. Pręterea tametsi aristocratic⁹ gubernatus per sese populari præstaret, tibi tñ minime cōgruit, cui regimē populi vniuersale magis naturale est, vt sæpe tibi ostēdi. Est eñ aliquid bonū simpliciter, qđ nō est bonū secundū quid. Contēplatrix vita, simpliciter bona est: secūdum quid autē cōtingit nō esse bonā. Nempè multis particularib⁹. Siquidē homini

Ratio pro aristocratia.

Monarchia recta optimus omniū principatuū, praua pessimus.

Eliditur ratio pro aristocra. cōtra democratiā facta.

Aliqua sunt simpliciter bona, q̄ huic nō sunt bona.

ni alicui non bona est, sed plus fructificat citiusque in actiua vita. Et si quid veritatis tua continet ratio,& gubernatus monarchię propior,ipse etiam potior est,melius igitur erit principatus vnius. Elige igitur regē vnū. Meliusq; tibi erit regnū, quā aristocratia. Itaq; cum tibi non sit naturalis monarchia, vt sæpe tibi manifestū feci,& tu præterea id respuas, vides te esse stultum. Popule mi,& filij mei,stabilite vos semel in hoc statu, neque alium inquiratis. Neque enim meliorem isto inuenietis. Quapropter ait textus noster. (Vtiq; facere iudicium) fac iudicium discretionis, & solerter examina,& videbis abs te non inueniri posse statum hoc tibi magis accommodum. Quapropter ego te iniurium pronuncio & à causa cecidisse definio in hac parte.

¶(Vtique facere iudicium & diligere misericordiam.) Florentia tu hucusque neutiquam iudicium facere voluisti. Tu bona duntaxat temporalia quæritas. Opus est prius spirituale bonum quærere. Aspice qualiter Deus faciat. Qui pri⁹ spiritualia facit,mox propter spiritualia,temporalia. Si Deus animam intellectualem in hoc mundo nō condidisset,non opus erat corporalē hunc mūdum ab eo conditum fuisse:sed cū animam spiritualem fecisset, cūq; opus eidem animæ corpore foret, ipsum ei dedit. Quod cum cibis in alimenta egeret, cibi autem cum ex elementis constent, quę de cælo depēdent,totum hunc mundū corporeum creari opus fuit,in ipsius animæ gratiā. Sub hæc Deus statū temporalē ab initio ecclesiæ nō dedit, quādiu fides viua erat, quod tunc spiritus iste citra temporalia bona regi poterat, atque sustentari. At postea deficere incipiente spiritus viuacitate, nil iam citra corporis adminicula potente ipsa ecclesia facere, ne sub tot ac tantis persequutionibus quas perpetiebatur

Cur mundus iste corporeus creatus sit.

Cur primitiua ecclesia nō habebat temporalia bona

 satisceret,

fatiſceret, regnum ei tēporale tradidit quo ſe ſuperſti-
tē cōſeruaret. Ita & tibi opus eſt prius bonum ſpiritua
le quærere,& dein Deus,vbi viderit in rē tuā eſſe,tēpo
rale etiā bonū tibi largietur. Sed tu cōtra facis,tu ſem-
per quęris pri⁹bonum tēporale,tu quęris nouū ſtatum.
Ego tibi aſſero, ſi altera adhuc tyrannis ingrueret,de-
teriorem priori futurā.Opus eſt,aio tibi,ſpiritui prius,
quā corpori ꝓſpicere.Spirituale præire debet tēpora-
li.Sic ſolenne fuit Deo,qui propter ſpiritū dat corpus.
Hinc illud eſt, quod toties tibi replicaui, vt bonas le-
ges ſancires, quæ in tuā vrbē bonos mores inducant.
tu demū dixiſti.Nobis aliud agēdum inſtat. Accedito
huc. Cum tibi ego leges illas ob oculos pono,quas tu
ſancire ob ſpirituale bonū debes, ego inſtar vniuerſa-
lis cauſæ facio, quæ citra particularē nihil facit. Vnde
vobis qui particularis cauſa eſtis,op⁹ eſt, vt exequami
ni, qđ vobis dicit̄. Ego hîc dico qđ multi minime au-
dent dicere.Ego vobis dixi de lege pacifica cōſtituen
da. Noluiſtis hucuſq; ferre illā. Si vos illam tuliſſeris,
& pacatus quiſq; alteri fuiſſet, & omnium corda per
beneuolentiā iuncta eſſent,non eò forſan loci deueniſ
ſetis,vbi vos eſtis. Propono etiā tibi legem correctio-
nis morum,quò fœminæ honeſtè incedāt, & pueri nō
in tantā laſciuiā erigātur,& ſi vos qui cauſa eſtis pecu-
liaris obtēperare,in animū induceretis,res vr̄æ ſucce-
derēt.Dixi quoq; tibi vt iuſtitiā percoleres,vtq; ſi qua
lex tibi lata eſt,eam ſeruares, & in ſceleroſos illos, vt
ſis rigidus. Tu iuſtitiæ etiam ſeueritatē addiſcere ne-
gligis.Aſpice pauliſper,vt Deus faciat.Attende,vt ille
dęmones acceperit,ob vnum ſcelus in baratrum detru
dens,neq; vnquam erepti inde ſunt,eripiētur ve.Intue
re,vt Adam ob vnum piaculum nō ſolum ipſe punitus
fuerit,ſed etiam liberi poſterique. Contēplare pueros
qui

Spiritualia prius quæren da.

Conditor legis et obſeruator ceu cauſa vniuerſa. & peculia. ſunt itidem et ſua ſor.

Seueritas iuſtitiæ cōmēdatur exemplo dei.

qui in originali culpa decedūt, num à Deo aliquando liberati sint. Vide num vniuersis damnatis ad gehennamq; detrusis, noxas condonarit, tu haud quaquã considεras, qualis sit Dei iustitia. Aspice vt in lege veteri conuicia in Deum iactãte quopiã, sanctum erat, vt lapidaretur. Florētia tu vides blasphemos, tu sodomitas cernis, & sceleſtos alios, & ne tãtillum quidẽ in eos animaduertis. Si exiguã aliquam muscam peccasse deprehendis, tunc sane tumultum non paruum cõcitas, erga reliquos vero non item. Iustitia communis esse debet. Si ergo aliquẽ profligatis morib⁹ repereris, ne quis ille sit attẽderis, sed neci dandum cura. Ama iustitiam. O pater opus est cõmiseratione. Ita sane, misereſcat igiť te animæ illius, sed ense tamen iustitiæ in illũ animaduerte. Quã tu habere vis misericordiã erga iniustum hominem, siue ille sit latro, siue alioqui scelerosus? Si mortem commeritus est, fac ipsum suspẽdio interire. Hęc est misericordia, vt tu digitum recidas, vt reliquũ corpus sospes cõseruetur. Opus igiť est in hac bona via pseuerare, si tibi vt De⁹ benefaciat vis. Vnde cũ tu adhuc obsecundare detrectaris, ego aduersum te iura stare pronuntio, & hoc matutino sentẽtiam aduersum te profero. (Vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.) Florentià opus tibi est hoc iudicium facere quod tibi dixi, & hac vti misericordia, & honoris dei zelo feruere. Bene monache. Quid nobis faciendum est? Orationes quas te autore fudimus vlli ne vsui fuerunt nobis? Tu indixisti nobis orationẽ in hosce octo dies, id pracaturis, vt ob merita. D. Ioãnis dignaretur Deus nobis aliquid noui manifestare. Num exauditi sumus? Nescio quid dicam. Partim exauditi sum⁹, partim vero non. At vnde istud pater? A peccatis. In mentem mihi, Ionatæ venit,

Leuit 24.

Peccata vni-us in causa sũt quãdoq; ne populus exaudiatur à deo.

1. Regũ. 14. filij Saul qui esu pauxilii mellis iussa patris trãsgressus est, cum pater ipse ne quis cibum eo die capere ausus foret vniuersis edixisset. Saul volẽs philisteos insequi, quęsiuit ex Deo, num insequi illos ex re foret, aut expediret. Cumq; sacrificasset, non respõdit illi Deus. Quãobrem dixit Saul, Peccatum est aliquod inter nos, & diuisio à se & Ionata exercitu, inuenit sorte à Ionata peccatum esse. Atq; ea re morte illum plexũ iri sacramento confirmauit. Populus autem ob gratiam, quam ab ipso Ionatas id tẽporis, deuictis Philistæis, inierat, ipsum eripuit. Itidem & nobis Deus non respondit. Equidem ipse fucum affingere sat scirem. Sed tamen dixi tibi non licere in diuinis præsertim rebus, non esse cãdidum. Habuim⁹ igit̃ hoc ex dictis, ob peccata, quæ modo tibi dicã particulatim, impeditos nos fuisse ne Deus respõdeat nobis. Improbi sunt qui impediunt. Et

Improbi ĩpedimento sunt ne boni accipiant bona.

si posset fieri vt boni soli exclusis prauis cõgregarẽtur, ita, vt improbi non audiuissent, certe responsum esset nobis redditum. At nõ potest fieri, vt praui etiam non intelligant. Et ideo non habemus, quæ in votis erant. Porro hoc saltẽ respõsum prauis impetrabimus. Audite hæc improbi. Sunt aliqui qui nituntur vastare bonũ illud, quod Deus fecit. Et aliqui istorum sunt de illis, qui sibi persuasum habẽt, ipsos esse qui autores fuerint boni, quo ciuitas fruitur. Non dico omnes, sed illorum nonnulli sunt cum adiutoribus suis, qui id satagunt vo-

Ingratitudo inuisa deo.

lentes bonum illud destructum, quod Deus fecit. Quam rem Deus pergrauiter, dureque admodum, accepit. Deinde peius Deus accipit esse aliquos ingratos, qui vellent hunc statum pessum datum, neque agnoscunt facultates, vxorem, liberos vitamq; vni huic statui acceptum ab illis ferri oportere. Cum tamen ni hic status fuisset & vitam & cætera neutiquam haberent.

Ait

Ait Deus. Hęc ipsorum ingratitudo fontem misericor diæ exiccat. Emenda hoc, aio tibi. Intelligat, quem intelligere expedit. Alioqui Deus secundò iam tibi non parcet. Nullus tamen audeat de quoquam iudicare in in hac parte. Ego neminem nomino. Quare autem nō prodis, qui huiusmodi sunt, si nosti, cū videas illos praua moliētes? Non mihi est integrum quenquam prodere. Aliquis forte de his lapidibus prodiderit. Adhæc iniquum videtur Deo, nō esse qui patriæ suæ opem ferre velit, neq; gratis numismata mutuare, neq; gratis quicquam in patrię obsequium facere, neq; vel cōmissarius esse gratis. Nulla hic iā in patriā charitas. Deus sustentauit, auxitq; regnū Romanorum propter illā charitatem, amorēq;, quē habebāt aduersus patriā, cui suppetias vltronei ferebant, omnia in illius gratiā exponentes, verumtamen vbi illa charitas desiderari cœpta est, defecit itidem & regnum ipsorum. Nullus hic est, aut certe pauci fuerunt, qui gratis rei publicæ pecunias mutuo dederint. Imo sunt nonnulli, qui ciuitatis deteriori statu lucra sua augent, fœnerantque illi, & in ipsorum lucrum cedit, in detereius collabascens rei publicæ status. Isti perquā sunt noxij. O monache quid ais? Patienter id sufferte. Opus est hic verum dici. Obnoxius es tu, aio tibi, restitutioni exhibendæ illi, si cō scientiam consulas. Neque absolui ab vllo confessario potes. Nō potest prospere succedere res illa sic acquisita, neque alimenta inde sumere fas est. Verum qui secus facere nequeūt, vt sunt fœminæ quæ id agere com pelluntur necessitate, excusantur. Peius adhuc censuit Dominus, multos recta gradientes oneratos fuisse ab improbis per iniuriam illisq; obtrectatū. Peius etiam visū est illi, ꝙ in ipsos struere calūnias moliti fuerint isti. Oīa periclitati sūt vsq; ad publicā funis torturā eis infligen-

Hiero. nūquā traduxit quē quā nominatim.

Patriæ charitas deo gratissima.

Ex Aug. 1. de ciui. dei. c. 12. 15. 16 17. & ex D. Thoma. opusc. 20 lib. 3. c. 4. 5. 6. et. 16. et. li. 4. in multis. cap.

Vsuræ restituendæ.

infligendã,quo benefacientibus calumniarẽtur. Neq; tamen quicquam inuentum eſt.Si illi quicquam inueniſſent,cui adhærere adnitiq; potuiſſent, in plura mala bacchati fuiſſent,tametſi indigne, atq; ꝑ iniuſtitiã. aduerſus benefacientes. Durius adhuc accepit atque acerbius dominus,quòd ſint qui patriæ ipſorum malis gaudeant, diligantq; malum publicum priuati ſui boni gratia.Acerbius præterea tulit, eſſe iſtîc aliquos tui mali autoris Florẽtia,qui tuis inimicis auxiliãtur,& fauẽt.O monache quid tu ais?O ciuis quid tu facis? Deꝰ, Aio tibi, valde damnat tuã ingratitudinẽ, atq; hoc eſt quod ꝓ oraculo in malos accepimus.O pater,q̃d vero de bonis erit?Audi nũc.Neq; eñ ideo Deus ꝓbos deſeret.Hoc eſt q̃d circa improbos dicendũ habui. In p̃ſentia nihil aliud ſuppetit.Oratẽ B.Virginẽ,cuius cras feſtũ eſt. Siquidẽ fortè aliquãdo dignabitur tãtam nobis impetrare gratiam, vt tantillum ſerulam illam vobis reſerare valeamus. Sed memini me vobis initio quadrageſimæ dixiſſe forte fortuna annum me tranſmiſſurũ,nullo interea vobis allato nuncio,aut prolata nouitate.Ita audierã,at orationibus poſſet id fieri,vt Deꝰ nobis gratiam conferret aliquid vobis dicendi.Ideoq; orate.Agite dũ boni vobiſcum modo agere volo. Aio vobis mihi rurſum vulpes viſas, ſecus vero quã antea. Ego tibi dixi in verbo dñi illud,quod viderã tunc.Sicque id tibi dico. Ego vidi vulpes inſtar illarum à Sanſone inſtructarum, hoc eſt ignem ad caudam habẽtes, quæ hac illac circumcurſabant multis locis ignem in-

Viſio Hiero. cendentes, & deniq; ignis in ipſas reuertebatur, & eas comburebat.Et tandem gallinæ erãt quę vulpes inter necabant.Hoc vidi.Vah ſtultum monachum. Tu poſtea haudquaquam me ſtultum fuiſſe dices. Dicito tamẽ quod libebit tibi.Ego non magnifacio. Alibi ſpem

meam

meam collocaui. Illic videbis num stultus fuerim. Audite verbum domini. Vulpes ego vobis dico iterum in verbo domini retrocedite. Est siquidē intētus laqueus. Vos comprehendemini. Vos ignem accenditis, aio vobis, in vos ipsum reuersurum. Vos à gallinis conficiemini. Gallinæ bonum ego vobis prædico nūcium. Nihil timueritis. veniat qui volet. Deus manum ciuitati admolitus est, atq; in peculiari quodā ciuitatis loco, vnde bonum vestrum proficiscetur. Orate deniq; cōtinenter. Bene fac domine bonis & rectis corde, accelera vt eruas nos, fundite perpetuo has preces. Et nihil metuite, vos videbitis quæcūq; vobis dixi, euenientia. Attendite igitur. Hoc est oraculum, nescio an alterum simus habituri. Orate vt vobis dixi, virginem. Porro in præsentia nonnihil volo tibi istorsum dicere de scriptura sumptum. Iosaphat rex Ierusalē fuit probus rex, & fruebatū pace sua, venit aduersus illū Moabitarū rex *2. Paral. 20*
adducēs secū Ammonitarū regē, & filios Esau cum ingētibus copiis. Dictū est regi, iste tantus est exercitus, vt illi resistere haud quaquā possis. Non recurrit Iosaphat ad arma, sed precationib⁹ se dedit in solidū, & ad Deū accurrit ieiuniis & precib⁹, & coegit populū vniuersū mulieres, & pueros, & vsq; ad lactētes, atq; in ipso tēplo corā toto populo, fecit, vt modo tibi dixero. Attende nunc quid tibi faciendum sit. Confessus est iste rex Iosaphat quinq;, atq; ad Deum conuersus dixit primo. Domine ego cōfiteor te cœli & terræ regem esse.

Egregiū exēplum quo docemur industriam & fiduciā Deū in angustiis.

Vnus tu potentissim⁹ es, & moderator, atq; dispositor *2. Para. 20.*
omnium pro tua voluntate, & quod tu voles fiet, neq; aliquis, nisi quæ tu velis, potest facere, & si tu volueris, nequit nobis ab hostibus nostris quicquā negocij exhiberi aut inferri noxæ. Secūdo tu ille es, qui patres nr̄os adduxisti in hāc terram, quam tu eis tribuisti nobisq;.

Tu

Tu nos in hac vinea nouellasti. Non nos ij sumus, qui hanc acquisiuerimus terrã, tu illã nobis es largit⁹, & tibi curæ erimus. Deinde tu ille es qui fecisti vt Salomõ hoc tẽplum statueret, & pollicit⁹ es, quotiescũq; bello popul⁹ iste opprimeretur, aut rerũ penuria, aut etiã pestilẽtia, & ad te ille cõfugeret, abs te exaudiẽdum. Præterea hi qui tanquã inimici nos appetũt, illi sunt quos quũ populus tuus huc transgressus est noluisti à nobis læsos, imo potius beneficiis plurimis affectos, & sic fecimus. Nunc dñe tu cernis, quã illi se nobis ingratos præstent, qui nobis nocituri aduenerint. Tu etiã vides tantam illorũ esse turbã, vt resistere nequaquã possim⁹, ni adsit nobis manus tua. Actũ est de nobis, ni tu vires nobis addas aduersus illos. At si tibi placebit, nos scimus, nos abs te posse eripi. Vbi hãc orationẽ fudit Iosaphat corã populo in tẽplo. Spiritus dñi illapsus est in quempiã ex adstãtibus. Qui ait. Audi popule, hæc dicit dñs vobis nolite timere nec paueatis hanc multitudinem. Vult siquidẽ vos ab istis ereptos copiis, neq; martẽ à vobis cum illis collatũ vult vllo pacto. Sed pro vobis ipse cras cõfligere decreuit, & eripere vos. Cras idipsum videbitis. Popul⁹ bona fide credidit, neq; dixit, istud somnium est, aut fabella est, atq; ob illam fidem, quam adhibuerũt, in tutelã se totos Dei cõmittentes, & prophetis eius credẽtes, & his quæ verbis Dei ille homo ipsis dixerat, assentientes, eruti sunt. Etenim cum, vt sæpe tibi ego dixi, homines Deo fidũt, & illi quod verbis ei⁹ illis dicitur, etiã si verum non esse contingeret quod illis dictum est, ipse illis opitulatur, neq; falli eos permittit. Quemadmodũ vsu veniret verbi gratia, si tibi amicus foret, & verbis tuis aliquis illi quippiã diceret, atq; ipse causa tua, inq; tuam gratiam, illud faceret, ille tamen alius mala in mente struxisset, induceretq; amicum

3. reg. et. 2. Parali. 7.

Deute. 2.

2. Para. 20.

Simile quodo cemur, quantæ curæ sint deo amici sui qui candide honorem eius quærunt.

cum tuum in foueam, atq; in præcipitium, cœdo mihi, si tu eò deductum tuo nomine amicum tuum cernere res, num illi, si modo posses, opem non ferres? Sane ferres. Iccirco etiã credere debes, Deũ patrocinaturũ ei, qui illi fidit, & honorẽ ipsius quærit, etiã si aliquis alius subuertere ipsum vellet. Quod si tu rectà incederes, auxilio tamen tibi futurũ Deum, neutiquã crederes, id nihil aliud esset, quã in Deum blasphemum esse? Vt aũt in hũc modum propheta ille populum alloquutus est, Iosaphat ad populũ cõuersus ipsum cœpit, adhortari, in hęc verba loquut⁹. Credite in dño deo vřo, & securi eritis. Credite ꝓphetis ei⁹ & cũcta eueniẽt ꝓspera. De inde assũpsit leuitas & populũ in seriẽ redegit, cantoribusq; in ordinẽ ad cõcentũ digestis hymn⁹ ille ab eisdẽ cõcini cœptus est, Cõfitemini dño qm̃ bonus, qm̃ in seculũ mia eius. Quibus concinẽtibus & collaudantibus deũ dissidiũ tumultusq; oborta sũt in castris inimicorũ inter triũ illorũ regũ acies, qui prope tendebãt. Et duo ex illis aduersus aliũ fœderati sunt, nẽpe cõtra illũ qui rex erat mõtis Seir, & ipsum trucidarũt. Rursumq; duo rũ illorũ altero in alterũ arma mutuo conuertẽte, in semetipsos versi mutuis cõcidêre vulnerib⁹. Et filij Israel visuri illuc processerũt, & cãpestria tota cadaueribus cõferta cõspicati, prædã totã sustulerũt, quæ tãta erat, vt triduũ nihil aliud q̃ cõportarint, ita vt vniuersa Ierusalẽ ditata fuerit. Et ea re tibi dixi Florẽtia, tametsi in te venire hostes iam iam tuos videres, vel vsq; ad portas, non esse cur timendũ sit tibi. Ad Deũ accurre, confide illi, & dicito prius. Tu omnium es dñs, Tu omnia potes, neq; quisquã aliquid potest sine te. Dein tu ille es qui hanc terrã tradidisti patribus nostris, & huc tuam legem introduxisti. Tertio tu in euangelio nobis te auscultaturum promisisti iubẽs, vt posceremus,

2. Paral. 20

Mirifica fidei et orationis efficacia.

2. Paral. 20

Oratio vrbis oppressæ qualis esse debeat

Matth. 7. ac 21. Lucæ 11

& te

& ad te recurreremus, petite, dicens, & accipietis. Hi aduersus hunc Florentiæ statum veniunt, iniuriâ nobis mala moliuntur, cùm Florentia hæc minime ipsos offenderit, ideoq; domine iustitiam exerce. Ad hæc domine nihil nobis præsidij restat pręterquam in te vno, & ad te confugimus. Notate modo. Si vos id præstabitis, ego pronuncio vobis, atq; ita vos firmiter tenete, nihil vobis nociturum, sed eripiendos vos in manu forti, & in manu Dei, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Homilia. 17. habita. 12. Calēdas Septembris anno. 1496. super Michæam.

Vox Domini ad ciuitatem clamat, & erit salus timentibus nomen eius. &c. Michaea. cap. 6.

Vitæ nomen dupliciter accipitur. Ex D. Tho. 1. p. q. 18. art. 2. & 2. 2. quæ. 179. art. 1.



IVXTA communem loquendi modum dilectißimi in Christo Iesu, dupliciter ab hominibus hoc nomen vita vsurpatur. Aliàs enim per vitæ nomen intelligitur substantia viuentis. Hoc est, anima vnde viuens habet esse. Quare licet aliquis dormiat dicimus tamen ipsum viuere, quod ibi sit substantia, atque anima, quæ illi cōfert ipsum esse. Aliàs nuncupatione vitæ intelligimus viuentis operationes. Quamobrem cum quispiam impensè vacat alicui rei, dicimus eam illius vitam esse. Si bonis ille rebus aßiduam nauat operam, verbi gratia precationi, dicimus precationem illius vitam esse, si malis vt cum quispiam totum diem ludit, dicimus, vitam eius ludum esse, atque hisce etiam duobus modis nomen vitæ humanæ vsurpatur à philosophis. Quo

2. de anima.

pacto

pacto Aristoteles locutus est cum dixit, viuere viuentibus est esse. Quod ad priorem modū spectat. Et aliàs. Anima est principium viuendi, idest sentiendi, secundùm locum mouendi, intelligēdi. &c. quod attinet ad posteriorem modum. Sic in præsentia dicimus de vita secundo modo accepto vocabulo, nempe pro viuentis operationibus, in ecclesia aliquos esse qui actiuæ vitæ dent operam, aliquos qui contemplatiuę vacent. Actiua illa est, quæ studiosis actionibus vacat, præsertim misericordiæ ob Christi amorē, & continēter ferè operibus corporalibus exercetur, licet quandoque orationi intēdat. Contemplatiua vita est illa quam agit ille, qui fermè perpetuò contemplationi, atq; orationi dat operam. Doctores tamen distingūt triplicem christianam vitam. Alia enim est solum actiua, alia solū contemplatiua, alia permista, atque vtriusque particeps agentis nimirum, atque contēplantis. Quæ actiua dūtaxat est, illa est quam ducit homo, qui se totum bonis operationibus mancipat, vt eleemosynis elargiendis, infirmis, & in carcerē coniectis reuisendis & similibus, idq; Christi causa. Quæ solū contēplatiua est vita, illa est quæ in contēplatione, atque oratione perpetuò perseuerat. Mista est illa, quam concionator agitat. Interim siquidem orationi vacat, & contemplationi, interim corporali exercitationi ob salutem animarum. Sunt ergo aliqui solum actiuæ studentes vitæ, aliqui solum contemplatiuæ dantes operam, aliqui permisti. Percontantur hìc doctores. Quænam sit maioris meriti. Missam tamen nunc huiusmodi quæstionem faciamus. Hoc autē mihi dicite. Quem ex hisce putatis maiori desiderio teneri moriendi, & ad æternam vitam, ad suumque conditorē adeundi. Et prima quidem specie videtur qui solum contemplationi vacat, plus hac

2. de anima text. 14. vsq; ad t. 18.

Actiua et contemplatiua vita quæ sint.

Triplex vitæ genus ī ecclesia dei.

Vita mista ex actiua & contemp. est in concionatore.

Quis magis desideret patriā cælestem, actiuus, an contemplatiuus an vero mistus.

Ee mortis

optat, ob turbationē rerum temporalium. At tertius, ideſt, ille, qui mediam ſectatur viuendi rationem, longè plus id deſiderat, quàm alij. Nam ſi iſti alij aliqua vna re ſtimulantur ad mortis appetitum, hic duabus incitatur rebus. Habet nanque notitiam, vnde exoritur amor rerum diuinarum, vbi non raro oratione quietem obtinet, & vexatur præterea aliunde humanarum rerum conturbatione. Vtrumque magnum eſt. Et quò plus ſe à ſua quiete ſentit diſcedere, hòc amat vehementius, atque deſiderat mortem, vt ſuo principio coniungatur, & hac ſe turbatione leuet. Et contingit his quod duobus contrariis quæ cum coniunguntur, inuicem ſibi repugnant, mutuoque ſeſe excitant. Vnde cum concionator quodam modo inter duo iſta contraria ſit, plus ad amorem excitatur, & ardentius deſiderat ad quietem emigrare. Vnde Elias, qui hanc miſtam viuendi rationem ſequebatur, cum eum Iezabel illa regis Achab vxor perſequeretur, vt ipſum neci dederet, fugiens ſub quandam conceſsit iuniperum, & plorabat, dicens Domino. Tolle animam meam. Tolle vitam meam. Neque enim melior ego ſum, quam hi, qui me præceſſerunt tempore, qui & ipſi obierunt, propterea tamen fidelium congregatio, non defecit. Ita modò haud quaquam ipſa deficiet, ſi me etiam è medio tollas. Tolle igitur animam meam. Atque in hunc modum animam agere deſiderabat, & in vitam alteram concedere, & turbationi vitæ præſentis ſubduci. D. Paulus id ipſum cõſiderãs dicebat Philippēſibus. Deſideriũ habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, i. Ex altera parte mori cupio, & in gloriã cum Chriſto cõmigrare, & in illa quiete eſſe, & hac conturbatione eximi. Ex altera parte equidē deſidero, vobiſcũ eſſe ob veſtram ſalutē, neque vos relinquere. Ita & ego vobis

Miſta vita vacans magis appetit cum Chriſto iam eſſe in patria quam reliqui.

3. Reg. 19.

Philip. 1

dico. Tametsi ego non sim his similis, ob illam tamen gratiam, quam exiguam quidem ipsam nobis Deus dedit, cum tot annos vestræ salutis causa tantoperè nos vexarimus, desiderium iam nos tenet moriendi, optamusque cum Christo esse. Atque ea gratia aliquãdo dico domino cum Elia. Tolle animam meam. Vltra iam nihil possum. Ego corpore atq; animo sum fatigatus, Tu neque me, neque mea eges opera. Eliæ responsum fuit. Surge comede. Grãdis enim tibi restat via. Ita apparet mihi, dictum fuisse mihi ipsi. Surge. Adhuc grandis tibi restat via. Tu in finem adhuc non peruenisti. Agedum domine, libens id fero. Omnino tibi obedire volo, & tametsi debilis sum, manus tamen tua potest omnia, & ipse etiam cõsidero paululum temporis has ærumnas à me toleratas. Paulus triginta octo annos bellum gesſit. Ego vero sex annos duntaxat peregi in harum ærumnarum conflictatione. Id exiguũ tempus est. Ingredimur igitur septimum annum & Michæam resumimus ab eo loco, vbi finẽ feceramus ipsius enarrandi. Et prosequemur eius contextum. Attenti este modo, & audite verba illius.

Hie. optabat iam suis ærũnis defungi, et cum Christo esse.

3. Reg. 19.

3. Reg. 19.

Hiero. lib. de scriptoribus ecle. asserit. 37. sed solutio facilis ẽ de anno incæpto et numerato Nicephorus vero dicit. 35. li. 2. c. 34. Cariõ autẽ dicit. 34.

¶ (Vox domini ad ciuitatẽ clamat, & salus erit timentibus nomen eius.) Iter itaque sumus facturi, & tantò asperiorem sumus, vt mihi videtur confecturi viam, quantò plus tempori illi approximauimus, quod iam olim vobis dixi, dum asserui, venturũ tempus quo, illi, qui pænitentiam non egisset, Deus minime, aut opido quàm exiguam vlterius donaturus erat gratiã redeundi ad pœnitentiam. Videtur mihi, bonos in bono confirmari incipere, & improbos in dies obstinatiores esse in malo. Et iccirco indicium est iudicij Dei appropinquantis. Cõstabilite igitur vos boni in bono, & in Christi doctrina, vt in scripturarum elucidatione consolemini

Initium. 7. anni ex quo cœpit Hiero. cõcionari Florentiæ.

Michææ. 6.

mini. Michæas in hoc capite, vt vidistis, quando ipsum intermisimus, commonstrauit magnam Dei mansuetudinem, & dixit, tametsi Deus ipse iustus foret, neque quicquam præter æquum faceret, aliquando tamen se se ipsum demittere, & ab homine iudicari velle asseruit. Et dixi vobis, vt ipse dixisset peccatori, sede hîc pro tribunali. Esto hîc iudex. Et vide num ius mihi sit aduersus istum populum qui peccator est. Et addidi ab vna parte, à domino dici (Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui? Responde mihi.) Ego te Aegyptiaco seruitio eduxi, multisq; bonis auxi. Vnde ergo tot obmurmurationes procedunt? De quibus hesterno mane partim tibi in curia dixi, non vt à me culpam deprecarer, vt priuatus eram, sed vt concionator & Dei locum tenens, tametsi immeritò. Quod idem est, ac si dicas, me culpam à Deo depulisse. Et prius dixit dominus. Ego te seruitute Aegypti extuli popule, & in libertatem asserui. (Popule meus memento quæso, quid cogitauerit contrà te Balach Rex Moab.) Memento eorum, quæ vidisti, & memento prædictum tibi fuisse tantum malum, & te absorbendum, post verò ereptum te esse. Et vidisti te non fuisse liberatum tua potentia, aut intellectu. Omnino siquidem contrafecisti, quàm par erat. Ego tibi dixi postea, mihi in votis esse, vt leges bonas conderes. Tu etiam id detrectasti. Heri de mane obliuioni tradidi verbum, quod de hac re tibi dicendum habebam. Atque ita dico, & attendes num ipsum verum sit. Tu ipsas prorsus condes, id tamen in tuum est recasurum incommodum, tibique continget, quemadmodum mulieri, quæ puero nolenti comedere, & irato atq; detrectanti iussa matris facessere, denique ait. Tu id facesses, non sine tuo damno, nec sine percusione. Modo ad rem propositã

Epilogus concionis superioris.

Simile.

reuertamur. Respōdit populus domino, qui iudicium erat subiturus. (Quid dignum offeram domino?) Quid vltra in domini obsequiū nos facere queamus? Num supplicationes solēnes non multiplicauimus, non multas eleemosynas, non multas quadragesimas? Nequimus iam vltra quicquam facere. Et respondit populus iste, tanquàm qui animum despondisset. Quid à nobis vltra Deus noster exigit? Quamobrem aduersus populum pronunciatum est. Et respondit ille, qui iudicabat. O popule ego te docebo, quod facturus es? (Indicabo tibi, ò homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.) Iudiciū primò facere iussus est populus. Iudicium est, actus iustitiæ. Mihi sanè haud gratum est in tuo palatio depictam iustitiæ imaginem esse, & postea abs te ipsam iustitiam non coli. Demitte deorsum ensem illum iustitia. Prorsus enim incassum ipsum tenes. Fac iudicium inquit dominus. Hoc est iustitiæ actus ede. Equidem tot picturas nollem, id vero optarim potius vt iustitiam exerceretis, & vt legum seruandarū præsides, & reliqui magistratus, cuia interest, seruandam ipsam iustitiam curarent. Florentia mihi videtur te sinere, nihil non impunitum transire. Tu in nullum peccantem animaduertis. Integrum cuique volenti est ludere, liberum cuique est Deum blasphemare. Et si lusores admonentur, ne ludant, distringunt ensem. Videtur ne tibi hoc bene esse gestum, vt in illos quos ad corripiendum mittis, gladius eximatur? Tu non vis iustitiam colere, tu non vis cōdere leges bonas. Quid sibi vult, quòd fœderationum leges statuere nolueris? Ego non illam sanciendam curaui, tu tamen non vis eam statuere præ timore. Quid in causa est quòd ego legem,

Imaginem iustitiæ pictā habebant Florentini in consilij publici ædibus.

Iustitiæ cultus commendatur.

legem illam non metuo? Si ego fœderationem iniissem, vt tu dicis, ego sanè te ad curam legis illius seruandæ haud quaquam animarem. Qui bene agit non pauet. Ait paulus. Vis non timere potestatem? Bonum fac. Itaque Florentia, hoc est, quod tibi agẽdum erat. (Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam.) Iustitiæ additura eras misericordiam, nempe eam exhibens viduis, pauperibus, pupillis, nec committere debebas, vt quotidie dilacerentur à tabellionibus, & procuratoribus. Opus erat, vt ocyus illis ius diceres, & misericordiam hanc illis impenderes. Et solicita ambulares cum Deo tuo. Satagere te oportebat ob Deum tuum bene agere. In hisce nostri textus verbis interruptæ sunt aliàs nostræ conciones, quando ipsum intermisimus. In præsentia hunc Prophetam resumpsimus, qui pergit, & ait. Ecce, (vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen eius.) Agedum intelligamus, quid sibi hæc verba velint.

Minime conspirationũ auter fautor Ve Hiero.

Roma. 13.

Miserorũ causa nõ procrastinandæ.

¶ In hunc textum dicemus verbum alterum hoc mane probis. Et hæc erit nostra concio, vt & Propheta hoc loco facit. Loquitur ergo prius bonis. Ecce (vox Domini ad ciuitatem clamat, & erit salus timentibus nomen eius.) Animaduerte, in scriptura sæpe abs te reperiri, vt nomen domini laudetur, & honoretur. Quid rei est, quòd scriptura toties nomen Domini collaudat, & vult illud timeri? Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in seculum. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini. Tu bifariam potes nomen domini vsurpare. Omnia quippe Dei nomina in duo cogi possunt. Hoc est, in nomen misericordiæ, aut in nomen iustitiæ. Sanctum, & terribi-

Curtoties laudari timeriq́; iubet scriptura nomen domini.

Psal. 112.

Omnia nomina diuina reducuntur ad duo.

Psal. 110

le nomen eius, Ait scriptura. Ecce vtrumque, sanctum quod ad nomẽ misericordiæ spectat, terribile quod ad nomen potestatis attinet. Alterum istorum nominum magnum amorem homini ingenerat, alterum magnũ timorem incutit. Deinde animaduerte aliter nominari à philosopho Deum, aliter ab habente gratiam eius. Sublimius quippe nominat, & considerat illum, qui in ipsius gratia est, quòd excelsiori lumine polleat, quàm philosophus, qui naturali lumine tãtum ducitur. Quocircà notato, nomina indita esse, prout est hominibus collibitum. Nomen est vox significatiua ad placitum. aiũnt logici isti. Verbi gratia. Ego video illic consistentem columnam illam, & inter nos Italos ita constitutum est, vt quoties nomine hoc atque hac voce colonna, vsi fuerimus rem illã intelligamus, quę illic est fœdus, hoc atque hoc pactũ inter nos Italos prout nobis collibuit initũ est. Germani aliud pepigerũt fœdus, & alia nomenclatura ipsam nuncupant, atque alia significant voce. Et si tu cum Germano loquens, vocabulo hoc colonna vtereris, non sit intellecturus. Nomen igitur est vox conceptus mẽtis humanæ significãs. Quãto igitur hominis grandiores sublimioresque sunt conceptus, tantò grandiora nomina exprimit. Vnde ipse cernis insignes istos homines grãdes sublimium nominũ expresſiones edere. Aſpice vt philosophus cum deum nominare vult, summam ipsum sapientiam, summam intelligentiã, summam potentiã vocitet, & conceptionem illam suam oppido quam multis, & magnis nominibus exprimat. Philosophus tamẽ nescit tàm celsa ratione cognoscere, quàm ille nosci potest, aut quàm ab illo cognoscitur, qui gratia prӕditus est. Philosophis suppetijt aliqua potentiæ, & sapiẽtiæ diuinæ cognitio. De illius autem bonitate eatenus omninò perceperũt, quatenus

Aliter deus à philosophis aliter à suis amicis nominatur.

Arist. 1. periherm. c. 2. et in sua arte poetica. c. 7.

Quanto maiores hominũ conceptus de deo tãto maioribus nominibus ab eis appellatur.

Cognitio dei in philoso-

quatenus ipſam in rebus naturalibus,& in hoc vniuerſo mundo viderunt diffuſam. Quamobrem videntes cœlum atque hunc orbem, quem Deus conſiderat, & ſcientes omne bonum in ſui ipſius diffuſionem propenſum, aſſeruerunt, Deum bonum eſſe. At vero qui gratia donatus eſt, altius conſcen it, ſublimiuſq; concipit,& à deo cœlum,terram, totumq; orbem ex nihilo conditum,atque illi integrum eſſe, ſi libeat,mille mūdos pulchriores, & rebus venuſtioribus, quàm hæ ſint facere. Adeoq; iſte bonitatē Dei intelligit,vt cognoſcat, ab ipſo humanam carnem aſſumptam, eundemq; hominem factum eſſe. Hoc nunquam calluit philoſophus, nempe, Deum propter nos homines,& propter noſtrā ſalutem deſcendiſſe de cœlis, & incarnatū fuiſſe de ſpiritu ſancto, natum ex Maria virgine,& hominem factum. Minime nouit propter nos miſeros peccatores,& propter noſtram ſalutem tantam hanc exeruiſſe bonitatem,vt hæc eadem facere,atque ſubire nō dubitarit. Ad hanc cognitionem neutiquam philoſophus peruenit, vt qui gratiam Dei non adeptus fuerit. Ille ergo qui pollet gratia, quippequi celſiores conceptus Dei habet, ipſum nuncupat, atque conſiderat ſublimioribus nominibus, quàm philoſophus, Qui poteſtatis & ſapientiæ Dei nomen ſolum conſiderat, & puſillum, idque tenuiter nomen illud bonitatis attingit. Hic autem infinitam ipſius bonitatem cognoſcens, pefectè illum contemplatur ſecundum bonitatis nomen. Hoc alterum eſt, quod annotandum erat. Sine me nunc tantiſper requieſcere, & pergamus ad tertium.

phus quanta qualiſq;

Cognitio dei qua pollet Chriſtianus qui in gratia dei eſt quanta qualiſq;.

Chriſtiani idemq; amici dei auguſtioribus nominibus appellant Deū quàm philoſophi.

¶Tertiò animaduerte, cum ſcriptura de maieſtate diuini nominis verba facit,& vt ipſum laudemus, & veneremur hortatur, plurimùm de nomine id benigni-

tatis

Laus nominis dñi in scriptura de nomine misericordiæ plerunque intelligitur.

tatis & misericordiæ intelligere, & non de nomine potestatis & iustitiæ. Et amorato, proprium Dei nomen esse, bonum, tametsi philosophi subtiliter dicant, prius nomen omnibus, quæ Deo attribui possint esse hoc. Qui est. Ego tamen tibi ostendam idem esse nomen, bonum, & Qui est. Ecce, si tu esse desideras, nequaquam id solum optas, vt sis, sed bonum expetis, cum ipso esse coniunctum, Verbi gratia, esse sapientem, esse pulchrum & cætera. Quo circà si sapiens esse cupis, esse optas, & sapientiam, sic si esse pulcher appetis, esse desideras, & pulchritudinem. Consimiliter si esse fortis cupis, esse cupis & fortitudinem, sic etiam si bonum desideras, esse desideras. Ideoque si sapientiam optas, aut pulchritudinem, aut fortitudinem, sapiens esse appetis, pulcher fortis ve. Ecce ergo quo pacto nunquàm esse ipsum appetis, quin intra illud, bonum intelligas, neque vnquam bonum expetis, quin esse ipsum intelligas ibi. Et ideò bonum, atque esse, idem sunt denique. Eaque gratia cum Deus ipsum esse sit, est etiam ipsum bonum. Quicquid enim in Deo est, est ipse Deus. At in nobis non ità habet, in quibus esse distinguitur ab essentia. In Deo autem minime illius esse ab essentia distinguitur. Atque vnus ipse est esse in abstracto. Igitur ille est bonitas, & misericordia in abstracto. Et iccirco ne mireris, si tam sit misericors, & bonus, neque, si toties peccatoribus parcit, neque si tandiu illos vocat, atque expectat, vt ad pœnitentiam reuertantur. Cum igitur scriptura ad laudandum nomen Dei te adeò excitat, intellige plerunque de hoc bonitatis nomine, deque insignis misericordiæ nomenclatûra. Porrò scriptura hoc ideò facit, vt hominem ad laudãdum Deum excitet ob tam eximiã

Nomen proprium dei bonus seu. Qui est. 1. p. quæst. 13. art. 11.

Bonus et qui est idẽ nomẽ sunt.

Canon Theologicus.

Cur non mirandum qt ã sit deus bonus misericors. &c.

bonitatem,

bonitatem, & tot eademque immensa beneficia, quibus humanam pro sua bonitate naturam auxit. At verò, nota totam hanc bonitatem in Christum esse diffusam. Neque enim potuit Deus hominibus maiorem bonitatem ostendisse, aut misericordiam, quam proprium eundemque vnigenitum filium mittendo, ad carnem pro nobis assumendam, & mortem pro hominibus peccatoribus obeundam. Hoc incarnationis verbi beneficium tam fuit magnum, vt in sese vniuersa alia beneficia clauserit. Quapropter dicebat apostolus Paulus. Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? In hoc igitur nomine Iesu, omnia includuntur. Et ideo dicit Diuus Paulus. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum. Aduerte tamen nomen bifariam intelligi. Vno modo, vt vox est aliò modo, vt rem sistens, atque repræsentans. Quî hoc intelligatur ego tibi explicabo, si tamen paulisper liceat mihi per te requiescere.

Tota dei bonitas in Christum diffusa fuit.

Roma. 8.

In nomine Iesu omnia bona includuntur.

Philipen. 2.
Roma. 14.
Esaiæ. 45.

¶Nos, vt dictum est, gratias nomini Dei agimus, idipsumque collaudamus. Maximeq; bonitatis nomen, & nomen Iesu, in quem immensa Dei bonitas profusa est. Sed aduerte, omne nomẽ duplici ratione capi posse. Nempe quatenus vox est significatiua, & quatenus per illud nobis sistitur res significata, vt isti dialectici ferunt. Adsimile huic dicunt doctores de cruce, nempe ipsam considerari quatenus imago est crucifixum significans, deinde quatenus per illam nobis significatum repræsentatur, idest crucifixus. Sed vtraque acceptio eòdem recidit. E dissertant autores, num crux latriæ adoratione sit colenda, & variatur sententiis,

Nomina diuina atq; adeo nomina omnia bifariam sumi possunt.

Crux dupliciter conside ratur.

Diuus

3. p. q. 25. arti. 4. Diuus Thomas affirmantium partes agit. Tenet siquidem crucem adorandum esse cultu latriæ. Et tantundem est, hāc crucem adorare, quatenus imago est crucifixi repræsentatiua, atque si adoretur, quatenus crucifixum sistit nobis. Ita vsu venit in nomine Iesu. Tantundem nanque est, ipsum ferre laudibus quatenus vox est, Dei repræsentatiua, eiusque bonitatis, atque si laudetur quatenus Christum nobis præsto esse facit, diuinamque bonitatem. Vtroque siquidem istorum modorum conceptum hunc Iesu formas, atque intra cor tuum ipsum amplexaris, quòd tibi illum significet, atque sistat ob oculos Iesum, propter te crucifixum. Cum tu hoc nomen Iesu audis, caput demittis, illudque ipsum nomen veneraris. Similiter cum illud literis deformatum vides, reuereri ipsum deberes. Discite venerationem hanc à Turcis, qui cum scriptum inueniunt Dei nomen, aut illud scribunt, in loco honesto ipsum reponunt, honorantque, atque reuerentur. Igitur iam intellexisti, quot modis capiatur nomen Iesu Christi. Conferamus nunc pedem cum nostro contextu. (Vox domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen eius.) Vox domini ciuitatem Florentinam inclamat, nō eius modo gratia, sed vt in alia etiam loca vox ipsa dissipetur. Vox domini multifariam potest intelligi. Dicimusque prius vocem Dei esse concionatoris vocem. Tu id prorsus non credis. Volo tibi manifestum facere naturali quadam ratione, id abs te debere credi. In omni re plus influit prima causa, quàm secunda. Vox concionatoris est actio secūdæ causæ, & in illa plus operatur causa, prima, idest, Deus. Vox igitur concionatoris vox Dei est. Præterea vox Dei clamat, te puniendū esse, & in te venturū malum id ipsumque dicit, & intonat concionatoris vox. Si igitur

Nomen Iesu scriptū prolatūq; quātopere venerandū sit.

Multiplex vox Dei.

Vocē concionatoris esse vocem Dei eleganter probatur.

1. ratio.

2. ratio.

tur ego veritatē dico, vox concionatoris, vox Dei est. Adde, quòd vox Dei est, cordis tui stimulus, atque remorsus conscientiæ tuæ, quæ te improbitatis damnat, & ob idipsum pœnas de te sumendas, malaque tibi infligenda. Vox etiā Dei est in terra, quæ signa tibi edit, & rerum caritatem tibi clamitat. Vox item Dei auditur in cohortibus, cum omnia ad bellum adornata videantur. Sub hæc vox quoque Dei est in significationibus atque indiciis pestis, quæ ostendi vides. Quamobrem vox Dei vox est cōcionatoris inclamātis, Rerum caritas aduentat, agite pœnitentiam. Bellum instat, agite pœnitentiam, Venit pestis vastitas, agite pœnitentiam, Barbari aduentant, agite pœnitentiam. Hæc est vox Dei dicens. Italia age pœnitētiam. Aliquis est, qui capturum se cogitat alios, & capietur tamen ipse. Aliquis se euasurum sperat, & morietur tamen. Italia ego tibi assero, nullum esse reliquum præsidium, præter vnā pœnitentiam. Tu non credis hoc. Tu ipsa rem deprehendes. Tu denique quaquaversum tibi prouides, propectasque tibi propugnacula. Aio tibi, nihil tibi omnia profutura. Tu deplorata es, atque actū est de te. Tu malum tuum non cernis, quod ipsum adhuc longe distat. Sed mihi tamen crede, visum iri tibi, quam citissime euenisse. Orationes piorum ante Deum clamant, vt ipse rem vrgeat, & dicunt domine. Ades citò. Bene fac domine bonis & rectis corde. Accelera, vt eruas nos. Boni exaudientur à Deo. (Et erit salus timētibus nomen eius.) Illi sospitabūtur, qui nomen misericordiæ verebuntur, quique bene agent. Porrò ille alius veniet culpam ab se deprecaturus, & volet timere potestatis nomen timore mortis, & timebit Deū ingruētibus calamitatibus, gehēnæ metu, & metu amissionis facultatum, atque vitæ, & animum ritè non deponet

Vox Dei est etiam cōsciētiæ stimulus.

Vox dei sunt signa q̄ deus dat calamitatum.

Vox Dei est cum bella permittit.

Vox Dei pœnitentiæ prædicatio.

Psal. 124.

Elegantissime facit vt distinctionem nominis dei ex positioni subseruiat huius loci.

ponet peccandi denique. Et huic non erit ſalus. Opus eſt, vt nomen benignitatis & miſericordiæ timeatur. Hoc eſt, vt ſeruire Deo velis,& peccatis te abſtineas, atque dicas. Domine mi condona mihi peccata mea, quæ hucuſq; admiſi, & in poſterum bene agere volo. Tu mihi bona es pollicitus atque adeò vitam æternã, ſi tuæ voluntati morigeratus ero. Quapropter tibi inſeruire volo, non timore adactus, ſed amore ductus. Ego volo benignitatis & miſericordiæ nomen timere, ego volo amare, atq; vereri dominum meum. (Et erit ſalus timentibus nomen eius.) Hæc via eſt ſalutis. At tu qui nomen poteſtatis pauere, animum induces, neutiquàm ſalutem adipiſcèris. Verum quidem eſt, timorem hunc initialem eſſe poſſe. Poteſt enim quis dicere. Equidem gehennam horreo, at ego volo ſtudioſe agere, & Deo meo ſeruire, non ex timore iſto præcipue, ſed ex amore potius. Tu etiam ſaluus eris omnino, qui hoc modo times. At minimus eris in regno cælorum. Opus eſt eum, qui perfectus eſſe velit, ad celſiora conſcẽdere. Perfecta charitas foras mittit timorẽ. Opus eſt, vt feruidus ſis, atque dicas. Domine mi id mihi in votis eſt, vt te amem, ob tuam ipſiũs bonitatem. Quod ſi tu me in gehennam detruderes, equidem lubens id ferrem, dum modo tibi placeam. Libẽti animo id accipio. Hoc eſt verbum bonum, tibi dicẽdum à me hoc mane, nempe te ſoſpitandũ, ſi ad hunc egeris modum. Ecce nunc tibi verbum tuum tibi proponam im probe, auſculta illud.

Quibus ſalus domini cõtingat.

Perfecta charitas qualis. 1. Ioannis 4.

¶(Audite tribus. Et quis approbabit illud?) Audi, quã ſit extraneus hic loquendi modus, quem Michæas ſeruat. Modus loquendi eſt hic ſpiritus ſancti, qui myſtice loquitur. Et ait. Audite tribus. Audite arcanũ quoddam. (Et quis approbabit illud?) Michæas erat apud Sama-

Verbũ ſecundũ ad improbos directũ.

Samariam vaticinans, & hæc verba dicens, & dicit tribubus foris habitantibus, (Audite.) Idque propterea, quòd vox è Samaria per vniuersas tribus diffundebatur. Et dicebatur de Michęa. Quid verò amens ille dicit in Samaria? Michæas denique inclamabat. (Audite tribus.) Ita & ego vobis dico, ò ciuitates Italiæ, quæ hîc non præsto estis. (Audite.) Nam & hîc vestra res agitur, atque intelligitur. (Audite) quòd vobis ipse dico. Malum, quod vobis sæpe prædixi, assero super vos omninò venturum. Neque vllatenus palinodiam recanto. (Audite) præterea. Ego dico vobis, facultatibus vos delapsuros, vitam, corpus, animamque amissuros. Ego prauis loquor in præsentia, qui aiunt. (Quis approbabit illud?) Quis hoc esse verũ adstruet? (Quis approbabit illud?) Primò dico natura ipsa rerum approbandum. Circunspice parumper, quanam ratione, res sint dispositæ. Aspice exactè paulisper. Et videbis num sit approbatura natura rerum hoc, quod ego dico. Annon vides omnia parata in hoc, vt probent, & verum ostendant, quod tibi dictum est? Cœce num non cernis te à Deo acciri, & ab ipso omnia esse disposita, ab ipso tamen te expectari, vt ad pœnitentiam redeas? Ipse sensim progreditur, quò te opperiatur. Ego iam dixi tibi, dominum nostrum paulatim ritu bouis ire, at ab ipso fortiter figi pedem. Ingruente calamitate, credes ad cælum te fugiturum pro tuo arbitrio. Tunc non erit opus verbis. Tunc aliud opus erit tibi. Tu itaque vides te male agere, multaque abs te admitti peccata. Crede igitur te male mulctandũ, atque accipiendum. Et vide Italiam magis magisque in dies absumi, quò plus malum tardat, quemadmodum illi vsu venit, qui febricitatur. Italia tu sensim consumeris, & ideo tu qui cernis, vt res procedant, perge benè agere, & fortis

Michæas prophetauit in Samaria, idque etiam extra existentibus.

Cuncta Italiæ vates concionaterque Hieron.

Rerum ipsarum cursus dicta Hiero. testificabatur.

Vindicta dei lenta.

persta,

persta, aio tibi, ad hoc signum. Fixus mane circa hanc veritatem. Italia id futurum est, quod tibi dixi, omnino. Tu vides naturam ipsam rerum tibi hoc demonstrantē, quippe cum in dies calamitas adornetur, & approximet. Quamobrem, vt credas par est, cum improbi pœnitentiam non agant, puniendos ipsos esse. Neq; facultates erepturos, neque corpus, neque animam. (Deinde quis approbabit illud?) Quis hoc luculentum faciet, quod dicimus? Ratio naturalis approbabit. An excidit tibi, me tibi heri dixisse, Deum esse iustū? Quapropter cum videas te in dies plura peccata cumulare ratio naturalis exigit, vt in te animaduertatur, & vt supplicium sit etiam maius, quo diutius dilatū fuerit, quòd quotidie peccata peccatis ipse addas. Ad hæc, (Quis approbabit illud?) Approbabit ipsum fides. Nā si fides vera est, num tu in altera saltem vita non es luiturus pœnas, cum hîc bene nō agas? Dico tibi prorsum te puniendum, & rediturū Deum vnicuique tanquam qui iustus sit iudex, iuxta vniuscuiusq; opera, bonis bona, malis mala. Et ꝙ te Deus opperitur, id haud aliud est, quàm te ad pœnitentiam vocare. Cumque audire nolis reliquum est, vt maior de te vindicta postea sumatur. Ait Paulus. Ignoras, quoniā benignitas Dei ad pœnitētiam te adducit? At tu in dies magis, magisque Deum irritas, qui te post iudicaturus est horribiliter, atque furibūdè, cum suas mittet cohortes, suūque flagellum dicens. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Pœnitentia tunc duris detrectati auditus vocis dominicæ. Iam (quis approbabit illud?) Nempe, quod nos asserimus. Approbabunt illud terra, Cæli, angeli. (Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniā dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit

Iustitia Dei ipsum in prauos animaduersurum testatur.

Fides clamat improbos pœnas daturos omnino.

Quum ad pœnitentiam nos expectat Deus vocat nos expectatione ipsa.

Roma. 2.

Deut. 32.

Hiere. 15.

Terra, cæli, angeli vindictam Dei in prauos approbabunt.

Esaiæ. 1.

uit bos possessorem suum & asinus præsepe domini sui. Israel autem me non cognouit, & populus meus nõ intellexit. Væ genti peccatrici, & cætera. Dereliquerũt Dominum blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltra addẽtes preuaricationem? Omne caput langidum, & omne cor mœrens, à plãta pedis vsq; ad verticẽ non est in eo sanitas. Quis igitur hanc sententiam comprobabit? Audite sancti, audite angeli, audite cęli, audi terra. Loquitur siquidem dominus. Ego istos tanquàm filios meos nutricaui, ipsi vero despexerunt me. Misi illis filium meum, & noluerunt ipsum audire. Asinus bosque Dominum suum agnouerunt & scelerati isti noluerũt, me agnoscere. Væ vę genti peccatrici, vę flagitiosis, atque profligatis. Væ væ vbique. Deum suum blasphemauerunt. Suum Dominum audire renuerũt, & desciuerũt, defeceruntque à me. Super quo percutiam vos vltra ò conscelerati filij? Ego hucusque tenuiter vos petij, vt ad pœnitentiam reuocarem: vos autem in peiora collapsi estis. Omne caput est langidum, omne cor mœrore occupatum est omnino. Nullum fermè est caput, quod bonum sit atque syncerum, nullum iam est cor, quod criminibus non sit refertum. Omnia tabefacta sunt. Omnia sunt vastata. Nihil est in hoc corpore, quod affecta non sit valetudine. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: Quapropter Domine, recide, recide, recide vlcus istud, cape cultrum, sana vulnus istud, atque adeò istud corpus. (Quis approbabit illud?) Approbabit illud Deus factis, ocyus tibi flagellum immittens. Cito adueniet gladius, qui hoc comprobabit. Tu nequaquam id credis, tu illud cernes. (Quis approbabit illud?) Peccata tua, ipsa illud contestabuntur, vt quæ iram Dei incla-

Elegãs huius loci paraphrasis.

Deus suã vindictam approbaturus re ipsa.

Peccata hominum dei vindictam inclamant.

ment, audi modò. Ego nanq; id tibi enarrabo in hunc textum.

¶ Ego ferè institueram amplius me istis angoribus, laboribusque non implicare, quòd mihi videatur actum iam de prauis esse. At, quoniam ita domino complacitum est, pergemus quantum per scripturarum ductum nobis licebit. Quis igitur hoc quod dicimus adstruet. Natura rerum, naturalis ratio, fides, terra, cæli, angeli, Deus suis operibus id approbabũt. O dñe multi demirantur tantam istorũ in his rebus duritiem. Ego autẽ haud miror. Nullus nanq; conuerti potest, nisi tu ipse illum conuertas. Nisi Deus manum suam admoliatur, parũ iam præsidij restat. (Quis igit̃ approbabit illud?) Approbabunt illud tua peccata. Ecce contextus asserens. (Et quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij: Thesauri iniquitatis, & mensura minor, iræ plena.) Ignis auaritiæ & libidinis, qui in domo impij & malè parti thesauri, & maligna mensura quam vos pauperculis adhibetis, hæc vestra scelera sunt, quæ adhuc testificantur omninò hæc euentura, quæ nos prædicimus. Impietas vestra idipsum approbat. Ordiamur hinc. Impietas bifariam capitur. Prius quatenus impietas pietati opponitur, quæ virtus ad religionem spectat, quæ ipsa à fide manat. Et ea re impij vocitantur isti qui modos sequuntur religioni huic contrarios, quique ne Christo ipsi fidem arrogant. Quapropter ista, naso adunco suspendunt, & rident, & homines sunt isti quodammodo ad ritus moresque paganorum relapsi. Sperant se sapientes existimandos, si ista irrideant. Ego tibi manifestum feci, te opido esse vecordem, qui ea derideas, quæ ipse noris, vera esse posse. Impij etiam illi dicuntur, qui nulla tanguntur misericordia, nec viscera misericordiæ gerunt

Epilogus supra dictorũ quibus vindicta dei futura comprobatur.

Impietatis propria et latina acceptio iuxta Cice. 1 de nat. deorũ et. Aug. 10 de ciuita. dei c. 1.

Impietatũ acceptio vulgaris et impropria vt inter alios asserit. d. Th. 2. 2. q. 101. ar. 1. qd sumpsit ex Aug. 10. de ciui. c. 1.

unt erga egenos, suamque ciuitatem, & patriam, cùm
gestate vrgetur. Hîc dici posset de Italiæ proceri-
us, quàm sint absque misericordia, quod patet, cum
ullum misericordiæ sensum habere videantur. Mis-
os eos faciamus de Florentia ciuitate, in quam tu im-
ius es, hoc est crudelis vt pote qui illi opitulari pos-
es, numismata illi mutuans gratis, cum in præsen-
ia videas ipsam egestate premi. Sed tu non vis illi
atrocinari. His qui possunt loquor. Et iccirco im-
ius es, hoc est sæuus erga illam, atque adeò erga ino-
es, & ignẽ domi tuæ habes, vt hoc loco text⁹ ait. (Ad-
uc ignis in domo impij.) Quo plus accumulas, & ob- *Ignis multiplex vitiorũ.*
ines numorum, hòc plus crescit auaritiæ ignis. Ha-
es etiam domi tuæ ignem libidinis, & ignem ambi-
ionis, ex qua inuidiæ ignis nascitur. Mitte hunc am-
itionis ignem, atque liuoris. Tu enim sat nosti, ob *Lucæ. 10.*
psum cælo deturbatum Satanam fuisse, ceu fulgur.
At tu denique istum ignem domi tuæ esse vis. (Et the-
auri iniquitatis.) Hi sunt fortunæ ipsæ, quibus viduã
xuisti, & rem publicam depeculiatus es. Tu reipu-
licæ fœnerasti. (In domo nempe tua, thesauri iniqui-
atis sunt. Et mensura minor iræ plena.) Hoc est. Tu
nensuras minores, q̃ æquitas poscat, habes. Tu pauper *Iniquitas mẽsurarum.*
ulis triticum venundas mensura minori. Paupercu-
us triticum molendum defert. Et ne dimidium spei
uæ denique inuenit. Neque illud ipsum quantulum
st cunque, bonum est. Imò etiam pessimum. Idque
non modò faciunt laici, sed etiam nonnulli sacer-
lotes, & monachi. Expectent iram Dei. Nam iudi-
ium sine misericordia futurum est eis. Auferte *Suadetur misericordia.*
gitur istas vestras crudelitates, & misericordiam ex-
nibere incipite. Mutuate monti pietatis, quem di-
cunt. Subuenite pauperculis. Date mutuum gra-

tis reipublicæ vestræ. Ne fœneretis res. Aio enim vobis non patêre vobis aditum salutis. Neque tibi Iudææ hoc integrum est, vt fœneres. Nec si id facias, salus tibi potest contingere. Quod si tibi ad vsuram dare licere, ais. Egregiè mentiris. Fuit enim olim duntaxat permissum ob ceruicosum tuum caput. Est autem vsura ordini naturali contraria. Quare est peccatum aduersus naturam ipsam. Assero tibi fœnus non esse licitum. Regredimini ergo omnes ad pœnitentiam. Deus enim vobis mittet postea iudicium citrà misericordiã. Cernitis hoc, quod ego dixi probari, natura rerum, ratione naturali, fide, terra, cælis, angelis, Deo per sua opera, vestris flagitiis in vos intonantibus, à vobis ipsis neutiquam inuentum iri misericordiam. Quapropter conuertimini. Redite ad pœnitentiam, ne moras vltra nectite. Videtis enim vniuersum orbem in vos clamantem. Modò finite me aliud verbum vobis dicere, & domum vos ablego.

Iudæis nũquã licita fuit vsura sed ob minus malũ permissa ex. S. Thom. 22. q. 78. 1. ad. 2.

Conclusio est Arist. 1. politi. c. 7 et. D Thom. 22. q. 78. 1.

¶ Educite marsupiis nummos istos. Incipite misericorditer agere si aduersum vos vultis Deum esse misericordẽ. Opitulamini egenis, subuenite rei publicæ vestræq; patriæ. Quandoquidem illam egentem videtis. Mutuate gratis vos, qui potestis, distributi per classes, vt heri vobis dixi. Credis ne tu hic esse aliquem, qui faceret hoc ipsum? Crediderim profectò esse aliquos, qui id facerent. Assumite igitur etiam vobiscum aliquos alios. Si misericordiam exhibueritis proximis, vos eam inuenietis, neque tantum noxæ ab aliis vobis dabitur, quantum dabitur si misericordiam non exhibebitis. Potest etiam ostendi, illos qui vobis malum, aut inferunt, aut illatum volunt, iniurios in vos omnino esse, iniquosque omnifariam.

Elemosyna suadetur.

Et

Et si ego in colloquium, aut disputationem descenderem cum illis, ego tibi ostenderem illas eorum rationes nullius esse momenti, & si dicunt vos male agere, id falsum esse. Ostenderem etiam, vobis innumeras esse rationes, illis autē nullam suppetere. At scitis quare non Deus pro vobis contrà illos pronuntiat ius? Quia vos etiam iusta non decernitis aduersus eos, qui male agunt. Num istud fieri potest, vt nolitis adhuc in sceleratos animaduertere, misericordiamq; exhibere probis, & pauperculis & triticum impartiri, quo vitā tolerare queant? Ah, exhibete vos misericordes. Deus enim, si boni non eritis, atq; adeò si animis propterea vestris digna prēmia redditurus non est, at corpori saltem non committet, vt non reddat impensa. Vos denique dicitis, iustitiā exerceri. Mihi nulla videtur exerceri. Vbiq; luditur, & blasphematur, & obtrectatur, & videtur mihi vnicuiq; liberum esse & dicere, & facere, quæcunq; voluerit. Imò illi qui male agunt per indulgenter, & perhumaniter accipiūtur. Aiunt isti pueri: O pater cum nos imus ludos inhibituri, & correptioni fraternæ operam daturi, isti distringunt enses. An hęc iustitia tibi apparet, vt rei huiuscemodi ne sensum vllum quidem prę te feras? Videntur mihi pueri vobis esse sapientiores. Volunt siquidem, vt recte degatur, colaturq; iustitia, neque possunt tamen, id præstare, at vos potestis quidem, non vultis tamen. Merentur isti improbi lusores, vt non modo chartæ lusoriæ illis abripiantur, atq; taxilli, sed merentur etiam flammis ipsi traddi. Animaduerte, aio tibi, in oēs, non prætermissis etiā istis oblatratorib⁹ tā pcacibus. O monache tu velles de illis sumi pœnas, qui tibi obtrectant. Ego nō ita tibi dico, me velle, vt mea gratia vindictā de quoquā sumas. Imò istæ obmurmurationes, atq; calumniæ in

Impunitas quantū malum.

Animus cū Cicero. p quo alij animabus.

Licētia vitiorum Florentiæ.

Corripiebant fraterne lusores pueri Florentiæ.

Concionatoria lenitas erga obtrectatores et Zelos.

me intentæ corona mea sunt apud dominum. Mea causa flocci non facio. Neque volo, vt respectu mei in quenquam animaduertas, vt heri tibi dixi, addens, te perinique agere in me quatenus personam cõcionatoris gero, dum mihi obmurmuras, & Christi doctrinam vituperas: mea autem causa ne pili quidem id facio. Sed sunt etiam aliqui, qui peius adhuc faciunt: Audi quid textus noster dicat. (Nunquid ego iustificabo statêram impij, & sacelli pondera dolosa?) Et sunt domini verba. Audi ex me nunc paulisper, quęnã impia statêra sit, & hoc dicto, domum te amandabo.

¶Vestra peccata, vobis loquor improbi, in causa sunt vt flagellum adueniat, ecce dicit dominus. (Nunquid ego iustificabo statêram impij, & sacelli pondera dolosa?) Hoc est. Quî vultis vos, vt statêras ego vestras bilancesque vestras iustificem? Potest primò exponi hoc de illis, qui bilances & mensuras iniquas fallacesque habent, quibus decipiunt. Ille habet statêram & bilances impias, & dolosas plenasque fallaciis, ille alius aureos trutinatur, iniusta tamen lance. Ille alius vendit aromata, ille pannos, ille vestes, ille carnes: omnes tamen trutinis atque mensuris falsis, sicque per omnes artes discurrito. Et prærterquàm quòd in suis mercimoniis, emendis atque vendendis, statêris & mensuris fallacibus vtuntur, mille addunt mendacia, & mille iniquitatibus ad opimas fortunas grassati sunt. (In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum, nempe in venditionum emptionumque commerciis. Ille dicit, crede mihi, per meam animam tibi iuro, hanc rem bonam esse. Et tamen non ita habet. Et millies sacramẽto contendunt isti, mille fallacias inuenientes, omnemq; duplicitatem

Iniustitia põderum ac mẽsurarum.

Peccata vendentium atq; ementium.

itatem adhibentes. Dein ſtatêra im, ij mihi ſignifi-
at etiam tepidos. Nam ſtatêra atque trutina iuſti-
iæ foris apparet pulchra, tametſi non raro ſtatêræ
tæ atque trutinæ fallaces ſint. Sic & iſti tepidi, ita
omparati ſunt, vt foris pulchri appareant, nempe
verbis externiſque moribus, at intus nequitia ma-
ent. Et ſciunt trutinam ſtatêramque inclinare pro
a libidine, quemadmodum & iſti aureorum libri
ndes faciunt, qui libram vtrocunq; libeat inclina-
norunt, non deprehenſi. Iſti tepidi ſunt intus fal-
ſunt truces, non habent fidem ſed foris volunt vi-
ri iuſti, & pulchræ ſtatêræ. Et aiunt. Deus ego ſum.
it iſtorum tepidorum quiſpiam qui iactabundè ſuã
dem & iuſtitiam oſtentans, dixit cuidam. Nos ſu-
s dij gentium. Cui ille appoſitiſsimè reſpondit. Et
it. Pater ſcriptum eſt. Omnes dij gentium dæmo-
. Itaq; iſti, vt tibi dico, volunt foris ſancti apparere,
us autem crudeles ſunt. Quod ipſum videre tibi li-
et, ſi quod illi cupiunt, integrum eis foret etiam fa-
e. At cum deus poteſtatem faciet, vt ſanctis ſuis illi
eant, & incommoditent, cernes illos atrociores,
m fuerint in martyres tyranni. Volunt apparere
ti iſti, & dicunt, vt Phariſæus ille dicebat. Nõ ſum
t cæteri hominum. Non dixit ego melior ſum vno
dam homine. Sed omnibus. Neq; id ei ſat fuit, ſed
m fratri obtrectauit, & dixit. Nec ſum velut etiam
ublicanus. Ita iſti tepidi faciunt, qui non ſolum vo
iuſti apparere, ſed volunt inſuper fratri obtrecta-
Quare credite, cum flagellum veniet, & rerum cari
tque peſtilentia, in eos ipſos iſta eadem graſſatu-
tatêra iſta atque adeò iſta ipſorum inſolentia pœ
uet. (Et facelli pondera doloſa.) Iſti tepidi ha-
ſacellum ſuum falſis ſtatêris plenum. Sacellus

Hypocritæ ſimiles ſtateris pulchris iniquitanie.

Verba ſunt arrogantiæ regis Tyri per hyperbolen dicta.

Ezech.28.

Pſal. 95.

Scitiſsimum apophthegma i. aſtabũdum nebulonem.

Arrogantia hypocritarũ.

Lucæ.18.

Lucæ.18.

illorum eſt intellectus ipſorum plenus falſis, & extortis expoſitionibus ad veritatis impugnationem. Verũ ſcripturæ pondus atq; omnis rei eſt amor & charitas. Amor meus, pondus meum. Si charitate vacas, nihil facis. Hoc verum eſt pondus. Cuius iſti ne minimam quidem portionem habẽt. Sed omnes ſtatêrę eorum ſunt fallaces. Habent adhuc iſti aliam ſtatêram falſam, dũ ſcribas & Pharıſæos imitantur, qui, vt dominus dicit. Alligant onera grauia & importabilia & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Dicunt mulierculis exoluite hãc peccatorum mulctam. Ieiunium hoc obſeruate. Ipſi autem nihil faciũt. Habent & aliam iniquam, ſtatêram. Nam cum prædiues ille exomologeſim editurus aduenit, exiguam ei ei indicunt erratorum mulctam, neque ad reſtitutionem ablatorum per iniuriam inducunt, Habent etiam alias libras iniquas. Dicunt ſiquidem. Ille excommunicatus eſt. Ipſe eſt hæreticus. Ne ad illum te conferas. Iſtæ ſunt bilances iniquæ. (In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate.) Per iſtas, inquit, ſtatêras locupletes iniquitate repleri ſunt. Quoniam tu paruum illis imponis pondus in confeſsione eorum, non admenſus es illis iuſtum pondus. Et propterea regreſsi ſunt ad ſuam iniquitatem, & repleti ſunt auaritia, libidine, ambitione. At probis nimia imponis pondera, atque onera, tu illos degrauas, & vt faciant iuſtas apparere iſtas ſuas libras, iſtaque ſua pondera, dicunt mille mendacia. (Et habitãtes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.) Nihil aliud, quam calumniantur, mille fraudibus adornatis. Tepide tu inſtar Diaboli es, qui cum motus eſſet ſuperbia, liuore confeſtim correptus eſt. Atque ab iſto liuore procedis ad odium, detrectationeſq;. Tu præ tua inuidia nihil aliud

Auguſtini vulgatiſſimũ dictũ ex. 13 lib. cõfeſ. c. 9.

Iniqui in præceptis hypocritæ.

Matth. 23. Et Lucæ. 11

Confeſſarij nimium indulgentes in edicenda ſatisfactione pœnitẽtiæ iniqui.

Confeſſarij nimium rigidi probis iniqui ſunt.

Nexus peccatorũ in improbo.


aliud quàm detrahis fratri, nihil aliud quàm mentiris, Et non rarò cum inimicus sis, amicitiã simulas, & per duplicitatem loqueris. Itaque tu cernis, omnia improbis & deploratis plena. Peccata igitur vestra dictum meũ approbabunt, & verũ facient quod vobis prænunciatũ est. Tu desperata es Italia. Italię principes nihil vobis præsidij reliquum factũ est, prẹter vnum Deum. Improbi actum est de vobis. Tu huc confugies, & hîc vrgebit bellum, tu illuc confugies, & ibi grassabitur pestis. Aliorsum te conferes, & in caritatem rerum incurres. Vbique videbis caliginem. Nescies, vbi caput protegas. Tenebræ hinc illinc erunt. Omnia cernes turbata. Turbatam cernes terram, turbatum cælum, turbatum solem, turbatam lunam, angelos turbatos, turbatum Deũ. Omnia subuerti videbis. O improbi quid in prẹsentiarum facietis? Vos extinguemini, atq; hoc pacto excipientur boni à domino. (Et erit salus timentibus nomen eius,) qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Exitum ita probauit per oĩa dictis hisce respondens.

Epodion appositissimè cãtatum.

Homilia.18.habita die. B.Bartholomæo sacro.9. Calendas Septembris, anno.1496. super Michæam.

Et ego ergo cæpi percutere te perditione, super peccatis tuis, &c. Michææ, cap.6.



SVPERIORI concione dilectissimi in Christo Iesu loquutus sum prius iustis & probis deinde peccatoribus & improbis hominibus. Iustis fuit dictum, vt nomen domini timerent, in illa verba. (Et salus erit timẽtibus nomen

Epilogus elegans concionis superioris.

men eius. Salus in hisce tribulationibus erit illis, qui ti mebunt nomen dei. Et quoniam deus in scriptura mul tis nominibus vocitatur, ideò fuit dictum omnia Dei nomina, posse ad duo reduci, nempe ad nomẽ potesta tis, & misericordiæ. Et diximus improbos nomen potestatis timere, quòd bona agant timore, nõ amore ducti. Boni autem illi sunt, qui timent nomen misericordiæ, quod bene agant amore illecti. Et ideò diximus illos qui bene agent duntaxat ob metum, voluntatem à peccatis non abducentes, non sospitandos, at vero alios qui nomen bonitatis & misericordiæ Dei verentur, amoreque pelliciente bona agunt, eruendos ab illo in his calamitatibus. Et in illa verba. (Audite trib⁹) Diximus perfidis, & improbis hominibus, flagellum in illos venturũ, & quo plus immoratum fuerit, acrius futurum postea. Et quia alii dicebant, atque respondebant. (Quis approbabit illud?) Nempe quod tu monache asseris, diximus quod illi non approbarent, natura rerum comprobandum. Videntur enim res ad flagellũ dispositæ, & in dies peccata adolescũt, neque vllus est qui corrigatur. Item diximus id ratione naturali probari. Nam si Deus est iustus, animaduertet in male agẽtes. Diximus etiam id fide comprobari. Scriptura etenim sancta in multis locis ait, improbos flagellandos. approbat quoq; illud cælum, terra, approbant illud sancti, atq; angeli. Approbant præterea ipsum eorum peccata, nempe quæ continenter admittunt peruersi & tepidi. Atq; ita diximus nisi ipsi velint credere istas approbationes, & conuerti, à Deo ipso id comprobandum, & manifestandum factis. Hæc sunt summatim dicta in

Transitio. concione superiori, super pauca illa verba. Videamus modò illud, quod in textu subsequitur. Sed pri⁹ adhuc nodum quẽdam soluamus in hæc eadem verba. Grande

de miraculum videtur, cerni ab hominibus res in hunc modum dispositas, inquē præparatæ visuntur, neq; vllam tamē ab illis fidē adhiberi. Aliquibus videtur grāde prodigium ab hominibus ista non credi, quæ nos dicimus. Et tametsi illis dicatur, tempore illo quo Christus versabatur in terra, vltra omnē naturam ipsum edidisse miracula, & improbos scribas & Pharisæos non conuersos esse neq; credidisse, mirari tamen non desinunt. Volo tibi ostendere, non par esse, vt tanta te admiratio teneat. Animaduerte, in rebus naturalibus, quò sunt animæ vires celsiores, hoc posse penitius penetrare. Intellectus quoniam omnibus animæ potētiis est sublimior, multū penetrare potest. Sensus exteri, quia humiles sint potentiæ, ideò tam crassam rerū notiam vsurpant. Oculi de coloribus ferunt iudicium, aures de sonis, de his tamen haudquaquam mutuò iudicant. Hoc est nunquam aures de coloribus, aut contra oculi de sonis diiudicant. Sensus communis, vt potē qui sensibus externis præstet, notat differentiam inter sapores, odores, colores, quod neutiquā facit lingua, oculus, auris (ue. Post hunc est phantasia adhuc altior, quæ reseruat & apprehendit phātasmata, & species rerum sensibus perceptarum. Deinde subsequitur æstimatiua atque cogitatiua potentia, subtilius cognoscens. Pertingit enim vsque ad cognitionem rerum quæ sensibus non sint peruiæ. Vnde apprehendit amicitiam, & inimicitiam, amorem & odium, &c. Sequitur posteà intellectus omnium præstantissimus istorum, qui omni virtute inferiorum potentiarum est præditus, quodam præterea alio antecellit ipsis. Penetrat enim vsque ad rerum substantiam, & naturam. Celsius adhuc intellectu ipso est lumen fidei, quippe quod longe penitius quàm lumen naturale penetrat.

Aliqui vehementer stupebant, cum res omnes ita haberent, non adhibitā fidem Hiero.

Animæ potētiæ quo sublimiores, hoc etiā penetrātiores.

Ordo gradusq; potentiarum ipsarūq; officia.

Intellectus potestas & præstantia.

Lumen fidei maius lumine naturæ.

Si

Lumē gloriæ lumine naturæ et fidei præstat. Si his postea gloriæ lumen addas, iā hoc Deus facie ad faciē visi queat. Quid tibi hisce reb⁹ vis? Aio esse nōnullos, qui sui intellectus iacturam fecerunt, & in sensibus posuerunt ipsum, ritu bestiarum sensu solo vitam trāsigētium. Brutum animal minimè oblectatur odoribus, neque saporibus per se, sed quatenus gulæ, inguinique subseruiunt. Si bruta animans illic cibum videat, non illi oblectamento est, quòd illum videat neque ꝙ illū subodoretur, si hîc sistas: sed ꝙ ordinē habeat ipse cibus vt dico, ad ventrem veneremq;. Ita homines, qui sensu vacant & qui non quærūt, nisi quę sensus sunt, Dicimus in sensibus locasse intellectum. Viuunt, vt veneri indulgeant, vt fornicationibus vacent, vt ingluuiei dent operam, atq; adeò omnibus aliis sensuū voluptatibus.

Aliqui homines, in bestias penè versi, cupidine voluptatum.

Auari vbi habent intellectum. Aliqui alij sunt qui intellectum posuerūt in phantasia, hi sunt auari, qui pecuniæ gratia nihil aliud quam imaginātur, modò hoc, modò illud. *Ambitiosi vbi habent intellectum.* Aliqui alij sunt qui illū locarint in cogitatiua potentia. Et hi sunt qui ecclesiasticos magistratus gerere, functionesque obire quæritant. *Sapientes huius mūdi vbi posuerunt intellectum.* Aliqui alij posuerunt illum in rebus naturalibus, & hi sunt qui philosophię se dediderunt, quique huius mūdi sapiētes sunt. Qui de vltra mundanis rebus aiūt. Hisce vero ego non implicor, & volunt omnia lumine naturali videre. Cætera omnia irrident. *Intellectus Christianorū qui in peccatis sunt, vbi est.* Alij sunt, qui lumen intellectus ad supernaturale fidei lumen applicuerunt. At quoniam sæpe numero, sese immergi vitiis sinunt illa ipsorū fides nuncupatur informis. Aliqui alij habent fidem formatam. & charitate pollent. *Lumen charitate præditorum præstantius, lumine reliquorū in hac vita.* Hi præstantiori lumine præditi sunt, quàm omnes alij. Et prorsus credūt ista. Vt igitur nihil mirum est si sensus nequeunt cognoscere, quod cognoscit phantasia, & si phantasia non percipit, quod cogitandi vis, atque ęstimandi, neque si hæc illa non capit, quæ humanus intellectus

lectus, & vt minime mirandum est si lumen naturà homini inditum, non cognoscit, quæ angelus capit, queq; beati intelligunt. Ita neutiquam mirum est, si homo libidini deditus, & nequam, probrisque coopertus, & sensibilibus voluptatibus dementatus in tam altum aciem visus nequeat penetrare, vt ea possit cognoscere, quæ nos dicimus. Atque adeò nimirum si in suis vitiis perstans, neutiquam credat. Adesdum libidinose senex. Qui tu credere vis, qui hoc execrabili vitio implicatus es? Nequaquam ipse equidem, quòd minime credas, miror, illud potius demirarer, si fidem adhiberes. Quid est, quod mirari debeamus si auarus nõ credit, qui de coaceruandis nũmismatis duntaxat, cogitat, idq; perpetuò? Quid est, cur mirãdum sit, si ille non credat, qui intellectum in ambitione posuit, & in præfecturis? Quid est quamobrem miremur, si sapiens ille fidem non adhibeat, qui nihil intelligere velit, nisi rationibus, lumine naturali petitis, rem illi adstruas? Nihil igitur est cur mirari debeamus, si isti, quę nos dicimus, haud credant. Peccata ipsorum non sinunt, illos credere. Sat est, res nostras natura ipsa rerum, ratione naturali, fide, cælo, terra, angelis, & sanctis, atq; ipsorum peccatis comprobari. Ne itaq; mireris, si non credant. Neq; enim præ suis peccatis credere queunt, ob quæ non merentur, vt Deus ipsos illuminet. Hoc satis sit super ea verba. (Quis approbabit illud?) Videamus nũc, vt illos Deus circumuolutet, ob ipsorũ peccata, vt item credere nequaquam mereãtur, vt etiam Deus ad clauã, quod aiũt, sensim eos perducat. Sine me paulisp quiescere. Et ego tibi hoc explicuero. ¶(Et ego ergo ait propheta cœpi percutere.) Beat⁹ homo quẽ tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum, vt mitiges ei à diebus malis. Nempe vt in diebus tribulationis

Admirabilis applicatio prædictæ philosophiæ per modum similis.

Mirandũ potius est, quod vitiis immersi credant diuina, quàm si ea nõ credãt

Transitio.

Psalm. 93.

Doctrina est Arist. 1. elēcho. c 2. opor tere addiscētem credere.

fixus & hilaris persstet. Doceri nequit, qui non credit. Fidei autem donum à Deo est. Si tu fœmina velles docere quampiam filiam tuam, aut discipulam quonã pacto sarcire deberet, neque tamen illa credere vellet quo pacto digitale aptandum sit, acusque manu sumēda atque tenenda, sed vellet eam alia quadam tenere ratione, haud vnquam acuelaborare quicquam discat. Praui igitur, non credunt, ideò Deus illos nequaquam docet, neq; illis dat fidei donum, vt qui capaces non sint. At bonos, vtpote qui fidem adhibeant, Deus erudit. Et ideò læti erunt in his tribulationibus, & tanta internè consolatione affluent, vt illas haudquaquam sensuri sint. Donec fodiatur peccatori fouea. Scis, quo pacto dominus hæc faciat? Ipse fodit foueam peccatori, in quam incidat. Ipse fodit illi foueam ante domum, inspergitque oculis eius terram. Hoc est. Ipse peccator permissu Dei non attendit, nisi terrena. Et Deus sinit, vt tot ipsi obueniant, atque suppetant incommoda, vt excœcari, & in foueam incidere queat. Atq; ita res habet postea. Ego tibi id expono.

Cur deus prauos non illuminet.

Psal. 93. Parabolicus est sermo.

Ingeniosissima ratiocinatio ex philosophia et historiis diuinis ducta, docet Deum nō pereniter hominibus tribulatiōes īmittere, sed interposita quiete, et ipsa cessatione, improbos decipi.

Aiũt isti philosophi esse triplicē motũ, localē, augmenti, & vt vocãt alterationis. Primus qui vocatur localis est ille, quo agitatur cælum, aliaq;, quæ ab vno loco in aliũ ciētur. Motus augmēti est ille, quo puer adolescit, grandescitq;. Motus alterationis est ille, quem patitur aqua, quæ calefit, & sensim à frigore in calorem immigrat. Est igitur controuersum inter philosophos, num motus isti cōtinui sint, an vero interrupti. Ego in præsentia nō triuero tēpus dissertatiōe, sed eam sententiã dicam, quæ mihi verior visa erit. Aiunt motum localē esse continuũ. Verbi gratia. Dum cælum è loco in locũ cietur, & motu minime interciso pergit, dumq; in aliquo loco est, nequaquam in instanti alium locum acquirit.

quirit. Sed quando tandem in illum alium locum concedit, vadit illuc motu continuo. In motu augmenti, atque alterationis, asserunt isti non ita habere, sed vtrūq; interruptum, intercisumque esse minimeque continuum. Si puer motu continuo glisceret, non tam parum adolesceret, quin spatio vnius anni fieret, prægrādis. Si motu non interrupto aqua calesceret, longè citius calefieret, quàm calefieri visitur. Dicunt etiam, cum puer cibum capit nutritiua potentia, ab ipso concoqui cibum ipsum, atque in corporis sui substantiam illam conuertit, & post sensim attemperat, atq; aptat, & per vim augmenti, dat illi incrementum, & crescere ipsum facit, & dein quiescit. Rursus per alius etiam cibi transformationem in corpus adaptatur, attemperaturque, atque alio quodam tempore increscit puer, & deinde sistitur motus. Si quispiā esset, qui nunquam vidisset, nisi localem motum, qui est continuus, & post videret augmenti motum, qui est intercisus, & videret modo fieri vnum augmentum, & mox intercedere quietem, vt fit, diceret, hæc res haud vltrà crescet. Sed post, cum denuò videret alterum incrementum addi, diceret. Hæc res adhuc incrementum capiet. Quid vis dicere monache? Aio, Deum hominibus imponere. Et aliàs quidem incrementum dat exiguum, & quiescit deinde. Et postea addit augmentum maximum, remque ad prægrande incrementum perducit. Ait Iob. Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Hoc est. Et mōs ruit, & lapis qui illi aliquando inhæsit subitò cum illo decidit. Videtur tibi motus ille subitaneus, neque vidisti vel vaporibus, vel humefactione aut alia causa sensim solutas esse compagines illas, quibus retinebatur anteà. Lapides excauant aquæ. Ne crede, prima gutta aliquid

Phrasis est scripturæ dicētis Iob. 12 decipit eos, agēdo de deo et indura. c. Pha. Exo. 9. & c. de quo supra. concio 17. Iob. 14 Iob. 14.

aliquid cauari, neque altera, nec cẽtesima quidem, sed paulatim multas stillas attemperamento esse, atq; præparationi, paulatimq; lapidem humefacere. Post præparatione vero summa gutta aliquid accîdit, aufertq;. Ripa fluminis alluuione aquæ repercussa paulatim ca sui aptatur, & post subito casu moles quædam terræ la bat, & loco suo discedit. Aio, Deum vobis imponere, tribulationesq; intercissas vobis immittere, minimeq; continuas. Ipsæ non intelliguntur. Et cum eædem cessant, improbi credunt ipsas non vltra incremẽtum capturas, & falsi remanent. Misit Deus tribulationes interruptas Israeli. Immisit quandoque bellum, & post quiescebat, quandoque rerum caritatem, quandoque

4. regũ. 15. et. 2. parali. 18. pestem, & post cessabat. Venit primò Theglath phalasar in Iudæam, & patrauit plura mala, deniq; abscessit, & ecce intercissus est motus. Creditum est, minimè posteà venturum alium. Sed venit tamen postea Salmanasar filius eius, & longè maximum malum intulit. Abduxit fœminas, regionisq; illius incolas. Ita vt nesciatur, vbi sint illæ fœminæ, aut vbi multitudo illa sit. Cessatum est post, atque aliquod tempus res non progressa est, rursumq; successit quidã aliusmotus, aliud-

4. regũ. 25. et. Ieremiæ. 39. et. 52. que incremẽtum quoddam. Venit Nabuchodonosor occupauitque totam illam regionem, & incolas illos, seruituti subdidit, cõprehenditq; vel Sedeciam ipsum regem, quibus Ieremias prius dixerat, atque inclamarat, pœnitentiam agite, instat enim flagellum Dei. Ipsi noluerunt illi fidem adhibere, & in vincula præterea ipsum côiecerunt. Ipseque clamabat. Actum est de te ô Sedecia. Tu comprehendêris. Post duodecim annos regni illius venit Nabuchodonosor, & obsedit ciuitatẽ Sedeciæ. Ipse credidit se euasurũ, & Nabuchodonosor comprehensus est. Et ciuitas in manus inimicorum est dedita

dedita. Atque hoc pacto deceptus remansit. Ita & tibi ego dico Italia, ita & ego tibi dico improba Florentia. Deus tibi ærũnas interruptas immisit, tu noluisti credere. Tu decepta remanebis. Et lababũt montes, & decident saxa, & aqua excauabit petras, & succedent reliqui motus augmenti. Montes sunt principes, saxa antistes, qui adeò monti adhærent. Fundamẽtum est excauatum, omnia ruent. Patrocinium dei quod pro fundamento erat tibi subtractum est, pro aqua erit pestis, quæ lapides, quæ terram exedet. Hoc est, terrenos homines interimet, & sic falsi manebitis. Et ea gratia dicit cõtextus noster. (Et ego cœpi percutere te.) Tu Italia credis terminũ additum. Ipse Deus incœpit te percutere. Tu quandoque vides serenitatem, atque tranquillitatem, & ais. Nihil vltra iam erit mali. At ego tibi assero, non cessaturum malum. Hic est puer qui augmenta capturus est, & tametsi ad horam augmentum sistatur, dico tamen tibi adhuc progressurum vsque ad finẽ. Ita & tibi dico Italia tribulationes istas accessionem habituras. O pater quãtum verò excrescent? (Perditione super peccatis suis.) Augebuntur vsque ad tuã vastationem. Eo vsque gliscent donec tyranni sint extincti, improbiq; ciues, & praui præsules, atq; huc vsq; percutieris Italia.

Applicatio similitudinis.

¶Cauere ne decipiamini. Ne fidatis, etiam si quandoque tranquillitatem videritis. Deus progreditur sensim. Neque hæc tribulatio finietur, donec tota Italia vastata erit. Neque cessatura est vllo pacto, donec ista vastitas absoluta sit. (Tu comedes, & non saturaberis.) Isti qui non credunt, cùm primùm viderint tranquillitatem, aiũt. Nihil vltra iam mali eueniet, & in digitos rerum computationem subducunt, & dicunt. Omnia componẽtur pacabũturq;. Deniq; dicis, pax, pax. Ego

autem dico tibi. Minime erit pax. Ne fidito. Aduenient enim barbari, neque vnus tantum veniet. Si tu vniuersorum etiam arma quiescere, videris, ne fidas adhuc. Infernus enim ea excitabit. Si omnes item mundi principes mori videris, non est cur fidere debeas. Pax quippe minime erit. Deus destinauit, atque scripsit in cælo sceleratorum punitionem. Et ideo ita omnino eueniet. Deus faciet, vt nascatur ille, inuenietque eum, qui venturus est. Itaque improbe ne confidito. Nam tu comedes, & non saturaberis, boni autem pascua inuenient, & saturabuntur. Vide, vt ego te rerum naturalium bacillo affultum volo perducere. Vna quæque animæ vis habet suum proprium obiectum oculus ad colorem lucemque extenditur, & videt vsque ad cælum omneque illud cui color insit. Intellectus, qui habet pro obiecto ens, est capacissimus. Et extenditur vsque ad Deum, & ad omnia, quæ sunt. Nam intellectus ipse licet finitus sit, tamen quia ad Deum vsque protenditur, & per cognitionem omnium rerum particeps est, infinitus quasi vocari potest. Dilatatur nanque ritu pellis, & intra se recipit omnium rerum notitiam. Et ea re tametsi omnia videret, quæ sunt creata, atque cognosceret, non ideò tamen plenus esset, neque satur, sed reliquum esset adhuc ibi vacuum quoddam. Intellectui enim non sat est aliquid creatum, donec Deum inuenerit, & cognorit, non cognitione tantum naturali, sed notitia & gustu supranaturalibus. Et ideò non sat illi est, quæcunque alia cognitio, vt neque sufficit oculis vsurpare bonum vinum, neque etiam phantasia comprehendere, sed opus est ei qui illud exactè velit cognoscere, gustu & sapore ipsum percipere prius. Similiter non sufficit contemplari

Notandū hoc ad prophetias Hiero.

Fames & inquietudo intellectus ex ipsius capacitate ingenti.

Deum

Deum, vt philosophi fecerunt, qui naturali lumine ipsum speculati sunt, sed opus est sapore illius affici, quo ipse intellectum pascit. Sapor hic inuenitur in Christo nostra causa crucifixo. Qui gratia Dei est præditus, hunc gustum habet, atque hunc saporem, licet alius alio plus illum percipiat habeatque. Non tamen vnusquisq; de hoc vino iudicat. Sed vnus ille qui probus est. Vnde si probus rē hāc perpendat intra se, hunc gustum inuenit. Et ait. Quid vltra ego volo? Sat mihi est hic crucifixus. Ego nihil aliud volo quęre re. Abundè mihi hoc est. Si extra se egreditur nēpe ad vniuersum orbem, contemplatur omnia, quæ in eo sunt, & ait. O quàm magnus, ò quàm potens est Deus ille, qui vniuersum orbem condidit, tantaq; rerum varietate distinxit qui in meā gratiam in crucē actus est. Hic inuenit pascua in omni re. Si inferius descendit. ad res nimirum, quæ inferiores sunt, omnia alia intuetur, & dicit. Quis hoc, atq; illud animal creauit? Deus, qui mea causa crucifixus est. Si florem manu capit, conspicatur ipsum, & ait. Quis nam hunc tàm speciosum florem fecit? Deus illum formauit. Ille sanè Deus, qui præ mei amore crucis subiit patibulum. Si templum adit, ipse videt pulchras illas imagines, & historias, & sacramenta, & contemplabundus inquit. Omnia ista Deū illum repræsentant, qui crucifixus atq; adeo mortuus est pro me. Si ad mensam accedit, & cibos videt, dicit. Quis mihi has epulas donauit, præter vnum Christum, qui in meam gratiam cruci affixus est, qui vult vt ipsius mihi in mentem veniat, & in ipsius gratiam ipse patiar? Ipse pro me passus est, Ipse pro me occisus est, volo ego pro illo cùm pati, tum etiam mori. Et ideo ipse dicit. Recordare transgressionis, id est, passionis meæ. Memēto filij supplicij

Dulcedo & satietas cordis vbi.

Meditatiōes proborū eiusmodi.

Treno. 3.

mei, subeat tibi illorum, quæ in tuam gratiam perpesſus sum recordatio. Probus respondet. O domine. Memoria memor ero. Equidem tuorum erga me beneficiorum meminero, tuæque mortis pro me obitæ recordabor. Hoc solatio pascet Deus bonos, & electos. At tu improbe. (Comedes, & nõ saturaberis.) Hoc est. Verum contemplaberis, cœlum & quæ in mũdo sunt speculaberis, animantes, flores, escas, attamen non ad illum modum considerabis, ad quem considerat probus. Et iccirco non saturaberis. Quia nullum habebis solatium. Audi modò quæ dicit textus noster. (Comedes, & non saturaberis.) Primò cum venient afflictiones istæ, non satiaberis. Si opes comederis, haud explebéris. Timor gustum tibi eripiet. Nescies vbi sis. Præterea significatur hîc, tantam venturam caritatem rerum, vt tametsi comedas, non tamen sis famem exempturus. Modò nihil adhuc euênit, & paues iam Italia. Significatur in hoc te ò improbe ad mensuram comesturum panem, nec tamen satiandum. Pauperes & præsertim, qui improbi estis, vos fame interibitis. Pauperes totum diem iudicando terunt: expectate tamen vẽtura. Diues nec tu etiã saturaberis. Diripientur abs tẽ facultates. Tu morieris, & nisi mortuus eris, extorris fies. Ciuitas tua tibi auferetur. Diuites adhuc nõ satiabuntur, quoniam totum diem acquirendis rebus nauãt operam. Famuli vestri fruentur substantia vestra. Tu igitur neutiquã saturaberis. (Et humiliatio tua in medio tui) hoc est, in medio tui hæc fient. Vult significare propheta, venturam pestem quæ superbiam tuam deprimet. Mulieres, hæc illa erit, quæ compositionem morum inducet. Hæc fastus & magnificos apparatus deponere faciet. Ait ille pestilentiam iam esse depulsam. Et ego dico tibi. Prestolare Italia. Puer augescit,

Ibidem.

Contemplatio naturalium sine dono gratiæ nõ satiat.

Caritas rerũ prædicitur Italiæ.

Pestis prædicitur.

augescit, & intercisis motibus progreditur, veniet postea incrementum repentè. Tu improbe ringer s tūc, cum tribulationes ingruent, & præ rabie illa animam ages. Filij mei nō ita se habebūt, sed omninò læti erūt. Tu igitur superbe humiliaberis per violentiam atque metum. Primores iam inceperunt cristas demittere. O monache, id minimè verum est. Imò ita habet. Tametsi extrà fortem animū præ se ferāt, intus tamē contremiscūt. Serui autem Christi lætantur & hilarescūt, & dilatato corde magnifice sperāt, dum istas tubas audiunt, istasq; pestilētias, atque ærumnas. Tu autem improbe haud quaquā euêris. (Et apprehendes, & non saluabis.) Tu apprehendes vnum. Et postea apprehēdêris ab eo, & minime sospitaberis. Et qui iuxta te sunt minimè te eripient. Tu niteris ciuitates Italię capere, & obtinere. Tu capies, & non saluabis eas. Auferēturq; tibi. (Et quos saluaueris in gladio dabo. Tu seminabis, & nō metes.) Deus seminauit verbum suum. Tu illud audire noluisti. Venient gentes à deo mittendæ. Tu lachrymas seminabis, & solennes supplicationes proferes, tu misericordiam eiulatibus implorabis, & nihil tamen facies. (Tu calcabis oliuam, & non vngêris oleo.) Tu habes in tua ciuitate multos bonos, quos tibi Deus misit. Hi sunt oleum, qui ipsi suis precibus ciuitatē liberarunt. Tu istud spiritus sancti oleum minime collegisti, imò potius res malè interpretatus es, bonique minimè cōsuluisti. Cum ingruet calamitas cilicio indui cupies. Tu istud oleum non habebis tunc, Deus enim res istas quas geris modo gratas non habebit. (Et mustum calcabis, & non bibes vinum.) Idest. Non inebriaberis amore illo, quem nunc Christus in terram sparsit. Tu vinum hoc non recondes. In votis tibi erit tūc ad sacramenti merum contendere, nec tibi quicquam

Boni oleum.

Vinum symbolum charitatis.

 proderit.

proderit. At serui mei hilares erunt, alacresque in tribulationibus. Tu improbe animæ, corporis, atque rei iacturam facies. Audi igitur illud quod omnipotens Deus ait. Et pergamus ad summam partem capitis huius prophetiæ.

¶Quo pacto res geretur, in hac rerum caritate, præsertim cum vniuersalis sit futura? Quænam ratione res geretur? Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius & hæc omnia adiicientur vobis. Nolim vero dicere, vt ocio vacetis, manibus ad cingulum applicitis. Sed ad hortor ad timorem Dei ante omnia habendum, deinde vero ad humanas procurationes rerum, atque hoc pacto, Deus vos minime deseret. Deus non permisit vnquam aliquem fame interire, quod ego meminerim. Si Florentina ciuitas, vel saltē altera illius pars bene agere institueret, ita vt bonitas malitiam vinceret, & homines ad exomologesim & eucharistiam accederent, bonis operibus vacantes, multifariàm Deus vobis consuleret. Hoc verum præsidium est. Aiunt isti. Ista monachorum sunt. Non tot dominicis precationibus opus est. Aliud opud est facere. Si tecum ipse disputationis certamen initurus essem, ego tibi ostenderem cerebrum tuum vel vsque adhoc pulpitum non attingere. Annon consideras suprà esse Deum, & ab illo vniuersa geri? Si id expenderes, cerneres remedium esse vnicum ad ipsum confugere. Ego laui manus meas. Tu non vis, quod tibi dixi facere. In tuum id damnum erit. Ego dicam Deo. Bene fac domine bonis, & rectis corde. Agedum dominatus est creandus. In mentem vobis bonum vestrum reduco. Create rectum dominatum, quando opus vobis est. Vobis qui mente deprauata ad consilium acceditis, aio quod nolitis; omninò

Matth. 6. *Prima christiani cura.*

Confugiū ad deum præsidium vnicū in tribulati. *Psal. 124.*

processurum.

processurum. Fratres Ioseph, quod nollent illum esse regem quanta maxima vi potuerunt conati sunt, vti ne rex esset, non tamen id eis successit. Et oppositum per diametrum fecerunt. Et prorsum quod nolebant euênit. Si id igitur quod vobis dico facietis, & bene animati ibitis, vobis consuletis. Sin autem non facietis, ego hîc sum apud dominum excusatus. *Genesis. 37.* *Gene. 42. et deinceps.*

¶ (Et custodisti præcepta Amri.) Etiam si omnipotens Deus nihil aliud, quàm damnum daret electis suis atque in hoc mundo tribulationes duntaxat eis immitteret, præbens illis aliàs, quod in vita æterna daturum se recepit, & ex altera parte in prauos animaduertens modis illis, quos in inferno ad id præparauit, tametsi in hac vita vniuersa mundi bona illis conferret, profecto boni in hac vita beatorum nomen ferre deberent, prauique miseri forent vocitandi. Dico in hunc modum. Etiam si in hoc mundo electis suis rerum caritatem, bellum, pestem, & nullam non tribulationem immitteret, & vt deserti, illusi, subsannatique essent, ferret, atque adeò vt à nemine viserentur in angustiis, essentque hoc pacto centum annos mensuri, aio te beatum, si è numero istorum sis. Contrà autem tibi dico improbe, si te Deus in hac vita liberis, honoribus, re, fastigio, voluptatibus, oblectationibusque omne genus cumularet, & hoc pacto centum annos viueres, postque in barathrum descenderes, aio te miserum in hoc mundo. O ingentem fœlicitatem in beatam illam patriam commigrantium. Ego quod ad me spectat optarim omnes ærumnas mundi ad diem vsque iudicij, dummodò his exhaustis faciem Dei visurus sim. Et potiora duco omnia mala mundi, & postea intueri faciem *Soli prohibeati etiam hic.* *Gloriæ beatorum exaggeratio copiose.*

illam, quàm vniuersa huius vitæ solatia, etiam si me Deus perpetuum redderet, videndi tamen sui postea copiam non faceret. Num tibi parua hæc res videtur, videre supra omnes cælos Deum illum carne indutum nostra, Christum illum crucifixum, & in tuã gratiam extremum supplicium passum? Qui è numero electorum esse volet, eternò in illa erit sanctorum, atque beatorum societate, habebit corpus dotibus gloriæ præditum, & omnia corporis solatia atque oblectamenta. Et tametsi nihil vnquàm amplius futurum esset, quàm gehennæ suppliciorum euasio instar illorum infantulorum, qui sine baptismo vita functi sunt, ego potiores habeo, quod ad me spectat, omnes mundi ærumnas & pœnas vsque ad diem iudicij, quàm in infernum posteà detrudi. Idque ipsum malo. O peccator si quid sint inferni pœnæ nosses, nihili penderes hîc enses, lanceas, rerum caritates, & pestes pati, vt illas effugere valeres. O peccator tu illam amittis gloriam. Tanti boni iacturam facis, ob tantillum voluptatis, visq; in tam dira supplicia contendere? Audi potius hoc. Electi Dei fœlices in hoc mundo sunt, etiam si nihil aliud quàm mala haberent. Et quidem licet sat haberè deberent serui Dei illud, quod in altera vita illis est promissum, Dei tamen tàm profusa est bonitas, vt non solum ibi illis fœlicitatem polliceatur, sed etiam hîc ipsos beet.

Munificentia Dei. Ait. D. Marcus. Nemo est qui reliquerit domum, *Marci. 10.* aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut *Commutatio* filios, aut agros propter me, & propter euangelium, *Christiani fœlicissima.* qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, &c. Et in seculo futuro vitam æternam. Si igitur vtrobique bona Deus se daturum recipit, quin tu dominum tuum sequeris? Vade, vide num experientia

tia id verum esse comprobetur. Intuêre in electorum gaudiũ, quo in calamitatibus perfruuntur. Illi omninò læti sunt. Nequit vultus hilaris esse, ni manet à corde lætitia. Quam rē Deus tribuit. Venite igitur ad Christum, qui vobis hanc lætitiam dabit. Ipse vos vocitat, & ait. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Venite ad me omnes qui lassi estis, & fatigati. Tollite iugum meum, &c. Iugum enim meum suaue est. Quorsum tu hoc? Vt textum nostrum elucidem. Audi modo paulisper. (Et custodisti prę cepta Amri.) Miser homo ait Deus, tu mea præcepta posthabuisti, tu potius hominibus inseruire vis, & Dæmonibus, quàm mihi. Tu potius iussa illorum facessisti, qui tàm truculenti sunt. Ait Augustinus. Miser erā, & non cognoscebam; cœcus erā, & cœcitatem amabam, seruus eram, & seruitutem desiderabam. Hoc est seruituti obnoxia oblectamenta amabam. Amore fœminæ tenebar, libidine atque auaritia ligabar. Et quidem, inquit Augustinus, miser erā, & reputabam amarum dulcē, & dulce amarum. Præcepta tua quæ adeò, dulcia sunt, ducebam amara, & desperabā me ea posse facessere, iussa autem Diaboli æstimābam dulcia. Itaque ait Deus. O miser homo, meis iussis noluisti obtemperare. Accede huc Florentia. Ego tibi bonum commune pro concione prædicaui, ego tibi hanc pacatam gubernandi rationem tribui, atque dulcem, ait Deus, quo te natalibus restituerem, & tibi bene facerem, tu tamen illam respuis, & tyrannidem præoptas, quærisque. (Et custodisti præcepta Amri.) Quod nomē interpretatur amaricans. Tu hunc sectari voluisti, qui id mo'itur, vt eua dat tyrannus. Tu grandis fieri velles. Amri fuit ille, qui Samariam vrbem statuit, quæ idolis semper ple-

Matth. 11.
Ibidem & 1. Ioann. 5.
Sors peccatoris dura & amara.
Augusti.
Samaria qualis.


na fuit. Fecit vt Israel præuaricaretur. Tu ciuis pecca tis plenus es, Tu Dæmoniis es repletus. (Et omne opus domus Achab. Et ambulasti in voluptatibus eorum.) Tu potius, ait Deus operum, iussorumq; Achab obseruator fuisti, q̃ meorũ. Achab fuit rex improbus, & habuit in matrimoniũ execrãdam illã fœminã Iezabel.
3. reg. 21. Quæ abstulit vineã Naboth, vbi criminata est illũ blasphemiæ in Deũ suũ. Tu pauperculos expilas, tu sequeris omnia opera Achab & vxoris eius. Tu prophetas internecas, & bonos propulsas, ait dñs. Vos malum sectati estis, relictis præceptis meis. Vos sectati estis vanitates, fastusq; Achab, & Iezabelis. Quare de te ego ô popule conqueror. (Vt darem te in perditionem.) Ego in perditionem te dedam. Ego te quemadmodũ illum populum accipiam, atq; habebo, cui immisi Nabuchodonosor, & Salmanasar. Coniugi illi⁹ Achab di
3. reg. 21. xit propheta Elias. Tu à canibus deuoraberis. Et ita
4. reg 9. euênit. Præcipitata est enim illa è fenestra quadam, & canes ipsam deuorarũt. Implẽtur enim omnia quæ Dei sunt & suo quodq; tẽpore euenit. Itaque ait Deus, ego te in perditionem, dedam. (Et habitantes in ea in sibilum.) Hoc est in derisum. Irridebuntur enim. Vides quo pacto, vt improbi prophetas derident, ità posteà improbos à Deo ipso subsannẽtur. Erunt igitur posteà in sibilum Diabolis, & hominibus. (Et opprobrium populi mei portabis.) Tu populo meo illusisti, ait Deus. Tu ludibrio illius eris, subsannationes vestrę in vos recident. Serui mei hilares erunt, & vos plorabitis. Serui mei eruentur, & vos comprehendemini. Illi patriam euolabunt æternam, vos in infernum deturbabimini. Et extolletur gloriose atq; magnificabitur iustitia mea in vos, & in illis misericordia mea splendescet. Tunc scies ait dominus, me illum esse,

qui

qui immitto bellum, rerum caritatem, pestemque, quod tu modo non credis. At tunc, vexatio dabit intellectum, sed incassum tamen. Tunc ego iustus & misericors agnoscar, ait dominus. Tunc serui dominũ laudibus ipsum ferent, qui in secula seculorum est benedictus, Amen.

Homilia.19.habita. 5. Calẽdas Septembris.1496.super Michæam.

Væ mihi, quia factus sum, sicut, qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Non est botrus ad commedendum Michææ.cap.7.



QVIA omnis effectus expetit causæ suæ asimilari, dilectissimi in Christo Iesu, omnis creatura, vtpote quæ à deo sit condita, desiderat quo ad eius fieri potest, esse diuino adsimilis fieri. Et quia omnis creatura ab esse Dei pendet, atque esse ipsius Dei perpetuum est, ideo omne quod creatum est, desiderat perennare, æternumque fieri. Et quia id in se præstare nequit, cupit saltem fieri perpetuum æternumque in aliquo, quod facit sibi simile. Et ideò aiunt philosophi. Omnem creatam rem appetere simile sibi conficere, vt semetipsam, iterum faciat. Omne agens agit sibi simile. Etenim cum per se perstare æternumque fieri non posit, facit saltem se perpetuum per aliquid sibi simile. Verbi gratia. Plãta generat profertq; plantam alteram, similem sibi, vt se in specie sua conseruet perpetuã, quãdo in indiuiduo nõ potest. Homo & reliquæ

Appetitus perennitatis vnde rebus.

Effectus & causæ similitudo vnde in rebus naturalibus.

liquæ animantes progignunt filios sibi similes, vt esse suum in filiis perpetuum seruent, & in aliquo eorum simili. Doctor quod ad disciplinas attinet, instituit discipulum sibi similem, vt esse illud scientiæ nimirum sibi conseruet. Et iccirco tantopere sua amat homo. Nempe, vt in quibus suum proprium esse adseruet. Atque inde est, quòd tanquam alterum se illa diligit. Vnde & omnipotens Deus amat, quæ condidit, neq; vllam exosam habet rem, quàm vnquàm fecerit. Vt sapientia testatur. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Atque adeò hæc ratio est, quamobrem sacris theologis assertoribus, vsque adeo res amat, quas constituit, fecitque, vt nullam vnquàm ad nihilũ redegerit, ex his quas ab initio condidit. Et tametsi quotidie oculis vsurpemus plura destrui, pluraque singularium corrumpi, non tamen prorsus intereunt. Conseruantur quippe in suis tum materialibus tum efficientibus causis à Deo. Consimiliter homo etiam suæ causæ similari cupit. Quẽadmodum enim Deus cum vehementer hominem amarit, atque ea gratia nullam non adhibuerit curam ad saluandum illum, vel vsq; ad missionem filij, proprij & vsq; ad nostrę carnis assumptionẽ mortemque in hominum gratiam obitam, imò nunquam non quærit æternam hominis salutem, exhortationibus, concionibusq;, vt sursum nępe ad sese hominẽ trahat. Ita etiam facit homo, qui charitate & amorę pollet. Qui vult similis Deo fieri. Conatur enim perpetuò exhortari, & animare homines ad ipsorũ salutẽ & commõstrare ipsis viam qua illis salus queat contingere & paradisi supernæ requies. Itidem facit in nostro contextu propheta noster. Nam salutem populi quæritat, viamque depellendi flagelli, quod videbat populo inten-

Rerũ nostrarum vnde tã tus amor in nobis.

Sap. en. 11.

Nihil vnquã in nihilum prorsus redactũ in orbe.

Charitas proximi deo nos assimilat.

Michææ charitas erga fratres.

intentatum, vestigat. Cumq; vbiq; disquisierit hoc, neq; hominem inuenerit probum, qui inter Deum populumq; interponeretur, & vel depelleret, vel detineret flagellum istud, ait deniq;. (Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Nō est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt sanctus de terra & rectus in hominibus non est.) Væ mihi, inquit, quia factus sum velut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, nempe cum iam vindemiatum est, &c. Ego nullum in terra sanctum hominem inueni, qui inter homines rectus sit. Sic & nos hoc mane, faciemus, nos inquam qui vestram salutem desyderamus, quæremus num aliquam ad salutem vestram occasionem inuenire queamus. Audi modo illud quod homo probus quærit, atque è regione illud, quod improbus etiam quærit, & quidnā inter illos differat. *Rara pbitas.*

¶Quam maxime boni improbis distant. Sunt ipsi duo quædam sibi inuicem contraria. Probi & faciunt, & facere quærunt bonum, improbi & faciunt & facere nituntur malum. Improbi bonos oderunt, neq; eos, vt videant, sustinere possunt, aut vt audiāt, sed sunt ceu pro tribulis oculis eorum. Probi amant improbos, & quærunt, & inuenire vellent occasionē eripiendarum animarum eorum. Longe maximè igitur differunt boni à malis. Cuius ea est ratio, quòd boni sint homines, praui autem belluæ. Adde quòd boni lumen vident, praui autem cœci sunt. Dic mihi si cerneres hominē à leone deuorari, neque ab illo potentem se defendere, num te ipsius non miserescceres? Sane miserescceret. Et similiter, si innocentem puerum conspicareris à lupo num non illius vicem doleres? Profectò misericordia commouereris. Sic etiam si videres hominem aliquē *Differentia inter probos et improbos maxima.* *Simile de misericordia erga peccātes.*

præ desponsione animi sese interimentẽ, aut etiã præ oblectatione, nũquid illius te nõ cõmisereſceret? Maximè. Præ oblectatione dixi, nam per delectationem quoq; posset quis sibi mortẽ consciscere. Ecce, memoriæ proditum est, homicidã quempiam in vincla ob cædem illatã coniectum in magnam pruriginẽ crurũ Deo id agẽte incidisse. Et incipit illa scabere, & tanta tenebatur delectatione, vt vnius cruris prorsus carnẽ scabendo consumpserit, & deinde in altero crure idẽ eodem pacto passus est. Et grassante pruritu & gliscente oblectatione, eousque perrexit scabens, vt os cruris diruperit, ad illumque modum totus omnino ipse absumptus sit, & præ illa delectatione animam egerit. Tu igitur non misereris illius, qui etiã præ delectatione se occideret? Re vera misereris. Cum ergo homo probus videt improbum, qui tanquàm bestia est superbus, arrogans, instar leonis, suam ipsius animam præ noxæ voluptate comedentem, cum etiam illum auarum lupum cernit propriam animam edentem & peccato enecantem, cum tamen illa ad imaginem & similitudinem Dei creata sit, miseretur illius. Probus homo considerat hominem illum dupliciter. Prius quod ad sensum spectat, cõsiderat illum, ceu belluam, & ceu leonem, & ceu lupum. Deinde quod attinet ad animam, considerat illum tanquam Dei imaginem, & iccirco animam illam amat, & misericordia in illum commouetur. Et nititur leoni, atq; lupo ex ore ipsam extrahere. At improbi, qui hoc nõ cernunt, neq; considerant, vt qui cœci sint, nihil id faciunt. Nos itaq; videntes plures animas non rectà gradientes, quærita mus rationem, occasionesq; eripiendarum illarũ ex lupi, atq; leonis ore. Sed videam⁹ prius, idq; paulisper, vt propheta iste occasionem quæsierit eripiendi populi,

Historia.

Misericordia proborũ erga peccatores.

Improbus bifariã potest considerari.

li, nec tñ inuenerit. Sic etiã nos rimabimur nũ vos eripere queamus, & nũ inuenire possimus, qui obstet & obiiciat flagello Dei, & si nihil aliud nobis licuerit, cũ nullũ iam lapidẽ hac gratia nõ mouerimus, nulla occasione tandẽ inuẽta, precabimur, vt qm̃ flagellum omninò immissurus deniq; est Deus, ocyus illud immittat.

Hiero. charitas.

¶Omnipotens Deus totum hunc orbem creauit, & cõfert omnibus rebus, vt sint, facitq; vt res alia ab alia dependeat, & alia alius ope nixa operetur. Et tametsi deo integrum esset, si libêret illi facere, vt nulla benefacio aut ope, aut ministerio alius egeret, sed potius ipse solus produceret eas, ipse tamen quò plus suam & ostenderet, & profunderet bonitatem, voluit in hunc modum eas ordinare. Et diffudit atq; dispersit in illas suã bonitatem, & voluit præterea, vt alia deinde in aliam bonitatem etiam suam diffundat, & eam ipsarum colligationem eumque nexum constituit, vt subiectione contentæ sint. Et superior in inferiorem bonitatem suam effundit. Et inferior subditur superiori. Inq; omni ordine creaturarum præcipuam quandam rẽm præposuit, qua sublata reliqua vniuersa, quæ de illa pẽdẽt, collabantur. Verbi causa, in motibus primã illã & præcipuã lationẽ cæli cristallini, à qua reliqui oẽs motus inferiores pẽdẽt cõstituit. Si tu vnũ aliquẽ ex hisce intermediis motibus tolleres, verbi gratia, motũ aeris, non cõtinuò cessarent reliqui. Sed remoto præcipuo, nẽpe illo cæli crystallini, oẽs residui cessarent. Lux in rerum naturalium generatione præcipua quidẽ virt⁹ est omniũq; rerũ productrix. Amoue illam è medio, & fac solẽ illîc non assulgêre, nihil facias, nihilq; producat. Anima est pars præcipua in homine, & quæ corpus sustentat. Si membrum resecueris, corpus haud ruet. Atqui sublata anima corpus vniuersum concidit,

Diuinus ordo in diffusione bonitatis naturalis ac moralis.

In omni genere rerũ est aliquod primum ac sup eminẽs & reliquorũ causa.

cidit,atq; prosternitur. Cor impertit motum toti corpori. Abcissa manu, reliqui motus corporis minime cessabũt, ablato autem corde, corpus haud moueatur. Scientię omnes sua habent axiomata dignitatesq;, quibus amotis vniuersæ disciplinæ è medio sublatæ sunt. Artes etiam omnes sua habent principia, quibus reuulsis, tota ars collabascit. Hoc idem vsu venit in exercitibus remoto nanque Imperatore seu duce, vniuersus exercitus dissipatur. Sic etiam in ciuitatum gubernatione, subducto è medio principe, tota ciuitas, destruitur. Quod itidem in ciuitatibus, quæ gubernatum habent communem contingit, cum ille ad vnum, vt aliàs tibi dixi reducatur. Principe enim subtracto omnia vastitati patent. In gubernatione quoque ecclesiæ res ad vnum pręcipuũ reducuntur. Hoc est, in ciuitate caput spirituale est episcopus & post in tota ecclesia summ⁹ pontifex, quibus sublatis è medio, vniuersus gubernatus ecclesiæ rueret. Ita etiã Deus in ecclesia sua ab origine eius vsq; in hodiernum diem præfecit vnum aliquem tutelæ eiusdem. Et tametsi aliquis, perdatur, aliquodque membrum, aut pars aliqua intereant, corpus tamen ecclesiæ fuit semper fixum & immotum existẽte fixo capite ecclesiæ. Sub Noe tempora dum ille extra arcam fuit, non ingruit diluuium. Abducto à Sodomis Lot, destructa est & solo æquata Sodoma. Viuẽte Moyse atq; regẽte populũ Israel non labefactatus est totus ipse populus. Interpellabat enĩ Moyses dñm pro illo. Et De⁹ illi dicebat. Moyses sine me agere, sine me pœnas sumere de hoc populo. Quasi diceret. Tu tãti es apud me, vt constituerim te mulctarũ, quę à me populo huic essent dicendæ patronum amotoremq; mihi obstãtem, & tua patrocinia iræ mææ obiecta sunt, illiq; obsistũt. Ieremias etiã defensor populi est positus,

Arist. de som no et vigi. c. 2.

Iactura publica in amotiõe boni principis.

Semper in ecclesia fuit aliquis eximiæ probitatis qui eius esset patronus tutelaris apud deum.

Gen. 7.
Gen. 19.
Exod. 32. et num. 14.

Iere. 18.

tus,& donec pro populo supplicauit, haud permisit flagellum,iramque Dei in populum desæuire. Idq; adeò, vt à domino sit illi dictum postea.Ieremia amoue has tuas laudes. Tolle tuas preces,quas effundis ad me pro populo.Equidem nolo abs te vlteriùs orari.Et sublatis precationibus Ieremiæ,descendit flagellum in populũ illum. In Ezechiele aiebat Deus. Quæsiui de eis virũ, qui interponeret sepem, & staret oppositus contrà me pro terra, ne disiparem eam. Et non inueni. Et effudi super eos indignationem meam, &c. In hunc modum faciebat Michæas propheta, vt hoc loco textus noster narrat. Ipse quærebat, num inuenire posset virum iustum,& sanctum,qui sese irę Dei obiiceret,quique suis precibus, & meritis ipsum placaret. Cumque vbique disquisisset, non inuenit. Ita & nos faciemus. Quæremus paulisper,& videbimus, vtrum posimus probum aliquem virum inuenire, qui posit resistere huic Dei, iræ an non.

Ierem.7.& 14.

Ezechie.22

¶Propheta omnia lustrauit, & cum denique nullum hominem sanctum inuenerit, neq; iustum, qui Dei irã placare posit,querulus,atque plorabundus ait.(Vę mihi quia factus sum,sicut qui colligit in autũno racemos vindemiæ.Non est botrus ad comedendũ.) Audi quid dicat propheta.Me miserum,qui quæsiui aliquem hominem iustum, neque inueni. Similis factus sum illi, qui peracta vindemia racemat per vineas discurrens in autũno. Ego nihil inueni. (Non est botrus ad comedendum.) Adij etiam ficum.(Præcoquas ficus desiderauit anima mea.) Anima mea desiderauit aliquam ficum bonam inuenire. Quasi diceret, nec tamen hoc desideriũ meum implere potui. Nullam quippe inueni. Quamobrẽ propheta concludit & dicit.(Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.)Hoc est.

Caput.7.

Raritas bonorum.

Equidem nullum sanctum iustumque virum in terra inueni, nullus est qui recto corde ad Deum vadat, omnes sancti vita functi sunt. Væ mihi ait propheta, qui non inueni vel vnum hominem rectum. Nota prophetam per hyperbolem loqui. Nam erant saltem aliqui, sed hi perpauci, atque adeò pauci, vt ferè nulli essent. Parum enim æquiparatur nihilo. Ego etiam ipse dixi domino. Ego volo disquirere num iustum aliquem inuenire posśim, qui huic flagello resistere valeat. Videbam quippe ingentem iram Dei aduentantem, & noui, quò plus differtur huius flagelli inflictio in homines descensura, hòc ipsum futurum tum grandius, tum furentius. Sic enim solenne est Deo, qui cum paruum flagellum immittere vult, ocyus illud mittit, cum vero multum tardat, multiplicatis peccatis, mittit illud postea & maius, & grauius, tarditatemque supplicij grauitate compensat. Ego igitur omnia lustraui, quæritans vbique, vt viderem num inuenire possem ansam eripiendæ Italiæ, atque Florentiæ. Circunspiciebam & videbātur mihi omnia desertum quoddam, omniaque vastata. Nihil videbam quod iram Dei placare posset. Dicebamque. Iuuat in vineam ire. Vinum siquidem lætificat cor hominis, reuisere libet, num bonas aliquas vuas in Christi vinea inuenire queam, & merum aliquod bonum, quo Dei cor indulcari possit, & ira eius placari. Et disquirens in hac vinea vidi vineam vastatam, dissipatam sepem, maceriam dirutam, vites perditas. Inspiciebam vlterius, & videbam folia omnia prorsus arentia, & vt in autumno vsu venit decidua. Processi adhuc attendens num botrum aliquem inuenire possem. Nec quicquā videbam præter quosdam racemos perexiguos, eosdemque acerbos, qui nihil aliud erant, quàm vuæ acerbæ, neque aliquid

Mos dei in vindicta sumenda de nobis.

Valerius lib. 1. cap. 2.

Psal. 103.

Quales homines in ecclesia tēpore Hiero. parabolicè.

quid

quid habent dulcedinis ad iram Dei placandam, & eiusdem cor obdulcandum. Videbam tamen racemulos aliquos, sed paucos, iijque iam maturescebant, permodicè tamen, qui non erant esui adhuc idonei. Adij posteà ficum quæritans, cum in vinea nihil inuenissem boni, pergoque circunspectans num bonam aliquam ficum dulcem, maturamque satis inuenirem, quæ cor Dei in dulcedinem posset conuertere, neque reperi, nisi ficus duras acerbasque, & aliquas hiantes, aliquas putres, aliquas marcidas, atque deciduas in terraque sparsas. Et denique lustrata tota vinea lustratis itidem cunctis ficubus, non inuenio hominem sanctum, neque iustum aliquem, qui posit iram Dei mansuefacere, eique obuiare, precibusque obsistere, atque istud flagellum depellere. Quid ergo tibi per hæc vis monache? Audi, & ego tibi dicam.

¶Ego itaque lustrabam hunc orbem, quærens, intelligentiaque peruagans. Et vado prius ad Orientem, vbi sunt infideles, hâcque circunspiciens, non video, nisi steriles arbores, & sentibus omnia occupata. Omnes sunt infideles. Vnde ad dominum conuertor, & dico. Ah domine. Tu mundum deseruisti, & videris hominum iam immemor. Tu denique nos ad tuam imaginem condidisti, ad tuamque sculpsisti similitudinem. Quid hoc est, quòd non est hîc aliquod tuæ fidei lumen? Verti me igitur, & reperij vineam, id est, populum Christianum adij, & inspexi vites, hoc est sacerdotes, qui in hac vinea in hoc sunt plantati, vt populum doctrina vitæque exemplis potent, & omnia circumquâque contemplans, omnia deuastata video, & aio. Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? Exterminauit eam aper de silua, & singularis ferus de-

Apostrophe commiserationis, & veritatis plena.

Psal. 73.

pastus est eam. Ego vidi disturbatam maceriam, & parietem cingentem eam, & custodientem ritu sepis dissipatum, idest, angelos huic vineæ tutelares, quique olim cum hominibus ducebant consuetudinem, modo illam deseruisse cerno. Iam nulla cum an gelis est consuetudo. Aper syluestris in hanc vineam irrupit. Hoc est, homines flagitiosi, libidini ritu porcorum dediti. Arrogantes homines, morumque bestialium in illam sunt ingressi, omnia in deterius sunt collapsa, omnia subuersa. In hāc Christi vineam ingressi sunt muli. Ipsa conferta est bestiis. Ipsa plena est meretricibus, & si quid in illa erat boni, isti omnia deuastarunt. Arent, atque marcescunt, vel folia, ita vt iam nihil protegant. Dicebat ille. Si non caste, tamen caute. Hîc autem, nec caste, neque cautè res geritur. Omnia aperta fronte, & propalam fiunt. Folia deciderūt. Ceremoniæ labefactatæ sunt. Vinea tota discerpta est, tota dissipata. Destructum est temporale, ac spirituale. Christi patrimonium ad scorta confluit, & ad scelerosos. Hæc vinea vbiq; est, exterminauit eam aper de sylua. Aper ille, libidinator ille vastauit, atque corrupit omnia. Proh domine quis ille est, qui vltra ferre possit hæc? Quî potest hoc vlterius tolerari? Ego denique vineam perambulo dispiciens, num aliquem racemulum inuenire possim. Non inuenio nisi botros quospiā aridos, qui tanquam autūnus ipse & algidi sunt & sicci. Sunt aliqui, qui sunt frigidi in bene agendo, socordes, aridi, absque vllo spiritu. Intueor vlterius, & inuenio quasdam vuas acerbas, quæ simulatq; ex eis edere incipias, dentes tibi obstupefaciant, ne edito ex hisce vuis acerbis, obstupefacient namq; tibi dentes. Hi sunt quidam sacerdotes foris bene morati, intus autem ambitiosi, & superbi. Videbam etiam in hac vinea aliquos

Ecclesiæ calamitas.

Defectus spiritus.

racemos,

racemos, maturescentes iam aliquantulum, qui sunt quidam qui bene viuere denique incœperunt, non tamen adhuc absoluti sunt, neque sunt idonei esui neque potui populi. (Non est botrus ad comedendum.) Qui esui populi esse aptus, quiq; populũ potare velit, opus est, vt sit perfectus exemplis approbatus, atque doctrina, & istorum in præsentia est magna raritas. Et tamet si dicatur nullum inueniri, intelligitur tamen esse paucos, vt placandæ diuinæ iræ non sat sint. Adij deinde ficum, vt viderem num aliquam ficum inuenirem ad indulcandum Dei cor. Hoc est, vado ad monachos, qui ficis designantur. Vado ad monachos & monachas, & denique non inuenio ficum bonam, quod ad perfectionem spectat. Circũspectabam, neque inueniebam antiquas illas ficus quæ lachrymantes habebãt oculos. Idest, non inueniebam lachrymãtem monachum, qui istum exciperet flagellum. Nullũ præterea inueni, qui vestem haberet concisam, hoc est, qui ex animo paupe riem diligeret, quiq; cernuo esset capite prę animi mo destia. Nulla est ficus per abstinentiam passa. Denique non inueni, nisi duras ficus, & acerbas, duras, inquam, ad conuersionem, duras etiam ad veritatis sensum, cum nullam veritatem sentire velint. Non habẽt ficus istæ laceram vestem, sed volunt vestimenta noua, indumenta fastus, & absq; paupertatis amore sunt. Alias ficus vidi hianti ore, suntque isti, qui totum diem oblo quuntur, & obtrectant, per domos, per tabernas, & vbi cunque sunt. Et denique nihil boni inueni. (Periit san ctus de terra & rectus in hominibus non est.) Iam hoc tempore nullus est sanctus super terram, nullus est iam qui vnum honorẽ Dei quęrat, & qui ob ipsum velit occumbere. O si nobis esset, vel vnus Augustinus cuius hodie colimus festum. Hic fuit bonus quidam botrus

Hyberbole.

Maturæ fici symbolũ sunt monachorũ proborum.

qui populũ potauit vsq; ad extremũ suum halitũ. Ita-
Sanctus quis. q; iam nullus est sanctus. Sãctus significat purũ, hoc est
ab hisce terrenis auulsum & abductũ, qui nullo laboret
affectu. Nullus hodie homo est, qui terrenis non inhę-
reat. Tãge deniq; vnius cuiusuis honorẽ, aut quid vis
aliud, videbis, vt sursum omnes erumpant, neque ferre
queãt. Sanctus significat firmũ, hoc est, eum, qui in ærũ
nis perstet firmus, quiq; perturbatione vlla neutiquã se
se moueri sinat. Sanctus iuxta etymõ significat sangui
ne tinctũ, ita vt sit ille qui hoc nomẽ sit laturus, ad eum
modũ perfectus, vt oblectetur, & exoptet sanguine, at
que pro Christo martyrio adito tinctus esse. (Et rectus
in hominibus non est.) Non reperitur qui rectà ad ho-
norem Dei contendat, & qui ob illum velit oppetere.
Quare cum iam non sint huiusmodi homines, nullum
inuenio, qui posit esse Deo obstaculo, neq; qui flagel-
lum iramq; illius detineat. Est igitur necessarium con
cludere, venturum hoc ipsum flagellum prorsus, vt &
propheta iste hoc loco volebat colligere. At sine me
pusillũ quietis capere. Dicã enim id tibi adhuc melius.
¶Quando igitur iam omnino venturum est flagrum,
neque obstaculũ inuenimus, quod detineat iracundiã
Dei. Veniat ocyus. Prorsus veniet. Neutiquam reperi
tur homo qui excipere illud queat. Nõ tàm sumus for-
tes, vt sustinere posimus. Quid igitur faciendum est, si
nullum est obstaculum, & prorsum flagrũ mittendum
est? Orãdus est dominus Deus noster, vt citò adueniat.
Et ideo precamini Deum, vt cito illud mittat, quod vẽ
turum est. Ego hucusque vobis dixi, vt illam orationẽ
funderetis. Benefac domine bonis & rectis corde. Con
uertite modo preces, & mutate precantes, vt citò ve-
niat flagrum. At dicis. Si ipsum venturũ est, quid opus
est precibus? Ipsum vẽturum est, & porsus veniet. Sed

precamini

precamini Deũ, vt i ocyus veniat & vt i nõ immoretur. Nã quò lõgiores traheret moras grauiꝰ esset. Et enim cum peccata cumulẽtur, opus est, vt flagellum sit grauius ad vindictam ipsorum. Et ideo orandus est vobis Deus, vt citò veniat. O monache tu ergo malum desideras? Audi me paulisper, vt ne erres. Volo tibi hoc enucleare. Dic mihi, quid nam, est malum? Malum est priuatio boni, aiunt philosophi. Et omnis priuatio est nihil. Malum igitur nihil est. Qui cœcus est, priuatur luce, & hanc priuationem habere, est habere nihil, & ideo cum malum priuatio sit, nihil est. Verum est priuationis subiectum aliquid esse, & ideo mali substernicùlum aliquid est, atque iccirco asseritur à theologis, non posse essę summum aliquod malum. Esset nanque prorsus nihil. Sed omne malũ aliquod bonum pro fundamẽto habet, & bonum aliquid est. Quare summum aliquod malum dari nequit. At sublato bono, cui innititur malum, restat malum, idest nihil. Iam appetitus non potest malum appetere, imò semper expetit bonũ nisi seductus sit. Ità, vt rem aliquã bonam æstimet, quæ tamen, non esset bona. Neque enim valet appetitus ad malum extendi, quatenus malum est. Si tamen tu dicеres, alicui in votis aliquãdo esse mortem, seque ipsum neci dedere, atque ita appeti ab ipso malum. Respondeo tibi, ab illo non expeti mortem illam, vt mortem, sed sub specie boni. Hoc est, appetit exire miseriam illam, in qua est, quod bonum dicit. Et non videns rationem exeũdi, nisi per mortem, expetit mortem, quò illud bonũ adipiscatur, exitũ nempe è miseria. Ille alius etiã incidit in fornicationẽ, quę malũ quoddã est, licet malam illã cognoscat, ob delectationẽ tamẽ bonã æstimat, non autẽ, vt cõmittat illud malum. Natura etiam in suis operibus neutiquam expetit malum. Et licet

Flagellũ dei quo tardius hoc grauius.

Ex D. Th. 3. contra gent. ac. 7. vsq. ad 16. et. 1. q. de malo.

Natura semper in bonũ tẽdit suis ope

ribus per se, in malum vero per accidens. ignis hoc lignum concremet, & corrumpat, natura tamen non desiderat hoc malũ, hoc est ligni corruptionem per se, sed est eius desideriũ formam suam ligno illi inducere, non potens autem in illud eam introducere citra ligni corruptionem, desiderat malũ illud per accidens, idest, non per se, sed appetitu inferendi in illud aliam quandã rem. Non tamen ita in peccato vsu venit, nempe vt opus sit, ad benefaciendũ, peccatum intercedere. Siquidem homo, qui peccatũ admittit sponte illud patrat. Ab eiusdem etenim libera voluntate pendet. Instar ergo naturæ est homo iustus, qui nihil præter bonum desiderat. Si clamat, & desiderat flagellum, vt homines ad bonam frugem reducat, per accidens illud desiderat. Nam videns bonã vitam non posse inferri sine flagello, cupit hoc malum, quo illud bonum ingerat vt & natura facit. Conficitur igitur si homo probus naturã æmulatur minime aberrantẽ ipsum quoque nequaquam errare. Ad hæc malum hoc per accidens ad conuersionem improborũ exoptatur etiam ab ipso Deo. Sæpe nãque hac eadem de causa illud immisit. At Deus errare nequit, igitur si eius ego me attẽpero voluntati, in hoc errare non valeo. His accedit, quod angeli etiam desiderant hoc malũ. Legitur enim in Esaia angelum Dei venisse, & in vna nocte centum octoginta quinque millia bellatorum extinxisse. Et fuit ille angelus bonus, ne dicas id à malo, angelo perpetratũ. Quod testatur aliquãtò superius Esaias nimirũ, 10. capite vbi vocat angelum illũ lumen, & sanctum Dei. Virgo Maria etiã, vt bonũ inferatur desiderat hoc ipsum malum per accidẽs. Legitur enim in vita D. Basilij. Tẽpore Iuliani apostatæ virginẽ ipsam B. Basilio apparuisse, & dedisse illi volumẽ illud, &c. Et deinde vocauit beatum illum martyrem Mercuriũ nomine, qui

Dissimile. *Probi viri desideria similia appetitui naturæ.* *Desiderium flagelli quãdo et quomodo licitum.* *1 Ratio.* *Esai. 37. 4 reg. 19. Tobiæ. 1. 1. Macha. 7 2. Mach. 8.* *Ecclesiasti. & Tripar. et Nazianzenus 2 inuectiua. contra Iulia.*

qui in paradiso erat. Et dixit ei. Surge. Vade, tolle arma tua, & abi in exercitum et Iulianũ apostatam truci da. Atq; ita venit sanctus ille ad sepulchrũ suum, & tulit arma sua, quę iuxtà illud erant, & interfecit apostatam Iulianũ. Beatusq; Basilius reuisit illud sepulchrũ, & non reperit ibi arma. Non desiderauerunt, virgo & diuus Mercurius hoc malũ, & hanc mortem per se, sed ob ereptionem populi. Memorię etiam proditũ est de B. Gregorio, cum successisset illi Sabinianus ille, qui eleemosynas dare renuebat, apparuisse ei eundem D. Gregoriũ, cum pastorali, & caput illius ipso petiuisse, illoq; percussum animã exhalasse. Vade vide omnes prophetas, semperque inuenies, ipsos imprecantes flagelli celerem aduentũ. Vade intuere in psalmos, & in innumeris locis reperies, psalmographum deprecantẽ Deum, vt flagrum improbis adhibeat, idq; præsertim in psalmo illo. Cuius initium est. Vt quid Deus repulisti in finem. Vbi Dauid prouocabat dominũ instanter in hoc, vt flagellum adduceret. Et dicebat. Domine videris nos deseruisse. Improbi insectantur probos. Iam vltra nobis non est fas viuere. Nisi quis eximia sit fortitudine, durare nequit vltrà, nisi tu flagella adhibeas, veniasque pœnas de istis improbis sumpturus. Et ideo eiulabat Dauid. Exurge Deus iudica causam tuam. Surge dñe. Videris enim dormire. Surge manu correpto ense, iudica causam tuã. Nisi tu suppetias bonis tuleris, nisi tu causam eorũ iudices, atque agas iam vltra minime homo reperiatur, qui ipsorũ velit patrociniũ assumere. Tu es pater viduæ & pupilli. Orphani & viduæ nullum aliũ parentem habent, præter te vnũ. Serui dominati sunt, serui peccatorũ domini nostri facti sunt. Scelerati nos persequũtur. Nemo est, qui nobis iã sit auxilio. Exurge ergo Deus iudica causam tuam, me

& Libanius dubitarunt de occisore Iulia. Callistus eius milesait à dæmone occisum. Nicephorus. libr. 10. c. 34. fuisse Mercuriũ asserit.

D. Anto. 2. p. Histo. tit. 13. c. 1 licet taceat de Pastorali.

Mos sanctorum prophetarum in petitione flagelli dei.

Psal. 73.

Ibidem.

mor esto improperiorũ tuorum, eorũ, quæ ab insipien te sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorũ tuorum, superbia eorũ qui te oderunt ascẽdit semper. Ne sinas illam vlterius crescere, disturba illã humi. Exurge Deus iudica causam tuã. Exurge dñe, ne amplius im moreris. Assume causam hãc, prospice illi. Ipsa tua est. Vidisti ne, vt sancti cõprecati sint, & optarint, vt flagel lum in prauos adueniat? Attende igitur modò, & ego ti bi exactius adhuc enodabo hoc ipsum in textu nostro.

¶Quemadmodum hucusque nos adiumẽto fuimus in hoc, vt flagellũ differretur, ita & nunc opem nostrã in hoc afferemus, vt ocyus flagellum adueniat. Ita fecerunt sancti qui præterita tempestate vixerunt. Et ideo clamemus omnes ad dominum, vt cito veniat. Non di co, vt eiuletis, sed orationi potius vacate. Et ne vltra exclametis viuat Iesus. Oblitus sum superiori concione huius vos admonere. Vos vti hoc nomẽ vilescat facietis. Opus est rarò illud inclamare, & cum reuerẽtia, & tempore alicuius eximij gaudij. Itaq; ne vltra quiri tabimini, nisi ego aliud vobis dixero. Age ad institutũ nostrum redeamus. Deniq; iam viuere nemo potest. Quamobrem dicit propheta noster. Veni deniq;, ò do mine, neque enim vltra iam exigere vitam licet. Nul lus hominũ iustus est, rectàque ad Deum contendens. Imo omnes sunt praui, neque solũ peccatores sunt, sed insidiari nituntur vsque ad sanguinem. (Omnes in san guine insidiantur.) Si denique ipsi improbi duntaxat essent, & peccatores, atque in hoc vnum incumberent, vt genio indulgerent, non tantum esset mali. Ipsi vero insidiantur, vsque ad sanguinem. Quæritãt per omnes insidiandi modos, è suo conspectu studiosos homines auferre. Et ratio est, quia semper insidiãtur, & quia bo nitatis eæ sunt vires, vt omnino illa extingui in vno

Prauorũ studium nocere probis, idque astu.

quopiam homine nequeat, tametsi ille nequã sit. Cum que nocere alicui probo viro vult, non nihil erubescit, ex aliqua probitate, quæ in eo restat, & quęrit latenter per insidias illum occidere. Diabolus, qui tàm est prauus, nõ amisit omnẽ genuinam bonitatẽ. Vide vt ipse aliquando aliquam veritatem dicat. Sed ob malã mentem, quæ in illo est, ordinat illam veritatem, quã profert in aliquem malum finem. Ita & improbi, licet sane quam peruersi sint, non tamen vsque adeò in illis extincta est bonitas, quin vel quadãtenus etiã ipsi bonos viros reuereãtur. At quia illi nollent technas suas à bonis palam fieri, neque suis peccatis obstaculum poni, oderunt conciones, neq; vellent, vt concionibus habendis vacaretur, neque ferre queunt concionibus interesse. Et quò id obstaculi a vitiis suis propulsent, & quò sibi ipsis morigerari queant, nitũtur probos viros enecare, vt qui effrenes vagari vellẽt, neq; vellẽt veritatẽ dici. Et per calũniã conantur notã aliquã concionatori inurere, hominibusq; bonis. Verecũdãtur enim vni alicui probo homini obtrectare, atq; adeò illũ persequi, nisi per sycophãtiã. Siquidẽ persequi aliquẽ. & fateri tamẽ ipsum esse bonum, nihil est aliud quã dicere. Ego ipse sum improbus quidã, & nequã. Et ideò prius inuigilãt inueniẽdæ alicui notæ, quã illi impingant per insidias, & literas omne genus, omnifariasq; inuẽtiones. Et per illas conãtur probos ipsos extinguere. Et hoc signat cõ textus noster, dũ ait, illos ad sanguinem vsq; insidiari. (Oẽs in sanguine insidiãtur.) Insidiari etiã ad sanguinẽ vsq; significat, abs te, ò Italia sanguinẽ inopũ exhauriri. Tu illis rẽ aufers, quę vita est eorũ. Nam, vt ait scriptura. Anima, idest, vita, in sanguine est. Tu viduã illã dote sua spolias, illũq; pupillum expilas. Quod haud aliud est, quàm illis sanguinem auferre, hoc est, tollere

Bonitate prorsus exui nemo potest.

Diaboli malitia.

Virtutis maiestas.

Cur prauis inuisi concionatores & exosæ rationes.

Aliter & egregie.

Leuit. 17.

Census inopũ vita ipsorũ.

ab

ab illis vitam. Sanguis etiã est vita nõ modò corporea, sed spiritualis etiã, quę gratia est, quę ipsa fundamentũ

Corruptio bonorũ per pravos.

est spiritualis vitæ. Proceres isti semper quæritãt, num inuenire valeant monachũ aliquem spiritalis vitę studiosum, qui eximiæ sit existimationis à quo auferãt vitam hãc spiritualẽ. Hoc est muneribus illũ corrũpunt, vt bona de eis prædicet. Hoc vocatur insidiari illius sanguini, in hunc modũ se habere, nimirũ subtiliter, & corrũpere illum, & auferre illi vitã spiritualẽ. Et si muneribus id efficere nequeunt, faciũt idem minis. Fortis esto vir bone. Ne te moueri sinito. Intuêre tantùm in Christi honorẽ. Et sine pro libidine sua eum loqui, qui

Esaia. 30.

obtrectare velit. Hęc est via ambulate in ea, ait Esaias, & non declinetis neq; ad dexteram, neq; ad sinistram. Hæc via recta est. Esto hîc fortis. Ne ad dexterã neq; ad lęuã declinato. Istę igitur sunt insidiæ, quibus vacãt primores dũ sanguini huic, & huic vitę, spirituali, tum muneribus tũ minis insidiantur, vt sibi morigeros reddãt monachos istos pro voto. Et siquidẽ illi vidẽt, illos fortes perstare, atq; immobiles esse in via Christi tàm secũdis quã aduersis rebus propositis, insidiãtur adhuc subtilius sanguini illi. (Omnes in sanguine insidiãtur.)

Aliter adhuc.

Nẽpe concionũ vitæ. Et conantur illas destruere, atq; è medio tollere. Vita concionũ sunt nomen bonũ, &

Cõcionũ quæ sit vita.

bona opera. Nitũtur auferre nomẽ hoc bonũ, atq; ista opera sycophãtiis & conduxerunt plures ministros, & aiunt. Dicito tu in hũc modũ, & in hũc modũ age, & nouas insidias addunt prioribus, nouaque inuenta, vt extinguant, extrudantque è medio vitam hanc concionum. Neq; solum hisce insidiis nauant operam, sed faciũt, vt hic atque ille in laqueos peccatorum incidant. (Vir fratrem suum ad mortem venatur,) nempe faciẽs illum in laqueum decidere. Pater ipse escam peccati filio

lio apponit. Et ait illi. Ego volo vt bene educeris, quod ad fastigiũ statumque spectat. Et tu non cernis postea, laqueum peccati latitantem. Mulier etiam illa facit filiam suam in laqueum incurrere, quam ad vanitatem instituit, vnde illa post in laqueum peccatorũ incidit. Senex quoque ille laqueum peccati obiicit puero, & facit eum in ipsum cadere. Senex improbe, senex discincte, senex capillitio quidẽ cano, sapientia vero non itẽ, adesdũ. Parcite mihi, boni senes. Ego enim nõ possum nõ carpere senes quospiã nequam, qui lõge minus pudici sunt, quã iuuenes. Inueterate dierum malorũ. Sunt senes aliqui profligatiores, ludo magis dediti, magisque blasphemi, magis obtrectantes, magis flagitiosi quàm iuuenes. Itaque praui isti nituntur alios ad malum pellicere, atque pertrahere, eosque irretiunt. Vbique laqueum tendunt. (Et malum manuum suarum dicunt bonum.) Idest. Malum manuum suarum prædicant, suaque peccata, & aiunt illa esse bona, nempe quæ agunt. Mutarunt vocabula mali in vocabulũ boni. Et aiunt, esse ingenuitatis concubinam habere, & tripudiis vacare, & genio indulgere, voluptatique inseruire. Et dicunt ambitionem, & dominatus inquisitionem quacunque ad illum pateat aditus sapientum esse & bonorũ, & eum, qui non curet substãtiam abundè accumulare, atque affatim pecunias cõuerrere, esse fatuum. Et dixerunt virtutes esse peccata, & contrà, & simplicem vitam stultorum esse, & vilium hominũ, & bonis vacare operibus, & in tẽplis immorari, & demissè ambulare hypocrises esse. Isti itaque nequã, & dicũt & faciunt omne malũ. (Princeps postulat, & iudex in redendo est.) Hoc est. Ille, qui illum gerit magistratũ, & qui eius vices gerunt, quique præsident, munera postulant, aliqui latenter aliqui aperte, atque ad hunc modum

Institutio liberorũ praua.

Exemplũ senum malorũ carpitur.

Opiniões praue improborum, prauaq; ipsorũ dicta.

modum corrupti, ſententiam ferunt poſteà contra iuſtitiam. Quid ſibi vult quod tu nolueris legem illam de muneribus non accipiendis ferri, cuius ego te toties admonui? Illud quod cum tua vtilitate pugnat, quodque ad tuum inſtitutum trahere nequis, non placet tibi. Vos ſtatuiſtis quidem leges preſtationum ſacerdotum, & aliarum rerum, quæ non ſine aliqua religione ſcrupulove ſtatui queunt, at legem hanc de non accipiendis muneribus, & de aliis rebus bonis haudquaquã ferre voluiſtis. Has res vos nihil moramini. Omnia deſtructa ſunt. Præpotens ille ait iudici illi. Ego tibi quinquaginta aureos dabo, & pro me fer ſententiam. Et iudex ille iniquus obſecundat illi. (Et iudex in reddẽdo eſt.) Tabellio ille, patronus ille pecuniis ſeſe corrumpi ſinit & contra iuſtitiã facit. (Et magnus loquutus eſt deſideriũ animæ ſuæ. Et conturbauerunt eam.) Princeps, & ciuis ille, qui magiſtratum gerit, profert deſiderium animæ ſuæ, & vellet pecunias inuenire, & adminiſter qui illum circũſtat, ait. Sinite me facere. Ego bene rationes inueniam, & facit, hoc quò curetur, vt ſal creſcat. Inſpicite illud, quod facitis. Princeps neſcit omnia, ſed vos eſtis, qui illi modos inuenitis miniſtri, & curiæ ſcribæ. Ciuis ille dicit deſiderium animæ ſuæ. Attendite vos quid faciatis. Et vos domini opus habetis inſpicere oculatius, quos adminiſtros in palatio habeatis. Et expediret, vt boni eſſent, & vt quotannis cenſuram veſtram ſubirent, & à vobis approbarentur, & vt ille, qui infamis eſt extruderetur. Subiungit textus, & ait. (Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus.) Quę herba plena eſt ſpinis. Recogita modo, ſi optimus illorum inſtar paliuri eſt, quid alij ſint. Illi qui extrinſecus ita tibi modeſti apparent, intrinſecus ſpinis pleni ſunt. (Et qui rectus, quaſi ſpina de ſepe) nempe quæ re-

Praui miniſtri iuſtitiæ.

Simile de hypocryſi.

cta est,& abscõsa in sepe. Caue tibi ab illa. Si enim trãsi re voles, arripiet te spina, & vestẽ tibi lacerabit. Hoc est nisi tibi bene prospexeris, improbus ille te occultè expilabit. Vide igitur, vt mundus improbis plenus sit. Omnia corrupta sunt. Iam rectum nihil inuenias. Nequit iam vita trãsigi. Nequit iam res in hoc statu esse. Quid facturus es? Domine mi immitte gladium, immitte flagellum, immitte pestilentiã, immitte rerũ caritatem, immitte vindictam, immitte, ne vltra moras innectito. Tu omninò immissurus es, immitte Florẽtiæ afflictionẽ. Ipsa percusiones vult inflige illi. Neq; enim aliter ipsa intelligere vult. Vbique ludo vacatur à pauperibus & locupletibus. Nihili hęc pendũtur. Nõ libet in quenquã animaduertere. Nulla iustitia colitur, aut exercetur, nulla bona lex sancitur. Ego nolo vltra admonere, vt sanciantur leges, nolo amplius abrumpendo mihi ipsi pectori operamdare. Ego diu magnopereque exclamaui. Nequeo vltra progredi. Non volũt vltra intelligere isti. Domine age tu id modo, immitte flagrũ, hoc est, quod vt illi audiãt, faciet. Ensis, ensis, caritas, caritas rerũ, pestis, pestis aduẽite. Veni dñe, veni ocyus, Ne moreris vltrà, sic enim, expedit Italiæ, sic expedit Florentię. Exurge dñe iudica causam tuã, veni suppetias electis tuis. Exaudi seruos tuos, vt venias, te cõprecãtes. Nũ istas preces non exaudias dñe? Attẽde nunc vtrũ ille orationem hanc exauditurus sit an nõ. *Psalmus. 37*

¶ Non vltra, non vltra, non vltra, non potest vltra tanta nequitia tolerari. Cum veniet flagellũ Florentia, ne iam mihi dicens aduenias, interpella Deũ pro me. Polliceor enim tibi ni me Deus mutarit, me iã nolle precari, nisi hoc vnũ, vt flagellũ immittatur. Nolo inquã pro te amplius orare. Ne; vltra ad me veni. Tu per tẽpus noluisti bene ãgere. Si vltra pro te ego fudero preces, nisi

in

in hoc, vt flagellum adueniat, dicito me non esse hunc monachum. Hoc tamen ita intelligo, nempe nisi dominus mihi mentem immutarit. Ego semper volũtatem Dei excipio, substituoq;. Age vero exaudietur ne hæc oratio? Etiam. Sed in malum id cædet improbis, & his, qui iustitiã non coluerunt. O domine, isti aiunt. Nequaquam, ita erit hoc. Minime veniet, hoc quod iste dicit. Nihil erit. Nos nonagesimo anno hęc tibi dicere adorti sumus, tametsi in octuagesimonono aliquid dixissemus, sed illud fuit præludiũ quoddam. Itaque in anno nonagesimo incœpimus. Bene sanè quãdo ista veniẽt? Nolo tibi dicere. Sed numera hos alios annos, & videbis quantum durabunt anni isti. Domine isti dicũt nos esse deceptos, neque venturos barbaros. Domine non sunt illi vẽturi? Ita. Venient vero? Maxime. Non meministi prælegentibus nobis Zachariam à nobis dictũ illos adisse ad principes illos, quò illis in aurẽ quædam instillarẽt. Ego tibi assero prorsus illos vẽturos, & plus quam duo erunt barbari. Ego tibi dixi iam mẽtes illorũ conquassari cœptas. Tu vero dicis. Istud nihil erit. Ego tibi aio illos venturos, & omnia re ipsa futura quę tibi dixi. Et prauos puniendos, similiter & improbos Florentiæ agentes, & in vulpes illas quas tibi dixi credis ne tu animaduertendum? Crede illud. O domine aiunt isti. Nihil eueniet. Nos seducti sumus. Si nos in hoc seducti sumus, quid dicam nescio. Ego neutiquam id credidero. Imò sat scio ventura vniuersa esse, quæ nos diximus. Et prius quidem lumine interno, id certo scio, quod tu nobis ad hæc præbuisti, quod nobis luculentũ facit ventura esse omnia omninò. Deinde id certò noui propter scripturarum perẽnem cum hisce rebus, & cum his, quę suis temporibus successerunt cõsensum, vt vidimus. Tertiò propter animi rectitudinem, quæ

Etiam viuente Hiero. dicebatur ab improbis illusum ipsum fuisse.

Fiducia & certitudo hieron y. circa ea quæ prædixit quibus rationibus nitebatur.

quę semper & fuit,& est nobis in hoc,hoc est in quærẽdo honore tuo vnicè. Quartò ꝙ viderimus re ipsa exhiberi multa ex his,quæ prædicta à nobis sũt,& in dies exhiberi atq; impleri videmus. Quintò propter bona multorũ opera ex hac doctrina profecta,& à fide, quã illi adhibuerunt nobis circa hæc. Sextò propter cõtradictionem,quã pasi sumus ab hinc sex annos,quã etiã continenter toleramus, & tamen res in dies augescit. Quod argumentũ est palmariũ ostẽdens hoc opus nõ humanũ esse,sed diuinum. Septimò & vltimò domine ego tum credo, tum pro certo teneo ista propter hoc nẽpe,quia si tu re ipsa nõ adimpleres hãc veritatẽ,nec nos te de illa interpellãtes exaudires, quã tu per vniuersã Italiã dissipasti, atq;. adeo extra Italiã id in magnũ fidei detrimẽtum esset:dico autẽ abs te ipso dissipatã vbiq;. Ego nãq; semper fui Florẽtię neq; ab hinc sex annos alibi inclamaui,q̃ intrà hanc vrbem. Et hæc tamen vox quoquo versum dissipata est. Itaq; domine nisi tu hæc vera esse cõprobares in maximum incõmodũ fidei esset. Deficerẽt,siquidem boni,& multiplicarentur improbi,& peiores euaderẽt,nemoq; in posterum esset, qui fidem vellet adhibere ei,quem tu rursus mitteres. Et ideo domine si non vis mundum destruere,opus est,vt hæc adimpleas & præstes. Et ideo omninò hãc orationẽ ipse exaudies, & flagellũ improbis immittes. Ait dominus,res veræ sunt hæ. Oẽs præstabuntur implebũturq;. Et flagellũ immittam,& omnia vera faciam. Sed distuli tamen tãtisper hucusq;. Audi modo,quod responsum dedit dominus suæ dilationis. *Deute. 32.*
¶Propter iram inimicorum distuli, ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent, manus nostra excelsa, & non dominus fecit hæc omnia. Gens absq; consilio est,& sine prudentia. Vtinam saperent & intelligerẽt,

Flagellũ Italiæ & nominatim Florẽtiæ cur dilatum.

ac nouiſsima prouiderent, Duæ cauſæ ſunt dilationis. Prima cauſa, quamobrem Deus in vos diſtulit flagellũ fuit, ne dicerent barbari. Noſtræ vires fuerunt hæ. Nos, Nos ſumus, qui hoc fecimus. Se vult Deus, vt quiſque agnoſcat, ipſum fuiſſe, & non alium. Et voluit oſtendere, quando noſtris hoſtibus magnæ ſuppetebant vires, ab ipſo exigua vi omnia diſſoluta fuiſſe. Altera cauſa eſt dilationis, populus ipſe Florentinus, qui ſuas gratias tam cito obtinere non meretur, idque, ob ſua peccata. Vere popule abſque prudentia, Deus te propinquum fecerat tuis ſolatiis per bene viuendi rationem. Modo tu ab omni ratione bene agendi vitam, diſceſsiſti, & populus es abſq; conſilio & ideò fuſtigationem aliquam ſuſtinebis. Præſidium tuum in bene viuendo ſitum eſt, atq; hinc bonũ tuũ eſt profecturum. Credes te alia ratione poſſe euadere, neque te tamen defendes. Modò polliceor tibi Italia, ait propheta, flagellum tuum aduentare. (Dies ſpeculationis tuæ, viſitatio tua venit.) Dieſque adueniunt, qui vſque adeò tibi ſunt prænuntiati. Appropinquat tua viſitatio, ſed illa haud erit bona. Erit quippe viſitatio, peſtilentiæ, caritatis rerum, & enſis. Ipſa erit viſitatio vaſtitatis Italiæ. Neque mireris dilationem iſtius flagelli. Nã prauorum vindicta ſemper tarda eſt, bonis autem Deus illam ocyus immittit. (Nunc erit vaſtitas eorũ.) Hoc eſt nũc erit veſtra clades. Ecce nunc erit, quod tibi ego dico. Italia vaſtãda eſt, Roma vaſtãda eſt, Florẽtia tribulationẽ paſſura eſt. Vos ſigna videtis. Cum tu annũ conſideras, videſq; ficus iã produci, ais æſtatẽ iam appetere. Ita & nunc omniũ rerũ ſignificatiões cernis. Bellum non eſt extinctum, rerum caritas non eſt exempta, peſtis nõ extincta eſt. Omnia ſua ſigna habent Et ideo, (Nunc erit vaſtitas eorum.

Italiæ calamitates prædicuntur.

Noliꞇe

Nolite credere amico, & nolite cõfidere in duce.) Nil vobis proderit alij cõfidere, quàm Deo. Italia ne cuiquam duci fidito. Nihil enim tibi proderit. Ego tibi asſero præpotẽtem illum tibi præſidio minime futurũ. Adhære, quibus libebit. Deus enim ſic facere deſtinauit. (Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui.) Attende quid noſter propheta dicat. Sed ſine me aliquantiſper quieſcere. Volo nanq; hoc tibi meliuſcule elucidare. (Ab illa, inquit textus noſter, quæ dormit in ſinu tuo,) caue tibi. Quod tantũdem eſt atq; ſi diceretur. Caue tibi ab vxore tua. Ne illi arcana tua patefacito. Nota modo. Hanc tibi prænũtiatam ærumnam futuram eſſe tantam, quanta in italia fuerit plures ab hinc annorũ centurias, & quod ſpectat ad atrocitatem vimq; eius, & quod ad ipſius etiam extentionem pertinet. Erit iſta tribulatio in Italia & extra Italiam, atrocior tamen erit Romæ, quàm alibi. Erit etiam hæc tribulatio miſta. Hoc eſt non ſolum in improbos ſed etiam in bonos. Suſtinebunt ſiquidem boni ingentes perſequutiones & ærumnas. Atque hoc eſt, quod ſignificatur dum dicitur. (Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui.) Significatur quippe bonos perſequutionẽ paſſuros, vel ab vxoribus ſuis. Cernis ipſe incœptam hanc perſequutionem, iamque illam germen extuliſſe. Sic & caritas, & peſtis, germẽ iam etiam protulerunt, vt cernis ipſe. Erit ergo magna iſta bonorum tribulatio. Vade diſcurre per plures domos, & videbis iſtius perſequutionis iam prolatum germen, ſchiſmaq; inter habitatores exortum. Vir ab vxore diuiſus eſt, vxor à viro, patres à filiiſ diuiſi ſunt, inter ſacerdotes haud conuenit, diuiſi ſunt inuicem monachi. Alius credit alius nõ credit. E fœminis Deo ſacris alia credit alia non. Vade tandem & inſpice

Quid clarius prædici potuit de Italiæ & Romæ præſertim clade?

atq; inuenies hîc atq; adeò vbiq; dissidia. An excidit tibi, me tibidixisse hanc ipsam persecutionem futurã maximam, bellumque truculentissimum, quale fuit illud qđ à tyrãnis illatum est in martyres & ab hereticis in orthodoxos? Et iccirco ait textus hoc loco. (Ab ea, quæ est in sinu tuo custodi claustra oris tui.) Idest. Si forte fortuna tibi eueniat, vt vxor tua credere nequaquam instituat, credas autem ipse, & cernas illam improbam esse, caue tibi ab ea. Nam suasu tepidorum bonum arbitrabitur, necare te, & quæret quacunque ratione possit, te interficere. Caue ergo tibi ab ea, quę in sinu tuo dormit. Et si tu in præsentiarum credes, taceto, osque compescito. (Custodi claustra oris tui,) Erit enim tanta persequutio, tam ferum bellum à tepidis, vt opus sit credenti os claudere. Marite qui credis, taceto tunc, & caueto tibi ab vxore tua. Et vxor quæ credis, sileto tunc, & à tuo viro caueto. Monachi qui creditis, tacetote. Siquidem petentur capita vestra ab aliis, qui non credent. Monachæ, quæ creditis, tacetote in præsentiarum & tranquillæ vitæ studetote. Vestri enim præsides, capita vestra feriẽt. Sacerdotes taceatis, Antistites qui creditis, sileatis. Tu etiam monache conticeto. Ego in præsentiarum tacebo. In vincla enim tu iam me conieceris. Sed tamen adhuc non omnino tunc tacebo. Loquar enim saltem ei, qui mihi cibũ intulerit, nisi libebit tibi, vt fame ipse intereã. Omnes igitur ad hoc bellum se præparent. Magnum etenim erit, nullasque non insidias instruent bonis tepidi, quò eos interimant. Et omnem mouebunt lapidem, vt rationem inueniant veneno, enseque credentes neci dedẽdi. Et ideo qui se non sentit forti esse animo ad occursandum morti, taceat tũc. (Quia filius contumeliã facit patri.) Non modò inimicus inimicũ per

Mirabilis prædictio eius, qđ postea fuit.

Stupenda claritas prædictionis futurorum.

persequetur, sed & proprius filius, qui non credit patri contumeliam inferet. Pater custodi te ab eo, iam siquidem ita erit persuasus à tepidis, vt te interficere nisurus sit. A patre non credente, caue tibi fili. Quæret nanque te interficere, filia quę credis caue tibi à matre tua non credēte. Mater, quæ credis caue tibi à filia non credente. Pellet siquidem illa te domo, & te extinguet. Et filia consurget aduersus matrem suam nurus aduersus socrum suam. Erit quoddam horrendum bellum. (Et inimici hominis domestici eius,) subaudi erũt. Illi etiam qui familiari eius vtuntur consuetudine inimici eius erunt. Monachi inimici vestri erunt ipsi vestrates monachi. Monachæ è vestra familia erunt, atque domo inimicæ vrę. Præsides ecclesiastici, antistites & præsules vestri erũt, qui vestri sint futuri inimici. Cōcionatores, vestrates erũt, qui vobis acrius bellũ ingerãt, quiq; magis hostilē in vos animum gerant, quàm alij. Et tu monache ad quid te etiam ipse præparas tũc ferendum? Equidem mihi nihil aliud spero, quàm vt aliquo die aliqui insurgant, & dicant. Hic Reus est mortis. Moriatur, moriatur. Occidamus istum. (Ego autem ad dominum aspiciam.) Equidem tunc in dominum meum conuertam oculos. Et dicam. Ecce me paratum, libens occubabo. (Et expectabo Deum saluatorem meum.) Ego dominum meum præstolabor, & in te intuebor mi Iesu tanquam in seruatorem meum, vt re vera es. Tu ꝑpter me occubuisti, libet mihi propter te occumbere. Tu pro veritate oppetiisti diē, ecce ego pro veritate paratus sum ad oppetendum. Et si morti occumbere opus erit, patienter feram, & opus erit æquanimem esse vnumquenque tunc. Mihi sat est domino meo obtēperare. (Audiet me Deus meus) nempe tunc temporis. Domine tu in præsentiarũ me

Exitus probauit hoc in oculis totius orbis.

Olorina et flebilis cantio.

exaudiès, saltemq; vnum verbum meum auscultabis. Da mihi animi robur. Ego me tibi ad illud tempus cõmendo. Commendo tibi hunc populum. Commendo tibi electos tuos, vt illos nimirum fortes conserues, & suppetias illis venias in tanto prælio. Pro cunctis orationem ad te fundo. Bene fac domine bonis & rectis corde. Da illis domine hanc magnam fortitudinem, vt firmi in tuæ fidei obsequio perseuerent perstentq; quò postea in patriam emigrent tuam, qui in secula seculorum es benedictus. Amen.

Homilia.20.habita pridie nonas Septembris.1496.super Michæam.

Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam cum sedero in tenebris. &c. Michææ. cap. 7.

Ordo diuinus in mundi huius gubernatu.

Psal. 103.



T si Deus omnipotens dilectissimi in Christo Iesu, qui omnia ordinate facit, vt qui infinita sua sapientia, facit omnia quæ vult, quemadmodum scriptum est, omnia in sapientia fecisti, per se ipsum quæ vult, facere potest, tamen vt suam bonitatem latius diffundat, voluit sua gerere per creaturas: quiq; nullus tenetur legibus, legem sibi ipsi tulit, legem ipse condidit, vt res alia in aliam, bonitatem propriam diffundat, & vt res inferiores subdantur inferioribus. Lex que ista, atq; ordo iste fixa perpetuo perseuerant, neque vnquam aut certè rarò, vsu venit, vt ipse ab ordine suo res aliquas diducat, ab eaque lege naturali, quam semel statuit. Et ideo in concione superiori diximus, in omni rerum

Epilogus cõcionis superioris.

serie,

ſerie, dari vnum quiddam primum inter omnia, quæ in illa ſerie aut genere rerum ſunt, quo ſublato, tollantur neceſſe eſt, & reliqua ab illo pendentia. Inter motus rerum naturalium primum eſt ille cæleſtis, quo ſublato, reliqui omnes motus ceſſarent. Ita in ſpiritualibus rebus poſuit Deus ſępe in ſua eccleſia vnum aliquem hominem in ſalutem aliorum multorum. Et erepto illo è medio, ſalus multorum corruit, tam corporalis, quàm ſpiritualis. Præſules, vt cernis ſunt capita in eccleſia, à quibus ſalus pendere par erat. Vnde nos cernimus ipſis probis exiſtentibus, bonos ab ipſis effici populos, & contra cum praui ſunt facere etiam prauos ſibi ſubiectos. Tu dices aliquos ſaltem eſſe bonos, tametſi ſubditi ſunt præſidibus improbis. Reſpondeo tibi, nos hìc velle intelligere, ita contingere plurimùm. Neque etiam dico omnes improbos, ideò eſſe prauos quòd facti ſunt praui ab ipſis præfectis. Sic etiã ſæpe præpoſiti ſunt aliqui à Deo in ſalutem corporalem populi, quò flagella Dei excipiant, & vt Deum ipſum ſuis precibus placent. Quare nos heri vidimus Michæam quæritantem ſub tempus ſuum virum aliquem iuſtum, qui iræ Dei ſeſe obiiceret, eamq; exciperet, & deniq; nullum inueniens qui obſtare poſſet dixit. (Non eſt botrus ad comedẽdum, periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus nõ eſt.) Ideo nequit huic flagro obſtaculum quo excipiatur, opponi. Ita ego tibi dixi, atq; adeò aſſero, & rurſum affirmo, vẽturũ omnino flagrũ. Declaraui etiã tibi, quo pacto quãdoquidem prorſus flagrũ venturũ eſt, nhil eſſe mali, ſed bonũ eſſe potius precari, vti ocyus adueniret. Explanaui quoq; tibi, licet appetitus in bonum ſemper tendat, & non in malum, per accidens tamen poſſe protendi ad malum pœnæ. Tametſi quatenus malũ illud nõ appetat, quã-

obrem dixi si iustus homo flagrum optat, non ipsum, vt malum est expetere, sed per accidens, vt qui videns homines aliter ad meliorem sese frugem non recipere, neq; bonam vitam absq; flagello induci posse, desiderat hoc malum pœnæ vt illud bonum inferatur. Et quemadmodum Deus facit, qui vult homines flagellari, & ob sua peccata affligtari, quando conuerti nolunt, sic etiam facit homo sanctus, & iustus, qui voluntati diuinæ sese attemperat. Citaui exempla plurium sanctorum, qui flagellum in terra procurarunt. Diximus tandem vt vestras preces in hoc conuerteretis, vt precemini flagelli celerem aduētum, idq; certum esse. Ipsumq; fore magnum, & futurum dissidium, & diuisionem inter patrem & filium, vxorem virumque, & inter homines omne genus. Dixi præterea non solum Florentiæ futurum flagellum idem, sed postea in toto orbe, & initium sumpturū vnde iam incœpit & tunc nos ad deum recursuros. Terribilem hāc concionem habuit Michæas, & nos heri illam recitauimus. Modo per ꝓphetā cōsolaȓ populū, audite illius verba.

¶ (Nelæteris inimica mea super me quia cecidi. &c.) Papè quàm adamussim conuenit inter scripturas, & gesta, resq; quæ in præsentia accidunt. (Nelæteris inimica mea.) Notato in appetitu cōcupiscibili inueniri amorem, desiderium oblectationem. Amor bonū modò habet pro scopo. Desiderium in ipsum bonum propendet, quatenus abest, oblectatio vero quatenus præsto est. Reperiuntur etiam in eodem appetitu tres aliȩ animi perturbationes istis obiectæ, odium, fuga, mæror. Odium intuetur in malum absolute. Fuga etiam in malū vergit, quatenus absens est malum ipsum, mœror vero quatenus præsens est. Malum dicitur præsens, cum tu exempli causa febre vexaris, aut caritatȩ

Perturbationes animi, quæ sunt in concupiscibili.

rerum

rerũ premeris. Absens dicitur cũ imaginaris, & dicis. Tantæ innudabũt copiæ, vt absorbendi simus. Vt cũq; voles sit, vtrumq; enim tristitiã tibi inducit. Nam siue præsens sit malum, siue imaginatione duntaxat comprehensum, nã & sic ceu præsens tibi est, mœstitia manes oppressus. Tristitiaq; ex mali imaginatione oritur, & instar est oneris, prægrauantis, sub quo ingredi non vales. Quare si tanquàm id quod aliqua ratione fugere potes tibi occurset malum ipsum, per voluntatẽ moueris in hoc, vt, quoad eius fieri posit, illud fugias. At si malum tibi tã præsto sit, vt fugere illud nequeas, tristitia te continuò absorbet. Cum igitur Micheas dixerit aduentare flagellum, ne populus tristitia absorbeatur, vult hoc mane ipsum cõsolari. Ego aliàs vobis dixi, & modò etiam admoneo, omnia illa quæ ego vobis in hunc prophetam edissero, posse me simplicibus verbis vobis dicere. Et, vt ego vobis illum enarro, ita ad literam re ipsa præstandum est, quod dico. Sic Spiritussanctus prouidit, qui hanc scripturam condidit. Itaq; mittens Deus flagellum, præ amore quo te prosequitur, ne tristitia absorberêris, immittit tibi consolationem dicẽs. (Ne læteris inimica mea.) Quod si illud dictum Salomonis in prouerbiis obiicias, non contristabit iustum quicquid ei acciderit, & colligas nõ esse consolationem iusto necessariam. Respondeo tibi, triplici modo posse iustum mœrore affici. Primò cum mœror ipse animum à virtute abducit, ad vitium propellens, atque in hunc modum afficiuntur tristitia improbi, iusti vero non tristantur hoc pacto. Deinde id accidit cum aliquis ista tristitia occupatur, vt non videns viam euadendi malũ animum despondeat. Hoc etiam minime facit iustus. Sed saltem sperat per mortem in cælestem patriam migrare. Tertio aliquando

Expositio literæ Micheæ

Prouer. 12.

Triplex tristitia.

Ariditas et tristitia sanctorum cur quandoq; à Deo permittatur. virum iustum occupat tristitia, & facit, vt amittat suas consolationes, suas preces, suam animi dulcedinẽ. Atq; hoc esse verum, tribus tibi excellentissimis viris adductis in testimonium luculentum facio. Primus est Iob, qui mœrore deprimebatur, cum dixit. Tædet
Iob. 10. animam vitæ meæ &c. Mansit autem semper firma illius virtus. Tametsi suam ipse consolationem amisisset. Elias quoque quem ait D. Hieronymus, fuisse similem D. Ioan. Baptistæ, idem ostendit facto. Nam legitur cum quandoque sub iunipero extitisset tristitia
3. *Reg.* 19. plenus, dixisse. Tolle, Tolle animam meam, neque enim melior sum, quã patres mei. Eneca me domine, neque enim iam vltra, quid faciam scio. Namque non sum ego melior, quàm patres mei antiqui, qui tamen
2. *Cor.* 1. obierunt. Tertius est Paulus, qui Corinthiis ait. Supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Tristitia itaque sæpe iustos ho-
Prouer. 12. mines occupat, quod ad sentiẽdi vim spectat. Et hoc facit omnipotens Deus, vt eos in humilitate detineat, atq; cognoscant se esse homines. At in homine probo confestim ratio consurgit, neq; sinit se absorberi à tristitia. Contrà qui ratione viuere non vult, non resurgit. Et ideo improbi non possunt emergere, vt & Salomon subiungit dicens. Impij autem replebuntur malo. Venit ergo propheta electos Dei, qui mœrore affecti sunt, consolaturus. Nihil est, quod iuxtà solatio sit atque sacræ scripturæ. Consolamini itaque boni in tribulationibus. At verò istæ, quas tolerauimus paucæ sint, verba sunt duntaxat. Nos duas tantum partes tulimus crucis, nempe paupertatem, & im-
Eximius affectus concionatoris veri. properia. Nos & carcerem, & mortem volumus. Da mihi domine & tertiam & quartam partem crucis. Nos illam volumus. Audi modo vt propheta hîc

egregie

egregie nos consoletur. Mira res, vt illi sancti viri, qui nos præcesserunt, comprehendebantur, & in vincula conijciebantur, flagellabantur & lacerabãtur. O puellas illas, quæ per plateas ducebãtur. Diuus Clemẽs pro esca piscibus datus est. O quot electi Dei exporrecta fronte ad martyrium contẽderunt. (Ne læteris inimica mea.) Ego volo, vt cantilenam componamus, & recinamus inimicæ hoc mane. Sed prius libet mihi fundamẽtum tibi præstituere. Inuisibilia dei per visibilia congnoscuntur. Ecce verbi gratia nos agnitionẽ vsurpamus existentiæ dei in omni loco ex hominis anima quàm manifestè colligimus esse totam in toto hominis corpore, & totam in quacunque eius parte. Vnde opus est prius intelligas animæ intellectiuæ non esse partes. Est enim vna & indiuisibilis, & nequit extẽdi. Anima item est, quæ corpore, omnibusque partibus corporis vitã tribuit, vt experientia visitur. Cũ enim recessit anima, remanet corpus mortuum. Igitur cum sit anima vna & indiuisibilis, sequitur, si ipsa omnes partes viuificat vt dictum est, totam ipsam in singulis esse partibus, itidem cum totũ corpus viuificet, consequẽs est eam totam esse in toto corpore, totáq; in singulis partibus eiusdem corporis. Sic etiam dicimus Deum, qui omnibus rebus esse tribuit, esse in omnibus mundi rebus. Ipse est prima causa & non potest vllum agens naturale operari, nisi coniũctum sit virtuti primæ causæ. Prima siquidem causa plus influit in effectum, quã secunda. Quamobrẽ Deus ipse magis est propinquus effectui, q̃ virtus secũdæ causæ. Et quoniam virtus Dei est ipse Deus, sequitur Deũ esse in omnibus effectibus, & in omnibus actionibus operationibusq; secũdarum causarũ. Atqui tu nequis dicere de Deo vt de potẽtiis animæ, quę in vno aliquo membro aliquave parte operantur

Fundamentum ad doctrinam sequentem.

rantur extrà tamẽ minime operari possunt. Vidẽdi po tentia nullo pacto potest agere, seu operari nisi ministerio organi ocularis. Intellectus noster tametsi organo nõ alliget corporeo attamẽ q per ipsum intelligere velit phantasmatis opus habet, capitis, & cerebri ministerio cõformatis. At vero cum Deus vbiq; vt diximus sit, tanquam prima rerum omnium causa, cumq; vnus sit & indiuisibilis, efficitur, vt in toto mundo sit, & in

Prouidentia & sapiẽtia Dei.

omnibus mundi rebus. Et quia infinitus est, & lumine immenso pollet, dicimus ipsum, & omnia videre, & vniuersis rebus prospicere etiam minimis, & quia primũ est agens, & solus ille, qui est, dicimus illũ dare esse omnibus rebus. Et quia infinita affluit sapientia, quod ex ordine creaturis imposito ꝑ illũ & seruato liquet, dicimus, ab ipso omnia ordinari, & quia infinitę est sapientiæ dicimus illum omnia & facere & mouere. Vt

Propositio.

anima corpus mouet sua volũtate, quo illi libitum est ita Deus omnia, quæ sunt in mundo & omnia, quæ ad illum spectant pro suo arbitrio mouet, non circũscriptis hinc seu exercitibus seu hominibus. Supposui tibi hoc ipsum fundamentum, vt exactius tibi elucidẽ textum nostrũ, vt cernes. Loquar prius & bonos & iustos agens, in hunc textum nostrum, deinde partes agam bonorum ciuium, ciuitatem amantium, posteà autem vices totius Florentinæ ciuitatis geram, & omnium nomine eloquar. Et quoniã nullus est, qui non habeat inimicum aliquem, dicemus cuiusq; causam agentes, & nomine vniuscuiusque. (Ne læteris inimica mea.) Audi modo hanc cantilenam.

¶Actum est de nobis, aiũt aliqui probi. Ego me ipsum dedo ait ille. An tibi ignotum est Deum vbiq; esse & omnium esse autorem? Assero tibi ab ipso haud quaq̃ esse deserendum hoc opus. Imò quò plus persequu

tionum

tionũ illud patietur, fortius perstabit. Hoc vinũ quodda est recens, vinum est quod quò plus viguerit calor, generosius euadat. Quò calor persequutionũ acrior erit hòc amplius opus hoc progredietur. Nihil soliciti sitis. Tempore Christi tametsi ille mortuus fuerit non tamẽ continuò ecclesia collapsa est. Tempore diui Stephani quanquã ille oppetierit, non tamẽ ideò ecclesia defecit, imò fortior euasit. (Ne læteris inimica mea.) Ne inquam læteris, Deus nanq; est qui omnia facit. Tu nihil facies nisi ea, quæ ipse volet. Tu circa istud opus nihil facies, nisi quod ornamento & decori sit huic eidem operi. Esau qui fratrem insectatus est, pro corona illi fuit. Scribę & pharisæi gloriæ fuerunt Christo. Vidisti ne vnquam, tu inquam, nam ego ipse iam vidi, canes catena vinctos, ipsi oblatrant si illos prætergrediaris, & hucusq; progrediuntur, nequeunt tamen progredi præterea, quia & catena, & amici tui manus, qui canem comprehensum catena habet, detinet eum. Ita & virtus Dei qui omnia continet, omnia sinit procedere quãtum ipsi libet. Virtus Dei vbiq; est. Ecce hîc illam ipse non sinet hoc opus malo affici aliquo, nisi quãtum pro suo ipsius arbitrio sit. Et ideò. (Ne læteris inimica mea.) Ego in præsentia de spiritualibus rebus loquor. Etiam si me neci dederis, ne læteris ò tepide, super me, quia cecidi, ne super me læteris, nempe id gaudẽs, quod ceciderim, (Consurgã cum sedero in tenebris.) Credo enim me cum Christo resurrecturum, & hanc carnem penetraturam cælum, & te à me ipso cũ Christo iudicãdum. (Ne igitur læteris inimica mea.) Nam & si carnẽ hanc de medio tuleris, atq; hoc corpus, ego nihil expauesco (Dominus lux mea est.) Si tu domine mea lux es, sat habeo. Si mecũ dominum meum ego habeo, vniuersas ærumnas ne pili quidem facio. Quid faciunt

Simile.

Simile de tribulationibus bonorum.

faciunt ad hominem cum ærumnis colluctantem, anxiumq; deliriæ mundi, aut quid illũ iuuãt? Sane nihil. Quomodo noxia sit homini ꝓbo hylari & lęto tribulatio? Nullo modo. Et ideo fac, quęcũq; voles, ego em̃ nihil timeo. Ne exhilareris, cum in tenebris ego sum, atque in ærumnis. (Dominus enim lux mea est.) Ipse mihi ostendit illas ocyus transituras, & perennem coronã mihi cõmonstrauit. (Iram domini portabo, quia peccaui.) Nemo proborum est, qui sine peccato sit, quiq; non erret quandoq;, quãuis ille probus, constansque appareat. (Ego irã domini portabo.) Libẽs expiabor, quo & purgatorij & inferni supplicia euadã. (Donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum,) Nempe dominus, Hoc est, donec toti orbi Deus ipse hanc eandem causam palam faciat. Ego veritatẽ prædico, tu illã minime credis tepide. Deus iustum comprobabit rectumq; totum illud fuisse, quod ego toti orbi dixi, id inquàm faciet in hoc destinatis ministris. Mittet pestilentiæ iudicium, & tu illi adstabis, & tunc ipse iustificabor. Hoc est quod ad probos perfectosq; attinet.

Aliter sub persona bonorum.

¶ Hoc ipsum minime illis satisfacit qui spiritum neutiquam habent. Agam modo bonorum ciuium partes. Bonorum dixerim, quòd sint etiam qui nequaq̃ rectà vadant. Illorum igitur personam induens qui recta vadũt aio. (Ne læteris inimica mea, super me, quia cecidi.) Aiunt improbi, de nobis actum esse, & irridẽt nos. Memento exempli de vulpibus & gallinis, quas dixi tibi rostro petituras vulpes & simul etiã memento me dixisse regressurum ignem in vulpes ipsas. Ego tibi dixi ignem ab ipsis circũferri caudis applicitum. Et ita prorsus erit. Ego illas vidi, ipsæ irascũtur, & mala moliuntur. tu catena contineris neq; quicquã aliud

potes

potes facere, quàm quod Deus velit. Audi modo, quod tibi dico, & scito hoc in cælo ita stabilitum. Etiam si gubernatus iste disturbatus esset, & amissa esset tua libertas, atq; ingenuitas, non dico tamẽ ita futurum, sed si ita donaremus, (cõsurgam cum sedero in tenebris,) Consurget gubernatus iste, & aio tibi, denuo consurges. Aiunt boni ciues. (Dominus lux mea est.) Dominus lux nostra est. Nos in illum spẽ nostram gerimus. (Iram domini portabo quia peccaui.) Ait bonꝰ. Opus est propter Deũ persequutionẽ portare, & in vestrorum criminum expiationem. Dico etiam vobis boni, si vos in prauos animaduertissetis, & iustitiã exercuissetis, nullo pacto in hac afflictiõe atq; ærumna essetis, quam toleratis. Feretis ergo irã Dei. (Donec causam meã iudicet, & faciat iudiciũ meum,) causa tua ò ciuis hæc est, vt tu recte sis erga tuã ciuitatẽ animatꝰ. Ille ait se recte aduersus ciuitatem animatum. Et non ita habet. Deus igitur hoc iudicium exercebit & ignis regredietur. Loquamur modò sub Florentiæ persona. (Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi) Italia inimica mea, ne contrà me læteris. Licet videar collapsa, nõ iuuabit te consilium. Ini consilium, quantum libuerit. Nam modò tua consilia defectura sunt. Nunc tui sapientes defecturi sunt. Quem tu sapientem habes, qui illud excogitare queat, quod dominus excogitauit, quodq; in Italiam molitus est, & de tuis flagellis destinauit? Ego hic tibi hoc dico: Deus tamen tibi commõstrabit, præpostera, atque contra quàm par sit, tua esse consilia omnia, quàm incomprehensibilia sint iudicia Dei. (Ne læteris inimica mea) ait Florentia (consurgã cũ sedero in tenebris) Ego illa sum quæ caput sum elatura. Florentia caput eleuabit. Nec tu facies vlterius, q̃ tibi per Deum licebit. (Dominus lux mea) ait Florentia.

Aliter sub persona Florentiæ.

tia. Florentia non tuum regimen, nō tua sapientia, sed Deus erit, qui te eripiet. Tu ærumnas es latura. (Iram domini portabo, quoniam peccaui.) Tu differs iram, ꝙ multa peccata admittas. Vbique vacatur ludo. Vbiq; cōuicia iactantur in Deum. Vbiq; scelera patrātur. Opus ergo est iram domini portare. (Donec causam meā iudicet, & faciat iudicium meum) donec tuā causam dominus iudicet. Quæ est ista causa? Tu ais Florētiam in causa esse, vt Italia in discrimē veniat. Florentia non induxit copias in Italiā. Tu id nequāquā fecisti Florētia: sed potius Italia id fecit. Florentina hæc politia nulli nocuit. Dominus hanc causam iudicabit, & eos, qui malum in Italiam intulerunt. Ipse iudiciū faciet venturos Barbaros immittens. Immittet pestē, & iudicium suum faciet Dominus. (Ne igitur læteris inimica mea.) Hoc primum est verbum, & prius gaudiū, atq; prius solatiū, quod nobis hoc manè propheta noster nobis tribuit. Veniamus modo ad alterum.

Qui motus sint contrarij.

¶(Educet me in lucem, & videbo iustitiam eius) Prolixas quæstiones arduasq; proponunt philosophi isti, dum quærunt, quinam duo motus sint contrarij inuicem, scilicet, quod vel fœminis sit perspicuum. Omnis motus, & initium habet, & finem. Donemus hîc duo esse quæ sint punicei coloris, alterum eorum fiat album, scito illa sub initium non fuisse contraria, esse tamen in fine. At si alterum esset rubrum, viride alterū, & cādorem alterum, alterum verò nigredinē subiret, tum in principio, tum in fine, contraria vocitarentur. Sic etiam dū mouentur duo corpora, alterū sursum alterum deorsum. motus illi sunt cōtrarij, corporaq; illa in locis sunt cōtrarijs. Itidē ostendere tibi volo, bonos ciues malis esse cōtrarios. Atqui alij sunt, qđ spectat tā tùm ad finem cōtrarij, quo ad initium attinet non itē.

Alij

Alij verò sunt,quod ad vtrumque facit,contrarij. Sunt aliqui qui desiderant bonum spirituale, præterea verò nihil curant.Alij sunt,qui bonum spirituale præsertim optant,sed quo ipsum sustentari queat,temporale etiã affectant, gubernatumq; ciuilẽ bonum cupiunt, & isti duo neutiquam contrarij sunt. Alij sunt quibus cordi sunt præcipuè tẽporale bonum,gloria, opes, potẽtiaq; Florentinæ vrbis,sed quò istud bonũ temporale serue tur,in votis est illis etiã spirituale. Equidẽ bonum spirituale optarim, & vti vos illud ante omnia haberetis vellem.Hinc etiam exordiri motum fert animus,tum deinde omnia in huiusce boni gratiam cuperẽ. Aliqui alij quamuis baptizati fuerint, & nomen Christo dede rint,& par sit ab ipsis bonum spirituale desyderari, tamen nihil id morãtur, neq; aliud quàm diuitias sitiũt, & nisi hac regiminis via ipsis sub manũ opes succedãt, alia praua ratione acquisitas vellent, etiam si sub tyrãnidẽ eos redigi hac gratia necesse esset, instar minimorum dæmonum, qui nõ valentes à deo adipisci glo riam illam,quã ab ipso habere cupiebant, dæmoni ma ximo Lucifero se dedidêrunt,sperantes vel sic à se illã obtinendam, quãuis naturà minimè optarent subiici. Sic etiam aliqui hîc dicũt. Ego vellem illam gloriam, illamq; fœlicitatem,quo meum ipse bonum sartum te ctumq; seruarem, & quoniam id ipsum bonum in hac gubernandi ratione habere nequeo, optarim potius ty rãnidem,non quòd subdi desyderem,sed vt qui institu ti mei sunt,curari & promoueri possent. Atq; hoc pacto sunt,qui solùm vellent spirituale bonũ,& qui temporale tantum optarint,& isti & in principio,& in fine sunt contrarij.Sunt etiam,qui temporale ob spirituale & qui è conuerso spirituale ob temporale vellẽt. Atq; isti per diametrũ quoq; sunt obiecti, tametsi nõ ita pro

Applicatio similis ad varios affectus qui in rep. sunt.

Simile de cupiditate ingenti.

Kk prìè.

priè. In summa contra quàm debeant agunt, quòd vel lent spirituale bonum propter istud ciuile & temporale. Cumque contrarij sint, contrariis lationibus agitantur, contrariis gaudiis, & contrariis mœroribus. Audi modo.

Gaudia et tristitiæ proborum & prauorum.

¶ Hi qui sibi præfixerunt terminũ in temporalibus bonis, quique ibi etiam suum habent principium finemque, quòd spirituale deficiat, parui pendunt. Contrà autem boni faciunt, qui principium & finem suum in spirituali bono statuerunt, & idcirco contrariis præditi sunt qualitatibus. Bonorum gaudium immaculatum est. Nam quò est absolutius obiectũ, hoc est gaudium absolutius. Atqui boni in Deo lætantur, qui absolutissimum est obiectum, gaudium igitur illorũ absolutissimum est. Contrà improbi malis lætantur, quòd illis bonum apparens est, & ea re nunquam aliquod verum purumque gaudium habent. Illis lætantur rebus, quibus eos lætari non oportebat. Et falsi remanẽt instar illius, cui puluis suphuratus pro aromatis datur. Aliquis tibi pro aromatis puluerem hũc dat, & minimè bene facit. Præterea praui cùm vident vicinos suos vindictam sumere, lætantur malo illo, non tamen habent verũ gaudium. Quemadmodum & diabolo vsu venit, qui gaudet pertrahendo ad peccatum hominem: sed tamen quoniam illum odit ipse dæmon tristitia afficitur, & non gaudio. In summa cùm tribulatio veniet, non valebunt hilares esse, vt qui solùm temporale ament. Boni tamen vero gaudio perfundentur. Ecce textus noster asserens. (Educet me in lucem) nimirum Dominus. Ego in præsentia personam hominis probi subeo, qui ait. (Ne læteris inimica mea.) Nam & si occidero ipse, in lucem me dominus efferet, ego in æternam requiem cõmigrabo ad videndas inde tribulationes:

Si autem vixero (videbo iustitiam eius.) Videbo affe-ctu iustitiæ diuinæ,& non affectu vlciscendi,ærumnas tuas. Quid tu ages tūc inimica mea,cùm in illa requie erimus? (Et aspiciet inimica mea) Inimica intuebitur cùm erimus cum Christo,ad te diiudicandum(Et operietur confusione.) O improbe tu in terra eris tunc.O improbe si tu id nosses, nempe te separatum in terra futurum, confusione plenum, non faceres id quod facis.Inimica mea plena erit confusione, quæ mihi modò dicit, (Vbi est Dominus Deus tuus?) Tu ais te loqui cum Deo. Nihil hoc est ô improbe (Oculi mei videbūt in eam)Oculi mei te aspicient,& dicent.An excidit tibi, vt ego te docuerim bonum tuum,vtque ipse illud detrectâris?Oculus ergo meus te videbit (Et nūc erit in conculcationem vt lutū platearū) Tunc in conculcatione eris ipse,cùm dicetur, Ite maledicti in ignē æternum. Tu etiam modò in conculcationem diaboli ibis. Hoc ergo est, quod ad spirituale spectat. Audi modò, quod ad ciuile facit. *Matth.25*

¶Nos non lætamur malis vestris, sed pro vobis Dominum oramus. Dicunt adhuc boni ciues (Educet me in lucem) Cùm tempus fœlicitatis Florentiæ veniet,Dominus nos in lucem efferet (Et videbo iustitiam eius) Animaduertetur enim in prauos. Videbis ipse eos affligi. Dixi tibi, vt eos notares. Illi occidentur, nisi viuendi modum mutarint. Dissipabuntur etiam domus ipsorum. Dices pòst à me non tibi prædictum. (Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione quæ dicit ad me, Vbi est Dominus Deus tuus?) Idest. Isti, qui vobis dicunt de vobis esse actum, quicunque illi erunt confusi remanebunt. (Oculi mei videbunt in eam.) Oculi mei videbunt, vos illos videbitis. (Nunc erit in conculcationem, vt lutum platearum.) Nunc,

idest, citò cōculcabūtur instar luti, quod est in plateis. Et hoc est, quod ad dicta bonorū ciuium attinet. Ago rem modò verbis tuis Florentia. Dic tu etiam sic. (Ne læteris inimica mea) nec dicas me concidisse. (Educet me in lucem) Ego gaudio atq; felicitate implebor (Et videbo iustitiā eius) & videbo districtos enses per vniuersam Italiam in prauos volūtates. (Et aspiciet inimica mea, & operietur cōfusione) Italia inimica mea me videbit, & pudefiet. Et veniēt sub tuum iugum Florentia, qui in ea sunt. Et nequibunt suam ipsi ferre cōfusionem, qui tibi in præsentia dicunt (Vbi est Dñs Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam. Nunc erit in conculcatione, vt lutū platearum.) Florentia tu cernes eos afflictionibus conculcari. Itaq; ne animū desponde. Consolare in ærūnis, es nanq; surrectura omnino, ita vt consolanda sis postea. Lætare ergo Florentia. Et hæc est altera capitis particula, pergamus ad tertiam modo.

¶Non creditur hoc (Dies vt ædificentur maceriç tuæ, in die illa longè fiet lex. In die illa, & vsq; ad te veniet Assur, & vsq; ad ciuitates munitas &c.) Dies subaudies, veniet, &c. Tertia hæc pars ad literam exponitur duobus mobis. Alterum ponit hîc glossa. Et ait hunc textū loqui de Ierusalē, cùm abductus in captiuitatem Babylonicam populus, postliminio Ierusalem regréssus est. Ierusalem tribulationes tulit, sed postea fuit cōsolata, & visitata à domino. Itaq; ne tu addubitaris, si ipsa etiā afflictêris. Scis autem quādiu non euenerint Ierosolymç ista? Plus septuaginta annis dilata sunt. Et tūc ædificatç: sunt maceriç, & lex Babylonica propulsata est ab Ierusalem, quòd tali seruitute fuerit exempta. Ego citius venturas tibi tuas fœlicitates annūtio. O si tandiu tibi illæ essent differendç. Sed ego aio tibi. Nos qui modo vitalem auram vsurpamus, quique hoc loci adsumus

Sensus literalis.

Prophetiæ Michææ quā diu non impletæ.

mus, visuri id sumus. Abducti igitur sunt isti ab Ierusalem in captiuitatem Babylonicam, & tulerunt illam septuaginta annos. Et post (in die illa) nempe quando ædificabuntur maceriæ (Venit Assur) Idest, ex Assur, hoc est, illi qui septuaginta annos inter Asyrios vixerunt, regressi sunt ab ea regione, & venerunt in Israël (Et vsque ad ciuitates munitas.) Hoc est. Ad habitandum in munitis ciuitatibus. Et à ciuitatibus munitis vsque ad flumen) hoc est. Venerunt vsque ad Iordanem, qui in confinio erat terræ promissionis, quem ipsum antea populus traiecerat. (Et ad mare de mari) Venerunt à mari rubro, vsque ad mare mortuum. (Et ad montem de monte) Et à monte Mediæ & Persidis, venerunt vsque in montem Sion. (Et terra erit in desolationem propter habitatores suos.) Terra illa Chaldæorum in desolationem data est propter peccata habitantium in ea. Iuxtà alteram expositionem agitur in his verbis de diebus tribulationis Ierusalem à Senacherib illata, qui venit in Ierusalem ciuitates munitas circa illam sitas vastans, &c. Sub Ezechia Rege filio Achaz regis iniqui. Et fuit humi proiecta lex Dei. Ipse enim fecit idòla adorari. Atque hanc expositionẽ tangit hic Nicolaus Lyranus. Quid nunc ego in hunc textum tibi dicam Florẽtia? Age incipiamus ordine præpostero adaptare tibi expositiones istas. Hoc est. Incipiamus Florẽtiæ verbis agere, & exordiamur à temporali, tametsi supra ab spirituali auspicati semper fuerimus, & videbis verum fore, quod tibi dicam.

Alter sensus literalis.

4. Reg. 18. & 2. Paral. 32. Esaiæ. 36. Ecclesi. 48.

¶(Dies vt ędificentur maceriæ) Florentia dies veniũt imò venerunt, quibus tuæ maceriæ ędificabũtur, murique tui interrupti instaurabuntur. Bona tua viuendi ratio, quæ iam inchoata est, signũ est bonã viuendi rationem dissipatam prius, in te instaurandam, recõcinnandamq;.

damque. (In die illa longè fiet lex.) Sub illud tempus longe distabit lex. At tu dices par esse, vt econtrariò contingeret. Vita siquidem bona instauranda est, quæ erat dissipata. Lex ergo oporteret, vt prope non longè esset. Respondeo tibi textum rectè dicere, & hanc esse virtutem. Tu cernis, postquam bonam vitam agere boni inchoarũt, legem Dei, quod ad prauos facit ab eisdem prauis longe abfuisse. Et ita contextus hic intelligitur, quod ad improbos attinet. Aspice, vt illi legem Dei respuant, imò contra vt pleni sint sceleribus. Detrectant insuper leges bonas quas sanciri par foret. Tu illas noluisti. Et tuis cautionib⁹ leges bonas destruxisti. Omnia vastitati patuerunt. Aspice vt per totam vrbem ludatur. Tu bene agere auspicata es, & quatuor ab hinc mensibus peior, quàm in initio eras, facta es. Sic scribæ & Pharisæi fecerunt, qui prius bene facere adorti sunt, & improbi deinceps euaserunt, & Christi persequutores. Et ideo quemadmodum illis contigit, sic & tibi vsu veniet. Lex igitur Dei longè abscessit (in die illa vsque ad te veniet Assur.) Veniet tribulatio; venient copiæ, & Barbari à Deo missi. Assur interpretatur dirigens. Quod innuit per Barbaros dirigendos esse homines in viam Dei, extra quam sunt. (& vsque ad ciuitates munitas) Venient Barbari vsque ad ciuitates munitas. Italia cura muros tuos muniendos constabiliendosque. Fac singulo cuique foramini, bombardæ sint appositæ. Nihil, aio tibi, proderunt, nullo negotio comprehendentur. (Et à ciuitatibus munitis vsque ad flumen) subaudis, venient. Ad flumen sunt isti Barbari venturi. Flumen hoc erit Tyberis vt in Israël erat Iordanis. Ita etiam vsque ad flumen isti venient, vt apud illos vsque ad flumen venerunt illi. Et illi qui intra ipsum Tyberim, nempe Romæ, alios neci dederunt.

Mire respondit postea res ipsa.

dederunt, illi, inquam, ipsi necandi sunt. Hæc prior est expositio. Altera est, te ò Florentina ciuitas, postquā tribulata fueris, procedente tempore surrecturam. (Dies vt ædificentur maceriæ.) Erunt tunc dies, quibus tuæ maceriæ ædificentur (in die illa lōgè fiet lex.) Idest. Illis, qui tibi nunc ferre legem volunt, tu olim legem feres. (& in die illa, & vsq; ad te veniet Assur) id est exteri te reuisent. (Et vsq; ad ciuitates munitas, & à ciuitatibus munitis vsq; ad flumen) reuisent te ciuitatem munitam, & omni bonorum genere ædificatā. Et venient vsq; ad flumen visendi tui gratia, vsque ad flumen, inquā, Arnum. (Et ad mare de mari, & ad mōtem de monte. Et terra erit in desolationem, propter habitatores suos, & propter fructum cogitationū eorum.) Sub hoc ipsum tēpus terra erit in desolationē, propter incolarū suorum scelera, & ob fructum malarum suarum cogitationum. Sub hoc ipsum tēpus Italia multifariam affligetur. Et tu incipies efflorescere, vt aliàs dixi tibi: Cùm enses per Italiam volitare cœperint, tunc ipsa florere incipies. Agedum pergamus præterea ad aliam expositionem.

Fluuius est ipsam Florētiam alluens

¶Nos modò ad bonū spirituale contēdimus. (Dies vt ædificentur maceriæ tuæ.) Dies iam appetunt, quibus spirituale tuum bonū incipiet. (In die illa longè fiet lex.) Tēpore illo longè dissidebit lex, in longinquūq; proiecta erit. Atq; faciet charitatis lex, vt vnusquisq; charitate polleat. (In die illa, & vsq; ad te veniet Assur.) Veniet ad te Assur. Venient Turcæ vsque ad te, Florentia, Venient inuisendi tui causa. Venient, vt baptisma suscipiant. (Et vsque ad ciuitates munitas) Et venient vsque ad ciuitates munitas, quæ templa sancta erunt, vbi concionibus vacabunt sancti sacerdotes, qui non expendent Christi rem in coëmendis

alendiſque canibus,& mulabus,neque in faſtus oſtentationibus. Ciuitates munitæ erunt etiã bona monachorum inſtituta. (Et à ciuitatibus munitis vſq; ad flumẽ) venient à ciuitatibus munitis ad flumẽ vſque. Hoc eſt, Qui conuerſi erunt à ſanctis ſacerdotibus, atque monachis venient ad baptiſmi, pœnitentiæque fluenta. (Et ad mare de mari) Venient ad mare de mari. Duo ſunt maria. Alterum afflictionum bonorum, alterum ærũnarum improborum. Exibunt de mari huius mundi, & de mari improborũ,& venient ad bonorum mare. Et ſatius ducent ob Chriſtum oppetere,quàm propter mundum affligi.(Et ad montem de monte.) Venient ab vno monte in alium montem. Proficiſcentur à ſuperbiæ monte, & venient ad orationis, fidei, pœnitentiæque montem. (Et terra erit in deſolationem, propter habitatores ſuos, & propter fructũ cogitationum eorũ.) Deſtruẽtur homines profligatæ vitæ,atq; terreni,propter ſua flagitia,& prauos cogitatus. Tu id neutiquam credis. Audi modò verbum vnicum.

Duo maria.

¶Ipſi rident. Quantum tamen credis tu fuiſſe deriſum, hunc prophetam? Ipſe adhuc ſimplicius me loquebatur. Hiſtoriam tibi narrare fert animus, ſi priùs tamen verbum tibi dixero. Tu obmurmuras, ſentio. O monache, literæ deprehenſæ ſunt. Scis tu quid fieri opus eſſet? Opus eſſet antequã quicquã loquerêris, vt ipſas videres. Ego ita hauſi hiſce auribus. Et mihi ipſæ allatæ ſunt. Ipſe vidi. Bene ſanè. Et quid tibi videtur? Videntur mihi omnia tuta atque ſecunda eſſe, & debere omnem Florentinum hominem lætari valde, niſi hoſtis ille ſuæ patriæ ſit. Debes igitur te illi, qui id fecit, obnoxium iudicare,atq; ducere. Regrediamur nũc ad Prophetam. O monache tu horribiliter concionaris. Scripturæ tenor iſte eſt. Et propheta noſter, aliàs bona,

Digreſſio.

Michea
Amos.

na, aliàs mala intonat. Deus huius scripturæ est autor, Memini me in Archiepiscopi Antonini chronico legisse, in quadam Galliæ vrbe, quæ ab Hunnis obsidebatur, & postea fuit periculo defuncta, viguisse Arianorum hæresin, qui asserebant personas diuinas esse inæquales. Erat tunc ibi episcopus quidã vir sanctus, ob cuius merita visæ sunt cælo tres chrystallinæ guttę delabentes, easq; esse æquales, quæ æqualitatem diuinarum personarum significabant, & diuinitus in vnũ coierunt. Ciues eas assumpserũt, & in medio crucis cuiusdam miserunt. Et vniuersi ęgroti virtute illarum sospitabantur, fidemq; rei omnes adhibebãt. Omnes præterea boni videbant guttas illas albas, improbi verò nigras. Ita & hîc vsu venit. Si nos diuina dicimus, neque improbis vera apparent, ab illis est defectus, vt Augustini sententia astipulatur, dicentis, Palato non sano panem amarum esse, cùm sit tamen ille suapte natura dulcis. Praui vos obloquimini. Ait seruator noster de Iudæis, cui autẽ similem ęstimabo generationẽ istam? Cecinimus vobis, & non saltastis. Lamẽtauimus vobis & non planxistis. Venit Ioãnes Baptista pœnitentiam prædicaturus, & pœnitentiã in deserto agebat, & vos audire illũ renuistis. Venit Dei filius, qui versatur inter peccatores, & cum illis edit, & illum persequimini. Sic tu facis Florentia. Si ego dulciter concionor, displicet tibi. Si acriter inuehor, & ærũnas è suggesto inclamo, non placet. Tu obstrepis, & quotidie mutaris. Ego nequâquam mutor. Fixus permaneo, & adstruo omnino euentura, quę tibi dixi. Et tam est certũ illa vẽtura, quã me hoc loci esse. Aiebat Paulus apostolus. Ego à Iesu Christo euangeliũ accepi. Et multi in ipsum conabantur calũnias intendere, dicentes ab ipso non susceptum euangeliũ, eo modo, quo alij susceperant apostoli. Ipse

Miraculũ in confirmationem fidei sanctæ trinitatis ex Anto. 3. p. Histori.

Simile.

Matth. 11. Luce. 7.

Auditores aliqui similes Iudæis.

Gala. 1.

respondet,& ait. Ego à Christo illud accepi. Sed abij ad Petrum, vt ab illo testimonium acciperem, atque adeò ab aliis apostolis,& cum ipsis illud contuli. Et inuenio id ipsum,quod ego habebam, & ideo nihil hæsito. Ita & ego tibi dico, certò à me sciri quod tibi dixi, neque possem adduci,vt contrarium vnquã dicerem: aut istud ipsum nõ crederem. Ego ad lumen naturale istud retuli, ad lumen fidei,ad scripturas sacras. Nihil, quod obstaret, inueni,sed omnia vnum atque idem lumen sunt. Scripturæ vniuersæ atq; euangelia omnia, illi,quod tibi dico,consentiũt. Sic etiã hæc doctrina tribulationẽ excitat, vt illa apostolorũ & prophetarum excitabat,& omnia tamen adimplẽtur. Omnes,aut ferè omes prophetę,atq; apostoli interfecti sunt. Et ideo nimirũ,si & nos contradictionẽ patiamur. Tu murmuras cùm tribulatio venit. Nùm ego tibi ipsi non dixi prius,iuxta bene,secusve abs te gesta, flagellum passuram,Florentia? Scilicet nihil egesti mali. Cernis vbiq; ludo dari operam,& omnibus in omnia vitia per te licere deuolui. Et ideo si tribulatio aduenit ne id mireris. Ordine suo vt ego tibi dixi, res succedunt. Adde, quod hæc opera ad homines fœminasq; spirituales retuli, & inuenio omnes, qui vel aliquẽ gustum spiritus habent ipsis adstipulari,quæ ego tibi dico. Et ea re ego haud mutor,imo ipsa confirmo. Ego improbis nullã fidem adhibeo,quòd sciã scelerosis sua arcana Deũ non patefacere,sed bonis. Sub hæc te profecto nequâquam par est credere, me ignorare quale,quantumq; geram ipse negotium,cuiusq; periculi. Ego tibi assero Dominum ipsum id dixisse, quod tibi ego prænũtiaui. Et idcirco nihil extimesco. Crede mihi, sat ego scirem furorem hunc euadere. Video me hîc esse,ceu pro signo sagittis exposito. Sed potius duco vitæ iacturam facere,

Quis lapis lydius doctrinæ Hierony.

Mos Dei in reuelandis arcanis.

quàm

quàm mēdaciū dicere. Fide tamen Deo, & ipse te saluū tectū curabit. Audi modò. Volo enim narrare tibi, vt Deus olim quosdā seruos suos eruerit, vt illi confidas. ¶Filij ne timeatis. Est siquidē hoc opus Dei: O pater, quid si te fato fungi contingat? Ne vel sic addubitetis. Deus enim nō derelinquit opus suū. Sit tibi hic murus aheneus, opus Dei esse istud, & nihil formides. Moyses vita functus est, & ingressus est tamē populus in repromissam terram. Non dico, me ita nunc è viuis migraturum. Deus huius rei arbitrium habet. Equidem nonnūquam mea peccata expaueo. Ad hoc tamen habemus Deum, qui nobis, quæ sua est misericordia, nostra peccata donabit. Quòd si nostram consolationem amisimus, Deus nobis illam restituet. Crede mihi electi Dei perire nequeunt, quicquid eueniat. Dominus illos non sinet interire. Agedum veniamus ad ereptionem, quam tibi narrare volo.

¶Aureliæ vrbis Galliæ episcopatū gerebat D. Annianus, & ciuitatē obsidebant Hūni sub Attila duce, & habebant arietes, & reliquas machinas ad impugnationē vrbis comparatas. Diuus Annianus cum credente eidē populo, muros perābulabat pompā solennem peragēs, & litaniam omnes concinebant, orationibusq; auxiliū diuinum sibi emendicabant cælitus immittendum. Sacerdos quispiam, qui foris erat in castris inimicorum, vidit illos, & dicebat. Papê, quàm isti sunt stulti. Ad eundem modum nos fecimus in ea vrbe, vbi ego degebam, incassum tamen. Scis tu, quænam orationes fortasis fuerunt, quas ille sacerdos effuderat? Illæ planè, quas funderent aliqui ex his qui sunt Florentiæ. Descenderunt Hunni ad confligendum cum his, qui ab vrbe erant. Concurrit totus populus ad templum, & Diuus Annianus super muros remansit, sensitque præsidium

Vincē. li. 20 c. 13. ex Sigisberto. & Hugone Floriacensi. & post hos. D. Anto. 2. p. hist. t. 11. c. 8. §. 6.

Admirādū fidei exēplū.

sidium

ſidium diuinum, quod ſancti ſentiunt, cum exauditi ſunt. Et dixit. Ne vos ipſos dedatis. Expuitque contra inimicos, & facta eſt ingens pluuia quatuor diebus, ita vt Hunni nocere illis non poſſent. Deinde exiit foras Annianus, & dixit Attilæ. Ego ſum legatus populi, quem tibi commendo. Ipſe reſpōdit, faceſſe hinc, Ne mihi negotium exibeas. Et conſtrinxit terram. Igitur altera pars ſeſe dedit, hoc eſt, improbi ſeſe Atilæ dediderunt, ſalute ac ſoſpitate corporum pacta. Attende quid Deus faciat in gratiam confidentium ei. Credis tu Annianū deſpondiſſe animum? Omnibus dixit. Fixi permanete, nec vos dederitis. Hunni iam intra vrbem erant, & vbiq; prædam agentes & res in currus referſtim conuaſantes. Haud longè à ſe inuicem diſtabāt Romanorum, & Gotthorum acies. Torſamundus Gothorum exercitum, Romanorum verò, Aethius ducebat, quæ duæ nationes inimicitias aduerſus Hūnos gerebant. Arreptus eſt in ſpiritu Annianus, & apparuit militi, & dixit illi. Dicito ſeruo meo Aethio, vt hodie veniat. Potietur quippe victoria. Iſte ad hūc modum dixit, vt venirēt duces iſti, virtute diuina freti. Illi candidè adhibuerunt fidē, & venerunt, & inceperunt Hūnos contrucidare. Omnes illi, qui non crediderūt diuo Anniano, interfecti ſunt, vel capti, & reliqui omnes erepti ſunt, adeò, vt ne vnus quidem è ſuis ab Anniano deſideratus ſit, nempe ex illis, qui ei fidem arrogarūt. Itaq; fili mi fortis perſta, & Deo confide. Etenim cùm exarſerit in breui ira eius, beati omnes qui cōfidunt in eo, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Incredulitas punita.

Homilia. 21. habita natali beatæ virginis. 6. idus Septembris anno. 1496. super Michæam.

Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu. Michææ. 7.



LONGE maxima est differentia, dilectissimi in Christo Iesu, inter morales virtutes humano studio partas, ac infusas. Humanitus acquisitæ ordinantur in politiam terrenam, etiam si sine gratia sint. Infusæ ordinantur in politiam æternam, atque beatitudinem, & comitantur gratiam. Virtutes morales acquisitæ faciunt, vt is, qui illis pollet, quodam ipsarum habitu, quo præditus est, operetur, suntque illi ceu naturales, & id ei præstant, vt cũ facilitate operetur. Morales autem infusæ non item. Sub initium infusionis ipsarũ, quæ per Deum fit in animam aliquam, ipsa bene operãdi habitum adhuc non sibi ipsi peperit, & ideò ægrè operatur. Intuere, vt peccator cui Deus gratiam suam infundit cùm primũ conuertitur, difficilè operetur, quòd habitũ sibi neutiquã pararit. Imò retinet adhuc contrarios habitus. Verbi gratia. In religione christiana sunt tria hominum genera virtutibus moralibus diuinitus inditis præditorum. tyrones, prouecti, absoluti. Primi, quòd habitu bene agendi adhuc vacent, patiuntur obluctationem, alij à carne, aliqui à mundo, aliqui aliunde. Qui prouecti sunt in virtute rebellionem etiam sentiunt, non tamen tantam, quantam qui tyrociniũ agunt, vt qui tandem in nõnullam virtutis perfectionem promoti sint.

Differentia virtutũ inter se.

Tria genera proborum.

Et

Et non tantam patiuntur difficultatem, quantam sub ipsa initia. Perfecti illi sunt, qui citra ęgritudinem ope rātur, vt qui habitum iam quendam sibi parauerint re ctè christianam vitam agendi. Cùm itaque propheta Michæas populo suo ærūnas prænuntiauerit, nos etiā matutinis proximis idem fecerimus populo nostro. Cumque addubitaremus, num hi, qui tribus hisce generibus hominum complectūtur, nempe incipientes, proficientes, & aliqui etiam de consummatis, cōturbati forent, heri de mane concionem habuimus consola toriā, qua tùm pertraheremus, tùm animaremus tyrun culos ad bonum, & proficiētes etiā solidaremus, atque perfectos. Diximus superiori concione nō debere læta ri inimicos nostros, nostro casu, quippe Deus nos erecturus est, & denique nos adiuturus, & victoria potiemur, atque coronā obtinebimus. Sed quoniam nihilosecius feriati non sumus à prælio, imò in pręlium contendimus, & qui in prælium egrediuntur opus est, vt escas, quibus viuant ferendas curēt, ideo hoc manè ait propheta noster. (Pasce populum tuū in virga tua) Domine pasce in virga tua populū tuum. Ciba eum, & pascua illi prębe. Ad hoc verbum de pascuis istis, immorari libet hoc manè. Et videbimus Dominum nobis esse daturum pascua quædam, & ad prælium nos focillaturum firmaturumq;. Idque inueniemus, typum quendā enarrantes ex scripturis, quæ bona sunt pascua. Sunt enim iam plures dies, ex quo nullam scripturę figuram explicauimus, attendite modò.

Epilogus superioris concionis.

Litera figura 3. & 4. c. Iudicum.

¶ (Pasce populum tuū) Domine populū tuum pasce. Inter alia scripturæ pascua, historiam illam, hoc mane desumemus, quæ habetur in. 3. &. 4. capite libri Iudicum. Quæ sic habet. Cùm filij Israël Dominum offendissent, ipse illos Egloni regi Moabitarum in ditionem

dedit, cui ſeruierunt decem & octo annos. Conuerſi deinceps ad Dominum, exclamauerunt, & erepti ſunt per Aod, quem Deus eorum aſſertorem exuſcitauit, & trucidauit Regem Eglonem. Erat Aod iſte cum primis acer, fortiſque, & ſiniſtra iuxta, atque dextra, vtebatur, & ideo ambi dextri nomẽ tulit. Poſt hæc in manus Philiſtæorum incurrerunt, & per Samgar liberati ſunt. Cumq; rurſus peccaſſent, Deus illos in manus Iabin regis Chananæorum tradidit, qui in ciuitate Aſor regnabat, qui viginti annis actis à morte Aod eoſdem oppreſsit. Habebat Rex iſte Iabin ducem quempiam nomine Siſaram, qui tenebat exercitũ in loco, cui vocabulum erat, Haroſeth. Et habebat nongentos currus falcatos ad præliandum comparatos. Cùm igitur iſte tẽpus aliquod ſubiugatos habuiſſet filios Iſraël, ob eorum ſcelera, exclamarunt illi ad Dominum, vt ipſe intelliges, & poſt viginti annos aſſerti ſunt. Videtis igitur ob peccata immitti à Deo bella, & propter pœnitẽtiam immitti ereptionem. Enimuero ſi improbi homines, & praui ciues Florentiæ, & Italia oculos haberent, viderent à Deo eſſe hæc bella, & enſem, rerũ caritatem, peſtilentiamque immitti. Et dicerent. O Domine, quid tu iſta mala infers? Profectò ob nihil aliud, quam ob peccata. Et ſic ad frugẽ ſe meliorem reciperent. Aſpice. Diluuium propter peccata venit. Sodomæ ob flagitia conflagrarunt. Aegypto plagæ ob ſcelera ſunt illatæ. Peruagare librũ hunc iudicum, & cernes ingruiſſe bella, & ærũnas inflictas eſſe propter peccata. Lege Eſaiam, & reliquos prophetas, & bella Chaldæorũ, & Aſſyriorum, & videbis prophetas nullã aliã cauſam ſignantes, quã peccata ipſa. Et quãdo calamitate afflictus atq; oppreſſus ſua peccata deflebat populus Deus eripiebat eũ. Et ideo Italia puppis, proraq; nõ eſt

Peccata cauſa ærũnarum pœnitẽtia ereptionis.

in allegendis ad bella cohortibus,&militibus armatis. Hoc est foliis & non radicibus mali mederi. Medicus nihil facit,si infirmitatis radicem non inuenit. Florentia,tu nihil facies; si iustitiam non colueris,si bonas leges non sanxeris actum est de te. Omnia in diuersum cadent. Nolim tamen assertum per hæc te non potituram prænũtiato tibi bono. Sine his tamen actum agis. Ait Esaias. 26. cap. Iustitiam nõ fecimus in terra,ideo non ceciderunt habitatores terræ. Viuent mortui,interfecti mei resurgent. Repone alta mẽte verba hæc. Si id, quod tibi ego dixi, faceres, bene ageres, sed tu omnia detrectasti. Tu intus, extraque prauos habes. Tu noluisti in ipsos animaduertere. Praui ipsi erunt, qui de te pœnas sument. Nota hoc, quod eò tibi dixerim,vt intelligas peccata esse, quæ malum inducant. Sine me modò tantisper quieti indulgere.

¶Deflerunt filij Israël, qui subiecti erant Regi Iabim, vt superius tibi dixi. Et Deus illos eruit. Erat apud illos ea tẽpestate quædã fœmina, Deboræ nomen fuit, quæ vates erat,vxorque Lapidoth,in monte Ephraim iuxta Bethel degens, sedebatque subtus palmam. Et si quid inter filios Israël cõtrouersum erat,ad illam, ceu ad disceptatricem omnis generis litium,contẽdebant. Et iudicabat populum, atque respondebat, hoc atque illud est oraculum Dei. Intuere huc sapiens. Populus Dei arbitrio fœminę cuiuspiã subdebatur. Ait hoc loco scholiũ prophetiam sexui non dari, sed puritati cordis. Vnde legimus in testamento etiam nouo prophe-
Actorũ. 21 tiæ spiritu inclaruisse Philippi filias. Deus vaticinia dat, quibus ipsi dare complacitum ẽst, maribus & fœminis, nobilibus & ignobilibus. Et ideo ait Paulus, pro-
1. Thess. 5. phetias nolite spernere. Quamobrem si sapientes compotes essent intellectus, haud illa, quæ faciũt, patrarẽt.

Sed

Sed eorum ſapientia,ſtulta ſapientia eſt.Quid tu prophetias deſpicaris?Principiò Deo non eſt impoſsibile prophetas legare,imò decet ipſum.Ex parte etiam recipientis nequâquam eſt impoſsibile. Sat enim eſt ad hoc non nihil quietis.Balaan fuit prauus, præditus fuit tamen prophetiæ dono.Quî tu noſti hanc prophetiam non eſſe?Stultus es,qui ea impugnes,quæ non noris.Et ideo ſubiunxit Paulus,& dicit.Omnia probate, 1. Theſſ.5. quod bonum eſt tenete.Hoc eſt, prophetias etiã probate.Igitur mulier hæc Debora accerſiuit Barac filiũ Abinoem de domo Nephtali. Et dixit illi. Dominus Deus tuus iubet te ire in mõtem Thabor,& ducere te cum decem millia bellatorum è tribu Nephtali & Zabulon.Et ego (inquit ipſe)in manus tuas tradã Siſaram Archiſtrategum exercitus regis Iabin,& vniuerſas illius copias,& adducam in torrentem Ciſon in tuũ ipſius arbitrium dedens. Non dixit Barac, illa mulier eſt,ſed credidit, & candidè profectus eſt. Et etiam ſi illud falſum eſſet, ſi in veritate, & rectitudine, atque cãdore animi aggreſſus illud ipſum eſſet, Deus omnino illi opem tuliſſet. Ipſe igitur reſpõdit dixitq;. Ego ibo ſi tamen mecum & ipſa ire volueris, aliôqui non ibo.Id propterea dixit, quia volebat illam iuxtà ſe conſilij gratia habere.Reſpondit Debora.Ego tecũ ibo,ſed victoria tibi non feretur accepta. Et Siſara tradetur in manus cuiuſdam fœminæ. Et dixit verum. Nam Siſara,vt videbis,ab Iahele vxore Haber Cinæi fuit poſtea extinctus. Petiueruntq; Barac, & Debora cum decem millibus pugnatorum montem Thabor. Quo comperto Siſara aduênit cum exercitu in torrentem Ciſon.Dixitque mulier ad Barac,Surge,hic nãq; dies eſt, quo in manus tuas Siſaram Deus tradidit. Perge,age,Deus enim te ducit.Perrexit Barac, & de-

scendit in mōtem contra Sisaram,& Deus incepit per terrefacere corda exercitus nongenorum curruum Sisarę, & terga vertere cœperūt.Sisara desilrit curru, & pedestrem fugam iniit, donec venit ad tabernaculum Iahel vxoris Haber in valle Sennim tendentis. Haber hic cognat⁹ erat Moysi, & amicus regis Iabin. Mulier itaq; ista obuiam illi processit,& dixit.Concede huc nempe sub papilionem,ne timeas. Quod tantundem fuit,ac si diceret. Tu dux es ab Iabin rege, & vir meus amicus ipsius est.Ego te eripiā. Dicit Albertus hanc fœminam imposuisse Sisaræ.Et aiunt doctores istam non peccasse,credoq; ita habere.Deus quippe iam per suum prophetam prædixerat illud esse bellum iustum,& posse illos occidi. Potest enim sic fieri. Successit papilioni Sisara,& ait mulieri. Da mihi pauxillum aquæ,vt bibam,sitio nanq; oppidò.Ipsa religauit illi os vtris lacte distenti,& potauit eum,pallioque ipsum protexit.Et deinceps arrepto clauo quoppiam, ipsumq; per tempora illius malleo transadigēs, caput ipsius nec opinantis terræ confixit. Sicq; animam exhalauit.Transibat Barac Sisaram vestigans. Hæc obuiam illi occurrit,dixitq;. Veni,ego enim ostendam tibi hominem quem tu quæris. Et sic illum ei ostēdit fato iam functū.Et hoc pacto finis impositus est prælio.Et erepti sunt filij Israël è manib⁹ Iabin regis Chananæorum. Accedamus modò ad Allegoriam.

An peccarit Iahel occidens, Sisarā.

¶ Tot exemplis ob oculos vobis positis par erat vos condoceri.Sumus & nos in prælio, & confligere cum hoste volumus,& prorsus vincere.Primum in hoc nostro bello spectemus finē,& id quod facere destinauimus.Nos rem quandam molimur, quoddamq; opus, quod in totum orbem narrabitur. Non nos:sed virtus d̄ı ꝑ nos id molitur.At quò id meliùs capias,sic habe.

 Aiunt

Aiunt isti philosophi motum speciem vsurpare à termino. Dixi tibi cōcione superiori, cùm duo calida ab eodem proficiscūtur loco, alterumq; euadit candidū, alterū atrū, duos istos motus esse cōtrarios ex fine terminoq;. atq; ita motum à termino nuncupari. Quare etiam dicit philosophus, vnumquodq; à fine suo appellationem ferre, idest, & cognosci ex illo, & vocabulum inde sortiri. Ecce exempli gratia homo appellať rationalis à ratione, quæ finis est omnium potentiarū eius. Actiones etiam à fine vocitantur. Ieiunas tu sanitatis causa. Hæc actio non vocatur moralis, sed medicinalis. Alius ieiunium trahit ad corpus macerãdum, & hæc actio vocatur moralis ob finem, in quem dirigitur. Alius ieiunium seruat ex voto, & hæc est latriæ actio. Ieiunat enim, quò Deo soluat debitum. quod nō facit, quisquis idē facit aliorsum. Etiā si is ipse illud nō faceret, nisi illud votū nūcupasset. Tu eleemosynã das fœminæ cuiptã ob fornicationē, nō dicitur illa elemosyna. Ecce igiť vides opationes esse nūcupãdas à fine. Nos præliamur, & cōflictus noster aliquò spectat. Ait Paulus in omnibus glorificate Deū. Prim⁹ igitur finis noster nostriq; prælij, est vt gloriã dei quæram⁹. Deinceps vt salutē nostrã requiramus, fratrumq; nostrorū. Et quoniam ista salus nequit nobis nisi per gratiã contingere, atq; per charitatem aduersus Deum. Gratia autem & charitas citra cordis puritatem non contingit. Iccirco nitimur cordis puritatem habere. At quia hæc non potest haberi ab eo, qui terrenis ducitur, ideo conamur affectum à terrenis extirpare, & simplicitatem introducere. Et quia hæc induci nequit, ꝙ improbis displiceat, nec seruare ipsam volūt, ideo satagimus leges ferre illis, quibus honestè viuatur. Lex quippe propter præuaricatores facta est, nēpe ad animaduer-

Denominatio à fine est.

1. Cor. 10.

1. Corin. 6.

1. Timo. 1.

tendum in eos, qui illam obseruare nolint. Et quia ꝙ ad ecclesiastica attinet, pauci id curant, nec feruntur, nec obseruantur bonæ leges, propterea cum nõ valeamus sistere torrentẽ istum, idq; cernamus in hoc incũbimus, vt laici principes bonas istas leges sanciãt, & rectã vitã inducãt. Et qa tyrãno exosa est bona viuendi rõ, anxiè curauimus cõstituere bonum quẽdam gubernatũ, quandãq; bonã vitam, quæ bonas leges inducãt, quam vidẽtes sacerdotes cultum diuinum augere cogãtur. Quas obres cum bene iam hac ratione degatur, consequẽs est, vt deinceps Deus gratias mittat, opesq; augescant. Et si tu Florentia, id, quod tibi ego dixi, fecisses, multis bonis nunc potereris. Vide, vt sub initiũ, cum res benè gerebantur, omnia prosperè inceperint succedere, sed postea tamen tu renuisti eas res peragere, nec voluisti bene viuere, ideoq; deterius in dies res succedunt. Scopus igitur nostri conflictus est honor Dei, & animarum salus. Et quia hoc citra bonum gubernatum fieri nequit, idcirco nos status satagimus, nõ ꝙ ipsum ambiamus, vt tu dicis, sed vt munimen quoddam, & quasi murum bono huic spirituali, quod inducere cordi est, apponamus. Ecce Deus cælos, elementa, & omnia, quæ vniuersi orbis huius sunt, in gratiam animæ condidit. Hic est finis. Tibi parua hæc res apparet, vt qui eam non videas, quippe quæ spiritualis sit. Ecce ergo quid in causa sit, quamobrem mirari nõ debeas, si nos tantum laboramus, vt ad hoc spirituale perueniamus bonum. Spiritualem vitam ducere, res est inter cunctas, quæ in mundo sunt, vel preciosissima. Et ideo illius gratia præliamur, illius gratia desudamus, hic noster finis est, & ex hoc nomen te indere nostris actionibus conuenit. Nos in hãc ciuitatẽ optimum gubernatũ induci auemus, & faciemus id prorsus

Finis creationis orbis.

Finis operum nostrorum.

ſus,nec tamen ſine malo eorum, qui obluctati erunt. Sanciētur etiam leges ſtrictiores illis, quas ego tibi dixi. Cùm iam ſemel alapam acceperis, tunc bonorũ tēporalium gloriam aſſequêris. Aio ergo vnũquodq; à fine denominari. Dicis tu ſeruum Dei non eſſe implicandum ſeculo. Intuere in finem. Verum quidem eſt, nõ oporteret illum ſic implicari, vt bona ſeculi, adipiſcatur, ſed cùm ſeculũ, ipſum ſpirituale bonũ depopulatur, quod pro ſcopo illi eſt, qui Deum affectatur, debet videlicet ſeculi reb⁹ implicari. Hoc ergo opus noſtrum eſt, & huius gratia belligeramur, vt tibi oſtendi. Videamus modò, qui ſint aduerſarij noſtri. *Negotiũ Christiani quale.*

¶At dices tu me velle modò id genus rebus implicari. Ego nolo aliis iã vacare admonitionibus, quib⁹ in memoriam tibi reducã, hoc atq; illo modo res oportere à te geri. Nolo, ſi Deus mihi non mutarit cor, idq; quia tu non vis bona agere, quæ è re tua ſunt. Orationibus quidẽ hac cauſa implicabor, & ea etiam ratione, qua ſtatim dicam tibi. Opus quippe eſt tibi fuſte, tanquam aſino. Faciemus hanc rem omnino & in vniuerſum orbem narrabitur. O monache, multi ſunt tibi aduerſarij. Audi nunc vt illi ſunt congregati. Dicunt iſti philoſophi cùm plura varia ratione in vnum finem ordinata ſunt, opus illis eſſe re aliqua, quæ illa ducat. Lapides, quòd eadem ratione omnes in centrum feruntur, humano ductu non egent, quippe qui à grauitatis forma, qua ſunt prædıti, præducantur. Homines autem, qui tũ libero arbitrio, tum volũtate pollent, variis viis vadunt, & idcirco egent re aliqua: quæ per viam rectã in fœlicitatem eos perducat. Scito præterea præſtantiſsimum beneficium Dei eſſe ad bene viuendum & finem vltimum aſſequendum cùm bonum quoddam caput tribuit Deus ipſe hominibus, & contrà illud extremum *Neceſsitas boni principis.*

tremũ esse malum, si caput eis improbum det. Qui regnare facit hominẽ hypocritã, propter peccata populi, ait scriptura, idest ob populi peccata sinit Deus hypocritam regnare caputq; prauũ. In initio cũ populus probus erat, Deus bona dabat capita. Ecce in historia nostra populo Israel, vt qui ad deũ cõfugerit, & veritati studuerit, datũ fuit bonũ caput, vt text⁹ libri Iudicũ habet. Datus illis fuit Aod, cuius nomẽ interpretatur cõfitẽs. Et innuit bonos illos qui Deũ fatebãtur, & laude diuina erant pleni. Erat itaq; Aod iste ambidexter, hoc est iuxtà sinistra atq; dextra vtẽs, & signat primos illos, qui ecclesię capita erant, nihil habuisse è sinistra terrenarũ rerũ, sed spiritualia tãtũ amauisse. Mortuus est Aod hoc est. Vita functi sunt primitiua illa, atq, eadẽ bona capita, illiq; sancti, quibus florebat ecclesia, & è medio ablati sunt hodie vniuersi boni præsides. Cũ tu id videris dicito mox succẽsere Deum. Iam nulli è sanctis illis Aod adũbratis sunt. Hoc est, primi illi patres nostri satis cõcesserunt. Pupilli facti sumus absq; patre. Constituerũt primi illi patres pulchra ista instituta religiosæ vitæ, & oẽs ecclesiæ ceremonias, quæ cum spiritu atque adeo cum charitate copulatæ erãt. Nunc verò quid reliquũ est? Remanserunt solæ ceremoniæ, & exteriora ista. At, charitas illa interior, & humilitas abolitę sunt. Venerũt tepidi, qui nihil aliud habent, quam ceremonias. Et quoniam populus penitiora nõ cernit, sed ea duntaxat, quæ extra apparẽt, reducti sunt cùm homines tum populi ad tepidorũ consilia. Estisque tandiu sub isto gubernatu innutriti, & sub istis legibus, modisq; tepiditatis, & vsq; adeo sceleribus educati estis, vt liberos etiam vestros ad eũdem modum educaueritis. Est itaq; mortuus Aod idest, bona capita interierunt, & traditus est populus in seruitutem

Iob. 34.

Cur Israeli dati boni principes.

Principes & antistites ecclesiæ primitiuæ.

Mali principes cunctis signũ iræ Dei.

Status ecclesiæ hodie.

Mors Aod quid.

tutem regis Iabin. Hoc eſt tepidorum prauorumq; gubernationi. Iabin interpretatur ſenſus, ſignificantur que homines, qui ſequuntur tãtum modo ſenſus, & ea quę ſub obtutum veniunt, ſpiritum verò & rectam vitam minimè inquirunt. Ob peccata populi dantur ei improba capita, quæ exteris iſtis ceremoniis eum lactant. Rex hic, rex erat Chanaam, quod vocabulum interpretatur commutatus, hoc ſignificat populos non perſtare fixos in bona vita, ſed perpetuò mutari. Vos quotannis cõfitemini noxas veſtras, & deinceps in eaſdem relabimini, & ludus iſte ſine fine protrahitur, & ideo eſtis Chananæi atque cõmutati. Regnat in ciuitate Aſor quæ vox interpretatur atrium, hoc eſt amplitudo, & innuit homines ampliaſſe viuendi rationẽ & terrenis ſe dedidiſſe. Fecit itaq; ducẽ ſui exercitus Siſarã, quę dictio ſonat gaudij excluſionẽ. Hoc duce ſignificant primates, q̃ omne gaudiũ ſpiritus à diuinis manãs, à ſe propulſarũt, & tepidis copulati ſunt in vnũ exercitũq; cũ ipſis coierunt. Tepidi libenter proceribus adhereſcunt, & aiũt protegite nos. Et magnificentiæ, dñatuſq; appellationẽ corã per aſſentationẽ eis arrogãt. Nõ dicũt coràm verum principibus, ſed palpãtur poti⁹. Habitabat Siſara iſte Haroſcihi, qđ nomẽ interpretať, neq; ſemẽ. Hoc indicat primores ſecũ habere ſcelerosã ſocietatẽ, lenonũ, & ſcortorũ, quæ eis inſeruiũt. & ſemẽ malũ ſũt atq; prauũ. Iabin ergo iſte atq; iſte Siſara, ſunt capita quę domũ Iſrael moderãtur. Iſti ſũt capita ſpũalis dom⁹. Suppetũt tepidis iſtis nõgeni falcati currus, ritu Siſarę ideſt, habẽt ſecũ dæmones illos, qui è nouẽ choris cęlo deciderũt, ideſt, q̃ ſunt obfirmati atq; obſtinati, ſicut illi, atq; in nequitia deplorati, qđ ſignificatur cẽteno numero, qui pfect⁹ eſt. Suppetũt illis falcati currus, qđ portẽdit alas illis eſſe extẽſas

Iabin quorũ typus

Vitæ laxitas

Præſides & principes praui.

Nongẽti currus quid.

& quoquo versũ discurrere. Subditi fuerũt filij Israël viginti annis regi. Ideſt, populus dedit ſeſe rebus ſenſibus corporeis obnoxiis in illis aliqua patrando contra doctrinam quatuor euangeliſtarum. Faciunt quippe quaterquinq; viginti. Laxauit habenas libidini, *Bella Christiani.* ſceleribus omnifariam. Noſtrũ itaq; prelium eſt aduerſus iſtum Iabin, atq; Siſaram. Ideſt aduerſus tepidos. Et ſcopus noſter eſt boni ſpiritualis inductio. Porrò quia ipſum induci nequit, niſi ciuile bonum rectè diſponat, ideo diximus de bono politico, & de primatibus. Quare tepidis ſunt copulati, quòd ipſorũ aſtus, technaſque palam fecerimus. Et congregati ſunt belli gerãdi gratia aduerſum nos nongentis curribus, vt intellexiſti. Hoc bellũ eſt. Nunc videamus parũper, quanã virtute freti tãto exercitui cõfligere velimus. Monache lõgè maximus tolerãdus eſt tibi labor, ſi hãc rẽ tãta peruicacia eductã preſtare, & cõſtituere coneris. Tu ſolus es. Et grãdis ſudor ferẽdus eſt, etiã ſi nullam contradictionem paſſurus vnquã eſſes. Tu vis per totũ *Aduerſarij Hiero.* mundũ lumen hoc diffundere. Tu cũ magnatibus bellum geris. Totus tibi orbis aduerſatur. Sacerdotes fratres, monachi, oẽs dicũt iſtum, iſtum profligatũ ado- *Pſalm. 47.* riamur. Agedũ quânam ope vis tu vincere? Illa videlicet, quã ſcriptura cõmemorat. Ponite corda veſtra in virtute eius, Ideſt, in charitate & grã Dei. Intuêre in *Differentia Dei & caeterarum cauſarum in agendo.* res iſtas vniuerſi orbis. Quò illæ inferiores ſunt loco, hoc ſunt cum motui, tùm corruptioni magis obnoxiæ. Cælũ altius, & ſtabilius eſt reliquis inferiorib⁹ rebus, quod ad ſuſtantiam ſpectat haudquâquã corrũpitur. Angeli ſunt ſtabiliores, qđ nõ moueãtur, niſi per abuſum, atq; impropriè vt philoſophi aiunt. Vltimus eſt Deus, q nullo modo mouetur, ſtabiliſq; manẽs dat cũcta moueri. Virtus Dei prima eſt, deinceps eſt virtus

Angeli,

Angeli, pôst illa qua præditũ est cælũ, dein ea, qua elementa, pollẽt. Virtuti Dei neutiq̃ opus est alia virtute ad operandum. At reliquæ virtutes egent alia, quàm propria virtute ad agendum. Diuina virtus posset, si iuuaret, generare infrà, nempe hîc apud nos triticum sine semine. At neq; cælũ, neq; angelus, nec elementa possunt citra hanc peculiarẽ causam inferiorẽq; triticum generare. Sic in rebus spiritualibus, Dei virtus in Christum priùs descẽdit, deinde in beatã virginem, deinceps in angelos, & in beatos, sub hæc in ecclesiæ antistites pôst in reliquos homines. Et adhũc modũ tribuit Deus vitutẽ suã, suãq; gratiã sequestribus atq; intermediis Christo, beata virgine, angelis, bonisq; prę-sidibus, ceu per modũ generationis. Etsi clerus bonus esset, ita vt virtutẽ Dei reciperet, bon⁹ esset vniuersus Christianus populus. Et ipsi, qui Christianã vitã exactè agerẽt bonos facerẽt Turcas, atq; adeò totum orbem. Et iccirco totius mũdi peccatũ acceptũ refertur capitib⁹ & prę sulibus ecclesiæ. Virtus ego Dei est, quę per hęc intermedia influit, & vniuersum mũdum euincit, & spirituale bonũ inducit. Porrò si hodie sublata sunt hæc intermedia, nequit ratio ipsa generatiõis huiusce cõstare. Nõ enim põt dei virtus per bonos pręfectos defluere cùm nulli sint. Quid ergo agemus? Id solùm reliquũ est, vt virtuti operã naues, & ad dominũ inclames, id petẽs; vt hãc virtutẽ tibi mittat, & dicas. Legem pone mihi domine. Dñe da mihi legẽ tuam. *Psal. 118.* Ecclesia me deseruit, assumito me tu domine mi. Da mihi tuam vim, qua posśim debellare inimicos meos. Da mihi amorem, da mihi charitatem erga te, atque erga proximos. Hæc vis, hic vigor est, quibus victuri sumus. Sine me modò quiescere, & videbis id nõ alienum esse à textu nostro. Vnde habuit Debora prophe-

Gratiam virtutemq́ suã quomõ Deus diffundit.

 tis

B. Virginis figura. tis prohetiam ipsam? A Deo. Quæ erit ergo Debora hæc. Ipsa erit beata illa mater, parens Dei, & mater etiam nostra. Debora interpretatur apis. Apis hæc cõficit mel, & plena est tota dulcedine. Mater hæc nunquam irascitur. Blasphemi sunt in illam lusores isti, at *Apis. B. Virgo.* tamen ipsa tota est dulcis, tota mansueta. Dulcis eius anima, dulce corpus, dulcis eius caro, dulcis eius intellectus, plena ipsa tota dulcedinis. Apis illum florẽ adit, & inde extrahit, quod dulce est ad mellificium. Si mater hæc sancta cùm in hoc mundo erat educebat è floribus mel, hoc est, extraxit ex ill s angelorum hierarchiis gratias vniuersas, & mellis fauum edidit. Idest, peperit Christũ totum dulcem. Quid fuit in mũ *Sposa Dei patris. B. Virgo.* do dulci⁹ Iesu? Mulier hæc erat vxor Lapidoth, quod sonat fulgorem atque splendorem. Hęc est sponsa patris æterni, qui splendor est vniuersi. Mater hæc sancta curam ecclesiæ Florẽtinæ suscepit, quemadmodũ Debora curam habebat filiorum Israël decernẽs, quæ ex vsu erant populi, & venit in montem Ephraim, quæ vox sonat augmentum. Hic est humilitatis mons, in quem Maria conscendit, quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ. Et erat Debora iuxtà Bethel, quæ dictio interpretatur, domus Dei. Mater hęc est inter duos istos Montes. De⁹ est prior mõs. Posterior sunt angeli. Ipsa inter Deũ angelosq; media residet, & orbi isti moderatur. Debora sedebat sup istũ mõtem Ephraim. i. mater hæc sedet, hoc est quieta est, & trãquilla, nec vnq̃ turbatur. O Maria imparti nobis pusillũ illius tuę quietis, imparti nobis pusillũ tuæ pacis. Dicit etiã hãc prophe *Palma figura crucis.* tidẽ extitisse sub palma. Maria dicit. Ecce palma crucis meæ Ego etiã cũ filio meo crucẽ portaui, portate & vos illã. Dicit quoq; textus hoc loco palmã sub qua erat Debora, hæc atq; hæc apis, vocatã fuisse Deborã,

idest

ideſt apẽ ab ipſius nomine.Quid dulci⁹ cruce ipſa plena eſt ſuauitate.Erat hæc prophetis,p quã lumẽ in populũ deſcẽdebat.Hoc ſignat Mariã in totũ mundũ opẽ mittere.Ipſa peccatorũ patrona eſt,&oẽs ad eã confugiũt.Accerſit hæc prophetis Barac,qđ nomẽ interpretatur fulgurans,ſignificaturq; ille, q mittit fulgetras, atq; fulmina.Quo exprimũtur cõcionatores, q ſũt vocati.i. illuminati,& miſsi ad illuminandã eccleſiã ſuo cuiuſq; tẽpore.Qui tanq̃ fulgetræ & fulmina deterrẽt homines, & tremori ſunt omnib⁹ dicẽtes.Agite pœnitẽtiã,aduẽtat quippe rerũ caritas.Agite pœnitẽtiã, appropinquat em̃ bellũ,aduenit peſtilẽtia.Hęc vobis pręd icta ſunt, & lumine naturali vos ipſi ea cernitis,atq; rõne.Et qm̃ eccleſiaſtes à deo legat⁹, fidelis ei ſit oportet,ſimul etiã opus eſt,vt id qđ intelligit, dicat, & firmus pſeueret,& à Deo ipſo nulla cauſa diſcedat. Ideò hic dicit̃ Barac fuiſſe filiũ Abinoẽ, quod ſonat, patris mei fidelitas.Et quoniã charitate debet eſſe præditus, ideo dicit̃ hîc ipſum eſſe de domo Nephtalin. Quod nomẽ interpretat̃ dilatatio mea.Non em̃ odiſſe debet cõcionator inimicos ſuos,ſed ad quẽq; hominũ charitatẽ protendere. Interpretat̃ etiã Nephtalin,cõuertẽs eos nẽpe homines alios.Et qa de hac cõuerſione honoratur ab hominib⁹ cõcionator,haud ille honorẽ ſuum debet attẽdere,ſed honorẽ dei in cęlũ,ſemp intuẽs.Dicit itaq; hęc mulier Barac.Auſculta,de⁹ te miſit aduerſus Siſarã.De⁹ tibi imperauit,vt populũ iſtũ eruas.Nõ op⁹ eſt(vt de nr̃is loquamur)dicere ego nõ credo.Op⁹ eſt diuina credi.Illa ſubiũgit.Aſſume decẽ millia pugnatorũ.Qđ ſignat decẽ p̃ceptorũ pfectionẽ.i.aſſume hoẽs, q firmi durẽt in obſeruatione decẽ præceptorũ, quiq, huic operi auxiliũ præſtẽt,q palã veritatẽ loquũtur,qui in pfectione fixi perſiſtunt. Venite ergo, nam ego

Concionatoris figura.

Concionatoris fortitudo.

Concionatoris charitas.

Preceptorũ obſeruatoreſ.

Nephtali & Zabulon quorum Typus. ego inuito vos. Erant quidam ex his è tribu Nephtali, quæ vox interpretatur longitudo & charitas, vtpote, ꝙ habere debeant charitatē aduersus fratres suos, quidam è tribu Zabulon, quod interpretaẽ habitaculũ, ꝙ sit opus, vt fortitudine diuina sint præditi. Dixit hæc, vt in montem Thabor contẽderent, quod interpretatur aduentus luminis. Opus est lumen habeat, qui pro cessurus sit ad hoc bellum, & vt in montẽ orationis cõscendat, vnde veniet lumẽ, & robur nostrum. Omnis nostra fortitudo in oratione sita est. Barac respondit fœminę huic, Si venis mecum, vadã, si nolueris venire mecum, non pergã. Sic nos Mariæ dicimus, quę dictio interpretatur stella maris. Maria ego sine te ire nolo. Tu huius maris es Sydus. Tu nostra es ductrix. Respõdet ipsa. Ego veniam. Attamen victoria haud accepta tibi feretur, sed mihi. Mihi id perplacet. Scio illã orationi simplicium atq; bonorum ferendam acceptam. Ego nulla virtute præditus sum. Ecce ergo hic illi, qui ad conflictum ituri sumus, quique hoc bellum gerimus. Videamus modo quo pacto cum istis commissuri sumus prælium.

Societas beatæ virginis q̃renda. ¶A nobis palma stabit. Ne dubitetis. Bonus nobis est dux. Vos extimescitis. O pater sunt tot praui cũ Florẽtię, tũ extra q instar Demoniorũ sunt. Oẽs aduersus rẽ hãc pugnãt. Impugnãt illã primores, & vndiq; ensis vibratur. Ne addubitetis filij. Robur nostrũ longe maius est, q̃ illorum, & quod spectat ad intẽsionem, & quod ad extẽsionem attinet. Hoc est vis nostra suapte natura maior est, atq; validior illa, qua illi pollent. Ecce, *Vires proborum maiores viribus improborum.* supponis tu aquam igni, vt ab eo calefiat. Si ignis ille magnus sit, vis eius præstantior est, quod ad intensionem facit frigiditate aquæ, & ideo ipsam calefacit, quod sit potentior vis. Porrò quòd ad extensionem

facit,

facit, sic habet. Cùm aqua illa calida admiscetur alteri aquæ, diffunditur ipsius calor, & vis eius in illam alteram aquam. Ignis etiã potiore vi præstat, quod pertinet ad intensionẽ, & extensionem, quãto maiorẽ ille materiam, atq; solidiorẽ nanciscitur. verbi grã. Ignis in ligno querno, intensior est atq; validior, & quaquâ versum plus calefacit, quã cum stuppã occupauit. Sic vis nr̃a quæ charitas est, potentior est, & validior, quã aduersariorum. Charitas in amore Dei fundata est, & in amore proximi. Vis aduersariorũ in odio est, carnali amori innititur, rebusq; mundi huius. Magna charitas in quoppiã homine tam fortis est, vt illũ atq; illũ alium calefaciat, & pòst ipsi se mutuò calefaciunt. sicque quoquouersum distẽditur. Vos qui charitate polletis, quiq; vitam bonam vultis agere, copulati este, in charitate manete omnes. Vis enim coniuncta fortior est se ipsa dispersa. Charitas hæc longè plus extenditur, quàm aduersariorum vis. Extenditur quippe ad angelos, ad B. virginem, & ad Deum vsque, & si nullum nobis aliud esset vnquàm præsidium, præter virginem, ipsa incomparabiliter vires aduersariorum exuperat. Age. quid tu tandem agere vis isto robore, atque vi ista? Interficere plures homines corporaliter atque spiritualiter, multumque sanguinem profundere. O monache, quam tu sanguinis es auidus. Tu sæuus es. Ego neutiquam sæuus sum. Ego salutem animarum desidero. Aspice vt Turcæ illi, qui extra fidem sunt, in domũ Diaboli contendant. Et idcirco si ecclesiã innouatã velint, & paganos cõuersos opus est, hoc orari, vt pestis adueniat, vt adueniat ensis, & sanguis profundatur, quãdoquidẽ improbis minime cordi est conuerti. Hoc exigit charitas vt mundus ad dominum conuertatur. Num tibi non est in

Simile.

Vis charitatis.

votis

votis, vt aduersarij conuertãtur? Maximè. Sed illi eò deducti sunt, vt Deo notũ sit an conuerti poſsint. Ipſi venerunt vſq; ad torrẽtem Ciſon, quo & venit Siſara dux cum ſuis copiis. Ciſon interpretatur durus & iniquus. Iſti ſunt duri & iniqui, & ſunt iuxta torrentem, id eſt, concitati pergunt ritu torrentis cuiuſpiam; & citò, citò inquam in domum Diaboli concedent. Cùm primùm videris aduenientem enſem, omnes in Diaboli domum immigrabunt. Extinguentur igitur improbi corpore atque ſpiritu. Et nos tribus rebus prœliabimur, fide, oratione, tolerantia, quibus omnibus comprecabimur, vti dominus ad purgãdam ſuam ecclesiã veniat, & dicemus, Excita domine potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos. Quid tu agis dñe? exere potentiam tuam. Petit fides, petit oratio, petit etiam bonorum patientia, vt tu illos erepturus venias. Oſtende paulìſper domine faciem tuam his quos elegiſti. Ecce igitur bellum. Et quo pacto præliaturi ſimus, & necaturi precibus hoſtes, atq; debellaturi? Videamus modò quoddam aliud bellum. Et alloquendi charitatem veſtram finis hîc faciam.

¶Nequit vltra vita duci. Malè agere volentibus licẽcia ſuppetit, ſtudioſis eſſe volentibus, bene agere nefas eſt. O monache tu vis orationem fundi in hoc, vt Deus mala inferat. Nequit ſecus fieri. Ego dico vt orationem vertatis. Deo quippe id cordi eſt facere. Beata virgo id vult, angeli, & omnes volunt id malum inferre improbis, qui conuerti renuunt. Nequâquã hæc truculentia eſt. Id non fit, quia malum deſideretur, ſed quòd aliter non poſsit fieri. O monache, fundis hanc orationem? Certe, idque plures iam annos. Siſara igitur contulit ſigna cum Barac, & exercitus eius fuſus & diſsipatus eſt. Siſaraq; fugam initurus curru deſcẽ-

dit.

dit. Id innuit multos cum calamitates ingruent, de curru diaboli descensuros, quo vehuntur, & conuertendos, pedibusque iter facturos. Hoc est. Humilitate depressi venient, spiritualiter eos trucidabimus, vt trucidatus est Sisara iste. Idest conuertemus eos. Igitur dux iste Sisara fugiens peruenit ad tabernaculum Haber Cinæi, qui se à suis fratribus Cinæis separauerat filiis Hobab, & in valle Sennim fixerat tentorium suum iuxtà Cedes, locum sic nuncupatum. Hîc erat vxor istius Haber, quæ vocabatur Iahel, quæque Sisaram istum introduxit, & extinxit. Incipiamus modo hæc exponere. Haber interpretatur, certamen init, significatque eum, qui conflictui se exponit, pedem cum hoste collaturus. Quod significat concionatores, & confessarios, qui rectè obeunt sua munia ad conuersionem nimirum improborum, & illos etiã, qui post ad eundẽ modum succedẽt, hos esse cognatos & consanguineos Moysi, qui interpretatur assumptus ex aqua. Opus est, vt isti cõcionatores, & cõfessarij extinguere nitãtur Sisarã, idest, cõuertere peccatores, & vt exeãt ex aquis mũdi huius, & ab omni terrenorum cõtagio secreti sint, & vt minimè sint frater Boninus, aut frater Dulcinus. Qui huiusmodi est, filius est Hobab, qui interpretatur dilectus, & amet, & optet aliorũ salutẽ. Vocatur etiam Cinæus, Idest luctus, quod populi peccata lugeat. Hic monachus est ad amussim factus. Habet iste Haber coniugem vocabulo Iahel, quod nomen sonat viuens Deo. Et portendit bonas è populo animas, quæ Deo viuunt, quæ sponsæ sunt boni sacerdotis, confessarij & concionatoris, quod ipse curã earum gerat haud oscitanter. Diuisus etiã erat Haber iste à fratrib⁹ suis. Hoc innuit cũ tu cernis reliquos fratres tuos sacerdotes, aut monachos non bene agentes,

Tribulatio humiliat.

Concionatorum & confessariorũ figura.

Confessarius qualis debet esse.

Probus monachus.

vitam, oportere, vt te ab eis segreges. Qui exactũ monachum se præstat non vult esse cum illis, qui nõ bene viuunt. Istis fratribus istius Cinæis nomẽ erat, & interpretatur vox hæc luctus & possessio, quòd fratres ei futuros esse oporteat atque socios in luctu, & possessione earum rerum, quas possident. In valle Sennim se locauit, quod interpretatur voluntas mãdati. Vult mandata domini custodire. Et est iuxta Cedes, quod sonat Oriens. Vnde oritur Sol, idest, Christus sol iustitiæ. Iste ergo iuxta Christum est, & illius mandata seruat. Haber iste monachus est bonus, & præliatur, exoptat palmam belli, quòd Dei iussa faciat. Addiscite modò hoc, quod volo dicere. Apprehendite illud bene, & contendite domum.

¶Dominico die colophonem addemus huic prophetę, & post tãtisper quiescemus. Cùm videritis obluctationem ingentem, & monachos, sacerdotes, pueros, fæminas, virosque obstrepẽtes, addiscite documentum hoc. *Humanitas & comitas.* Humaniter vos ipsos gerite, & comitate verborum superate, vt fecit hìc Iahel, quæ lac dedit Sisaræ. Pueri intelligo ludo vacari, nec inhibere ipsi potestatis. Si aliud facere vobis non est integrum, finite, ne iurgium excitetis. Attendite, qui nam ludus hic tandem futurus sit. Qui bonus est nihil expaueat. Igitur cùm vos videris aliquem sibi velle consulere, atque prospicere, de curruque descẽdere, obuij illi occurrite, vt fecit hìc vxor Haber, & domum illum accersite, salutemq; illi indicate ipsius. Cùm queritatem videritis, aut irascentem, modestè ei loquimini, & dicite illi. Audi ex me tantisper quatuor verba. Videte, vt hæc fœmina Sisaram placidè vocet, atque appellet. Intra ad me domine mi, ne timeas. Hũc ingredere ad me, inquam, mi domine, nihil extimescas. Igitur cùm ille ingressus est intrò,

trò, & aquam poſcit, ne ei dederis. Mulier hæc lac ei dedit. Aqua ſignificat ſciẽtiam philoſophicam quæ in ſtar aquæ inſipida eſt. Ait ipſe ego ſum ſapiens. Venia mus ad rationes. Ego aquam volo. Iſta ſupernaturalia ego neutiquam credo. Præbe illi lac. Et dic. Quòd tu non credas, id nihil moror. Tu perquam paruulus es. Opus tibi eſt lacte. Dic mihi, nũ tu chriſtianus non es? Reſpondebit, Sum. Attamen ſi iſti Chriſtum, prophetaſque eiurare poſſent, facerent. Age quid ſibi, hic vult monachus? Si tu chriſtianus es vt aſſeuêras, ipſe horta tur omnes ab bene agedam vitam. Viue igitur ad chri ſtianorum decreta moreſque. Reliqua ne credideris. Si Chrſtianus non es viue adhuc bene, Id quippe naturalis ratio poſtulat. Ego abs te nihil aliud contendo, quàm bonam vitam, ſi reliqua credere nõ eſt animus, ne credideris. Ipſe tibi reſpondebit. Ego bene dego. Dicito illi, non eſt bene degere adeo linguacem eſſe, & proximis obtrectare, & illius dãnare criminis, quod certò non ſcias. Viue inquam bene. Hic rei cardo eſt. Et quidem ſi mihi tu poſt non arrogaueris fidem, libet mihi palliũ perdere. Perge deinceps & dicito, Quam tibi noxam attulerit hæc fides hiſce rebus adhibita? Quid abs te aufert? Rem? Nihil tibi nocet, præſertim cùm palam ſit obloquutionem noxiam eſſe. Aſpice, vt illi qui, obſtrepũt, perpetuo irati ſint, limphatiq;. Qui verò credunt, video ſemper pacati ſunt, atq; pacifici. At dicit ille, ego crederem quidem, ſed pudore ſociorum teneor, qui me Tertiarij inſtituti aſſeclam iactãt, Agedum frater mi, hûc ades. Si te huiuſce rei pudet, ſu beat tibi ſaltem tuorum ſcelerum pudor. Tege illa. Veni ad exomologeſin. Et vbi ille inſtar Siſaræ pallio protectus erit, vade ad illum, malleum corripe, vt hic fecit iſta. Pro malleo ſit lingua rationes congeminans,

Vita chriſtia na quæ ſit.

Excutiendus rubor bene agendi. & dicito. Nulla tibi ruboris habēda est ratio, quod spectat ad bene agendum Christi causa. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, Cape clauū crucis, dic illi: Tu propter Christum crucē baiulare erubescis? Christus in cruce nudus pependit opprobriis lacessitus, flagellatus, mortuus. Innumeri sancti viri illam arripuerunt libentes, & nunc quiete æterna perfruuntur. Dic mihi, vbi nam sunt tyranni, qui hanc crucem auersati sunt? Omnes in domo sunt diaboli. Hoc pacto spiritualiter eum, qui huiusmodi est occides, idest, ad bonam vitam traduces. Veniet etiā Barac deinceps ad eum conuertendum, & dices tu. Ecce ipse iam ad bonam frugem reuocatus est. Et hac ratione & tuam & ipsius animam erues, & bellum abs te stante victoria terminabitur, ad laudem & gloriam seruatoris nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

1. Cor. 1.

Correctionis proximi signa.

Homilia. 22. habita tertiò idus Septembris, anno. 1 4 6 9. super Michæam.

Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu. Michææ. 7.

Opera naturæ qualia.



I NATVRAE opera diligenter animaduerterem⁹, dilectissimi in Christo Iesu, manifestè cognosceremus ipsam in omnibus suis rebus propter aliquem finem agere, simul propter ordinem, quem obseruat, cum seruet perpetuò debita media, nec vnquam aliquid eorum prætergrediatur

grediatur, simul ꝙ, quãdo in aliquã metam terminũue progressa est, quò ipsa velit opus suũ producere, haud vltra procedat. Ecce arbor edit fructũ suum, & ducit illũ vsq; in quẽdam certũ perfectionis gradũ, atq; maturitatis, quã ei vult dare, & deinceps minimè procedit vlteriùs, ibique illum relinquit. Quippe si maiorem illum vellet proferre, aut aliam perfectionem tribuere; vlterius ipsum promoueret, sed vbi iam ad illam metam natura ipsa euasit, quam appetebat, neutiquã pergit vltrà. Porrò cùm illa motu agat, qui semper terminos contrarios habet, quorum alterum per eum motũ excludere opus est, & agens, quod contrariũ est exclusurum, opus est, vt sensim procedat. Ideo natura in suis operibus pedetentim pergit, & vi sua omne contrariũ pellit. Sic etiam facit ars, quæ naturã æmulatur. Principiò finem quẽdam sibi præfigit rei, quam cupit. Dein circunspicit, num ibi aliqua sint contraria, quæ impedimento sint, ne in illum terminum contẽdat. Postea vero inuẽtis obicibus nititur, si potest eos depellere. Verbi gratia, si princeps aliquis bellum gesturus sit, primò intuetur finem, & animum adiicit. sit hoc exemplum, regno expugnando. Postea inspicit contraria, quæ ibi sunt, & considerat potestatem inimicorũ, qui impedimento esse possunt. Attendit præterea, quas vires habeat ad propulsandos illos. Sic nos superiori concione in tropum Deboræ atque Barac verba facientes, vobis narrauimus, vt in opere, quod adornamus, primò aspiciamus finem, idest, introductionẽ spiritualis boni in homines, & maximè in Florentinã ciuitatem. Deinde intuemur aduersarios boni huius spiritualis, qui sunt tyrãni, qui quò sibi ipsis magis ex sententia morem gerant, nituntur continenter spirituale bonum populari atque abolère. Et ideò volẽtes aduersarios istos depellere,

Ars æmula naturæ.

Simile ex natura & arte

Epilogus cõcio superioris

lere, conamur regimen quoddam bonum inducere. Et quoniam istud bonum regimen, sine tẽporali bono atq; opibus sustentari nequit diximus nobis cordi esse, vt opes atque adeò regnum temporale in florentinam ciuitatem inducerentur, quo spirituale bonum melius sustineretur, & hanc etiam esse voluntatem Dei, velle tamen ipsum his modis hoc facere. Præterea diximus rem hãc, quam molimur, grandem esse, & facturos nos eam omninò, eandemque vbique gentium narrãdam. Et quia, vt diximus, per aduersos nobis procedimus volentibus nobis bonum spirituale inferre, ipsumque prę dicantibus insurrexerunt aduersaturi nobis tepidi, nã ostensione ipsa rationis, modiq; viuendi spiritualiter, reuelantur ipsorum technæ, doliq;, & nostri fiunt aduersarij. Et quia bonum etiam ciuile quærimus, obiectos etiam habemus magnates tyrannidem exercentes, quibus displicet bonum commune, bonumq; regimen. Dixi quoq; vobis duo hæc hominum genera copulari in vnum, nobisq; aduersari. Sibi inuicem adhæserunt dæmones isti in duce Sisara & Iabin effigiati, vt figuram Barac, atque Deboræ enarrantes diximus. Et quamuis dęmones inuicem sibi præ odio & inuidia & perturbatione continua mentis suæ adhærescere sibi mutuo nequeant, tamen ad nocendum alijs copulãtur. Ita & hi tyrãni atque tepidi faciunt. Et ideo cùm ingens quoddam bellum futurum sit, hoc, opus est nobis ingẽti quadam virtute ad vincendũ, volumus quippe vincere, & vincemus. Et idcirco considerauimus, quanta esset virtus nostra, & ostendimus vobis virtutẽ nostram, maiorem esse quàm ea, qua pollent aduersarij nostri, tam quod ad vim intẽsionemue, quàm quod ad diffusionem facit. Quod spectat ad vim id ita habet, quòd virtus nostra sit à Deo, ipsorum autem virtus sit

Gubernatus spiritualis eget temporalibus bonis.

Hiero. aduersarij vnde.

Tepidorũ & tyrannorũ figura Sisara & Iabin.

Simile.

humana. Et addidimus hac superiori virtute, quæ charitas est, velle nos palmam prorsus obtinere, quæ etiã latius tenditur, quã ea, qua illi præstãt, quod habeamus angelos superiores, qui nobis sunt auxiliares, idq; lõgè maiori numero, quàm sint aduersarij. Dixi etiam nos huius belli palmã reportare velle, & internicioni dedendos nostros aduersarios, & in animo nobis esse precibus aduersus eos pugnare, id nempe precando, vt flagellum ocyùs veniat, quod multos prauos corporaliter necabit. Volumus præterea multos homines spiritualiter extinguere, ad bonamq; viuendi rationem reuocare, vt superiori concione in illũ tropum diximus. Et quia populũ pascuis illis scripturæ sacræ pauimus, explicatione nimirum illius figuræ, reliquum est, vt hoc manè confortemus electos Dei animumq; addamus eis ad bonum, & vt illis indicemus, quàm sit grande donum lumen hoc, quod à domino acceperunt, & quo pacto, quantò magis conseruarint hoc lumen, tantò ipsum præstantius sit euasurũ, & tantò maiori quiete ipsos acturos vitam, & magis ex animi sui sententia in tribulatione futuros. Verbum hoc volumus hoc mane bonis dicere, dein aliud dicemus improbis, postea aliud adhuc Deo, & finem faciemus.

Orationes arma Christiani.

Propositio.

¶Bonis priùs. Benefac domine bonis & rectis corde. Bonisque istis tria verba faciemus breui, & in vltimo ipsorum insistemus. Primum verbum Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, id est, beatus qui hoc lumine præditus est, quo vos polletis. Boni gratias Deo agite, de tanto dono, quo vos prosequutus est, istud lumen vobis tribuens. Est namque lumen istud cum primis excellens. Opus ergo est sæpe sæpius omnipotenti Deo gratias agere, & non solum corde habere, nec solum lingua agere, sed operibus referre, & bonis operi-

Psal. 124.

Lumen gratia ad bene viuendũ quã tifaciendum sit.

bus vacare. Eſt nãq; lõgè maximũ beneficiũ. Et obſerua ſi deꝰ tibi polliceretur, & daret in hac vita, vt omni pditus eſſes ſciẽtia, & diuitijs ingentibus afflueres, & in delitijs perpetuò degeres, & angelorũ colloquio fruereris, & immortalis etiam eſſes, hoc tamen duntaxat orbaret lumine, & ex altera parte ſolùm tibi hoc lumẽ donaret, omnibusq; iſtis aliis te priuaret, aio longè maius eſſe donum puſillum hoc lumen, quàm omnia hæc alia. Nam citra hoc lumen tametſi omnia iſta alia habeas, faciem Dei nunquam videbis, non videbis creatorem, non ſcandes ſurſum poſſeſſurus Deum tuũ, illoq; fruiturus, atque adeo ipſum amplexurus. Et pauxilla hac luminis portione, tu illò cõſcendes, atq; amplexaberis. Adde, quòd omnes iſtæ delitiæ, omneſq; iſtę res, quas tu hic haberes, ſunt bonum finitũ. Puſillum autẽ hoc luminis te faciet infinitum illud bonũ obtinere, & coràm videre Deum tuum, quo nihil maius, nihil dulcius, nihil volupe magis eſſe queat. Et ideo propheta Dauid quaquâuerſum totum orbem attentè diſpiciẽs, & videns eos, qui hoc lumine pollerent, eſſe beatos dixit. Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilẽtiæ non ſedit. Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Illi ſunt beati, qui impij non ſunt. hoc eſt. qui nec pietati, nec religioni, nec cultui Dei ſunt contrarij: ſed contra lumine iſto ſunt pręditi, nec in via peccatorum ſunt, nec ſedẽt ſuper cathedram peſtilentiæ, id eſt, non eleuantur in ſuperbiam, ſed perpetuò iter faciunt, atq; meditantur legem Domini, vt qui lumine ipſius illuſtrati ſint. Agite ergo gratias Deo omnipotenti ſæpe de tanto dono, quo vos proſequutus eſt. Scitote etiam hoc ſecundum verbum omnes, qui in Chriſto piè viuere volunt, perſequutionem

Prior excellẽtia gratiæ.

Poſterior.

Pſal. 1.

Probis paratæ tribulationes.

tionem passuros. Vos boni, qui a Deo illuminati estis, *1. Timo. 3.*
hoc pro certo tenete, quo maius vobis suppetet lumē, eò pluribus vos opprimendos tentationibus, & insecta tionibus. Hæc est via electorum à Deo, via calamitatum. Et dominus Deus hoc ipsum etiam ratione facit. *Simile.*
Natura cùm aliquid perfectum edidit, omnē adhibet curam conseruando illi. Itidem Deus cùm te hoc infinito dono auxerit, vult illud tibi conseruare. Nec aliquid est, quod amplius hoc lumen conseruet, quam tribulatio. Purgat nanq; te illa terrenis istis, facit, vt recurras ad Deum, & sursum te, nempe ad ipsum trahit, & conseruat tibi atq; auget hoc lumen. Aiebat Paulus. *Tribulationū fructus.* *2. Cor. 12.*
Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me collaphizet. Intuêre in scripturā sacrā. Quo maiores homines, præstātiorisq; luminis aliqui fuerūt, hoc pluribus tribulationibus, sunt oppressi. Ordire ab Abel primo iusto, & descēde per oēs sanctos homines, vsq; ad Apostolos, in quibus maximū lumē fuit. Attēde, vt illi quā maximis tribulatiōibus sint afflicti, vtq; semper excelsiores euaserint, & maiori lumine præstātes. Virtus enim in infirmitate perficitur. Aspice priscos patres. Vide quāto pollerēt lumine. Aemulamini ergo eos, & sanctos martyres, & accingite vos tētationibus & afflictionibus. Tertiū verbū hoc est. Videte quō cautè ambuletis. Opus est, vt prudētes sitis, & sapiētes in cōseruando isto lumine atq; isto dono. Oportet enim dicatis, Tametsi vitę meę iacturā facere necessum sit, haud velim donū hoc amittere. Nā si ꝓpter ipsū vitę iacturæ fiat, vita nō perditur, nec lumē, sed potius vita acquiritur, ꝑstātiusq; donū. Cautè ergo ambulate, & cauete ne vobis hoc donū auferri sinatis. Fortes perseuerate. Adornatū est em̄ ingēs bellū. Dęmones vniuersi excitati sūt *Meliores sem per magis vexati.* *2. Cor. 12.* *Cautio bonorum.* *Prælia bonorum.*

in hoc, vt aduersus hoc lumen prælientur. Nec vnquã aliud cogitant, quam rationem aliquam inuenire extinguendi luminis istius id conantes, ne progrediatur vltra. Improbi etiam homines nituntur hoc lumen è medio tollere. Multi vobis sunt inimici. Caro vestra est inimica, quæ in hoc vos stimulat, vt istius luminis iacturam faciatis. Attendite ergo illi conseruando, & videte quomodo cautè ambuletis. Et prius ostendam vobis quem fructum reportaturi sitis, si istud conseruaritis lumen, vtq; si illud vobis suppetet, læti perpetuò eritis, hisq; tribulationibus contenti. Illi nanque, qui hoc lumine pollebunt, consolabuntur. Deinde vobis commonstrabo, qua ratione ipsum conseruare queatis. Attenti este nunc.

Lætitia bonorũ vnde etiã in ærumnis.

¶ Tibi ego dico, attende, qui bonus es, tuq; qui studiose agere vis. Aio lumen id, si altè radices egerit in animo altaque mente repostum erit, & bonus illi scopus præfixus sit, ipsum esse, quod faciat ærumnas hylariter tolerari. Ego non modo patienter, sed hilariter etiam dico. Atque hoc ipso, qui probus est, tribulationibus se obiicit. Dixerim oportere, vt hoc lumen profundè in cor penetrarit, quod fixum ipsum esse opus sit, & in hominis mentem transfusum, adactumq; atq; bene terminatum. Nanq; opus est, vt illam Christi humanitatem in corde etiam habeas, & vt instar ignis tibi sit, quem in pectore accensum geras, in Christum semper contendentem, suumq; motum terminantem. Et hoc illud est lumen, quod facit, vt hilaris sis in tribulationibus. Quod ipsum luculentum tibi facio. Ades hûc philosophe. Volo enim tibi omnia ratione cõmõstrare. Aiunt philosophi isti dũ homo aliqua punitur ærumna, nõ posse exhilarari, & sat esse si fortis perstet in officio, & se à tristitia deiici non sinat. Eamq; asserunt

Sentẽtia philo. de gaudio in afflictionibus.

runt esse rationem, quamobrem exhilarari nequeat, quod anima vna sit. Cumq; illa districta abreptaq; sit à dolore, necesse esse, vt gaudio procul abducatur, tanquam à contrario illi. Et idcirco cùm homo, dolore in tribulatione afficitur, aiũt nõ posse in illa gaudio affici. Accede huc philosophe. Tu dicis morbum hũc immedicabilem. Si remedium ego atq; medicinam tibi do, quæ dolore conflictatum, gaudio perfundat, num tu te non dices me & philosophię magnopere esse peritum, & medicinæ abundè prudentem? Dicit ille, hoc esse impossibile, vt aiunt isti medici de immedicabili morbo pestis, cui curando aiunt non esse medicinam repertam. Dicito quicquid voles. Si ego aduersus hunc morbum pharmacum tibi do, ita vt reuera curetur sat habeo. Agedum. Ecce medicina. Ego volo dolorem dolori applicare, & gaudium sic efficere. Videbitur tibi incredibile. Et fiet tamẽ. Cùm tu dolore afficeris, memento doloris, atq; supplicij Christi, & gaudenter tuũ ipsius dolorem feres. Recordare trãsgressionis meæ. Recordare ait Dominus passionis meæ, quã in tui gratia tuli. Ecce ad alexipharmacum. Veniat tibi in mentem passionis Christi, quam pro te tolerauit, & abscedet omnis tuus dolor. Videor ne tibi inuenisse medelã dolori tuo propulsando, idq; dolore alio? Cùm Moyses amaram deserti aquam indulcare voluit, immisit lignum amarum in amaram aquam, & altera amaritudo alteri coniuncta dulcedinem effecit. Ita hæc Christi commemoratio tuum dolorem excutiet. Ades hûc tu, qui ais Christi fidem à forti imaginatione prouenire. Ipse vidisti me tibi ostendisse crucifixi, dolorisq; Christi, imaginationem considerationemq; omnẽ dolorem propulsare. Dic mihi, quid rei est, quòd tu nescieris ô philosophe vnũ aliud inuenire, quo tam fortis

Passionis Christi memoria mira operatur.

Thren. 3.

Pulchra figura.

Exo. 15.

Egregia ratio.

tasſis nõ eſſe verũ. Imò ego tibi dico à Paganis memoriæ proditũ. Dic mihi quis fuit Auguſt. Dyoniſius, & ſcriptores reliq,nũ nõ illi pagani fuerũt? ſanè fuerũt. At poſtea deprehẽſo errore, quo detinebãtur, ad virtutẽ peruenerũt,& Chriſto dederũt nomẽ. Sat ſcis nõ fuiſſe ſcripturos bona, nec bene de martyrib9 paganos illos,qui ipſos trucidabãt, trucidandoſq; curabãt,quique durabant in paganiſmo. Contra ſe nãq; hoc pacto ſcripſiſſent. Porrò illi, qui cõuerſi ſũt Chriſtoq; nomẽ dare voluerunt, hoc ſcripſerũt. Et erant illi homines cùm primis prę̃ſtantes,& voluerunt cernere,& manu cõtingere ſe in errore eſſe & Chriſti fidem verã eſſe. Experientia ergo te docet crucifixum hũc,atq; ſupplicij ab eo tolerati recordationem, & nominis eiuſdem in corde fixionem eſſe id quod hominem gaudio frui faciat. Eamus modò viſum rationem.

¶Recordare paupertatis, & tranſgreſsionis meæ, & abſynthij & fellis. *Thren. 3.* Recordare,ait Dominus, me pro te voluiſſe pauperẽ eſſe,imò & pro te mori,ne tibi grauis ſit paupertas,cùm te illa oppreſſum ſenſeris. Atq; hæc paupertas prima crucis pars eſt. Recordare tranſgreſſionis. In mentẽ tibi veniat improperiorũ meorũ. Me mẽto, quot in me fuerint illata cõuitia, quot etiã intẽtę calũniæ,ne improperia etiã te grauẽt. Ecce ſecundã crucis partẽ. *Prima pars crucis Christiani.* Abſynthij etiã memẽto,quod amarũ eſt. Hæc ſunt flagella, & ecce tertia pars crucis. Et fellis.i. etiam te ſubeat recordatio, fellis inquam, quod amariſsimum eſt. Et ecce quarta pars crucis. Reminiſcere ergo ô probitatis ſtudioſe, tuq;, qui bene viuere vis, quiq; lumine diuino polles, omniũ iſtorũ ſuppliciorũ dñi tui. Cũq; tribulationibus preſſus,& dolore affectus eris,recordatio huius doloris tui Ieſu, faciet, vt omnẽ aliũ dolorẽ abs tę depellas. Cuius eſt ratio, ꝙ contra-

Mirifica vis meditationis Christi crucifixi.

ria mutuò se expellat. Hæc contemplatio huius crucifixi & veritatis speculatio à Deo per gratiã deueniẽs, lõgè præstantissima est, & ideo homini lõgè maximã oblectationem affert, quæ mœstitiæ aduersatur. Quare cùm tu seu dolore seu mœrore afficeris, & hanc delectationẽ vsurpas, atq; hanc speculationem adhibes, omnem dolorem depellis abs re. Sub hæc qui crucifixum hunc in suo corde habet, ipsumq; amat, desiderat dilecto assimilari, & tũc fit homo Christo similis, cùm ærumnas patitur, vt Christus passus est. Igitur hoc pacto homo voti compos effectus dilectoq; factus similis, hoc ipso contentus manet, & nullum non dolorem à se depellit. Desyderiumq; veri amici est alteri amico rependere beneficiũ idem. Et ea re qui homo Christum amat, quiq; lumine illius est præditus, optat Christo vicem beneficij accepti ab eo, reddere pro virili. Et propterea dicit. Ipse pro me occubuit, & ego pro illo volo oppetere. Ipse pro me sparsit, atq; adeo mihi dedit sanguinem suum, & ego volo dare ei meum. Igitur si iste voti compos efficitur, in omni ærumna lętus est, & omnẽ dolorem ab se depellit. Hûc accedit, quòd ille, qui libens ob Christũ patitur, sentit suũ subsidium aduenire. Quippe deus facit, vt serui sui sentiãt, ipsum eis auxilio esse, & vbi aliquis suũ ipsius auxiliũ aduenire sentit, hilarescit, & ea gratia seruus Christi calamitate gaudet, eiq; acquiescit. Sperat etiã res vitę ęternę, quas videt se lucrifacere tribulationibus illis, atq; adeò cernit per illas inferni supplicia se euadere, & Christũ in corde suo habet, qui ipsum corroborat, & ideo lętus agit vsq; ad ipsam mortem. Suppeterent nobis rationum chiliades, quibus tibi manifestarium faceremus omne solatium, atq; omne bonum ab hoc lumine proficisci atque ab hoc crucifixo, sed in præsentia sit hoc satis.

ſatis. Age quânam ratione id luminis atque hoc tantũ donum cõſeruandum eſt, quo Deus corda electorum ſuorum donauit? Audi me modo. Ego enim tibi elucidabo.

¶O beati illi, quos Deus hanc rem edocuit. Res iſta haud aliter, quàm experientia intelligitur. Tu potes bene concionibus audiendis vacare, actum tamẽ agas, ſi & lumine & experiẽtia ſis deſtitutus. Tu in cõcione vocabula intelligis atque terminos huiuſce rei, ſed lõge aliud eſt periculum ipſius facere. Hoc ita vſu venit atque contingeret alicui, qui nunquam Florentiæ fuiſſet, & velles tu illum quidnam eſſet Florentia, docere, etiam ſi in papyro deſcriptã depictamq; obiicias oculis, nihil eſt, præ vt illa poſtea ab ipſo oculis vſurpatur, cùm iam in illam ipſe aduenerit. Hoc igitur magnum eſt donum, quod conſeruandum eſt. Principio opus eſt ſibi ipſi quenquam auxilio eſſe, & ad hoc lumen ſeſe incitare. Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Auxiliare ergo tibi ipſi. Duplex eſt præſidium, alterum intraneum, alterum vero extraneum. Quod facit ad intraneũ ſunt lectio, meditatio, & oratio. Has valde frequenta. Lege diuinas res, & quæ te in ipſius Dei amorem excitent. Sed tu qui ais, ego lectionis ſum rudis, vis vt indicem tibi ipſi librum comodum, quem tu legere ſcias? Habe in cubiculo, crucifixi imaginẽ. Hic ſit liber tuus. Ne inſtar illorum facias, qui in ſuis cubiculis imagines impudicas habent, & ad libidinem incitantes. Crede mihi nos ſenſibus agitari. Habeto igitur Ieſum crucifixũ pro libro, & ipſum legito. Et cernes hoc eſſe ſingulare remedium lumini iſti tibi aſſeruando. Dein meditare ſæpe ſæpius crucifixum hunc. Cùm ſolus es aut per viã graderis, recurſet animo ille tuo. atque intra te ipſum dic, Deus pro me & mortuus eſt

Guſtus & effectus gratiæ exactè explicari nequit.

Simile.

&

& in crucem est actus. Si comedis, hûc recursa, & cogita perpetuò Deum propter te in crucem sublatum. Si dormitum concedis, idem facito. Sed quia nos fragiles sumus nec intento semper in Deum animo esse possumus, opus est sæpius precari, mente inquam, atq; internè, nec opus est, tot rerum petitionibus ad breuiter orandum, vna res sufficit. Dic demum, quemadmodum Dauid dicebat, Domine illumina oculos meos. Domine præsta mihi lumen, Dona me hac gratia, vt abs te illuminer. Et ad hoc lumen te excita & ad Christi amorem, vt Dauid faciebat in psalmis, qui sese excitans aiebat. Vt quid dereliquisti nos domine? Vsquequo domine obliuisceris me. Vsqueque auertis faciem tuam à me, & suæ ipsius incitationi operā dabat. Vnde Dominus ait. Age, quid tu vis Dauid? & ipse respondit. Nihil aliud domine, quàm vt illumines oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Nihil aliud opto domine, quàm vt me illustres, & vti ne dormiam facias, & vti ne inimicus meus veniat, meq; vincat. Fac vt me absque lumine non inueniat. Igitur orationem funde, & exaudiêris. Deus semel se exauditurū recepit. Et ideo dubio procul faciet. Exigitur etiā, quod facit ad interna purgatio. Opus ergo est, vt si tu hoc lumen conseruare velis, sæpius tua crimina confitearis, spiritualiter quotidie confitêre singulo quoque mane atque vespere, & semel saltem singulis quibusq; mensibus ad sacram exomologesin accedito, aut quintodecimo quoque die, & peccata tua colligito, & vade ad eum qui tibi confessarius est, & dicito. Ego hæc atque hæc patraui, & concipe animo correctionem in posterum, & statue nunquam te casurum vltra. Quod si denique fragilitate lapsus eris, redi ad confessionem

Orandū frequenter.

Psal. 12.

Ibidem.

Ibidem.

Quomodo cōseruāda gratia Dei in nobis.

Confessio.

& purga

& purga te. Itidem quod spectat ad Eucharistiam spiritu quotidie eam sumito, hoc est singulis quibusque matutinis rei diuinæ assiste, & cũ sacrifico escã cœlestẽ accipe spiritualiter. Et precare dominũ, vt ipse te hoc lumine, quo bene viuitur, & donet & augeat. Sacramentaliter etiam sæpius ad cælestem mensam accedito, nempe iuxta cõsilium eius, qui arcanam tuam confessionem audit. Præterea vaca legendis psalmis, & martyrum gestis, & videbis quanto illi pollêrent lumine, & quid pro Christo faciebant. Et in hunc modũ te ad istud lumen excitabis. Meditationi etiam cuiusque rei, quã oculis hauseris insiste perpetuo. Et primò quidem in cælum te conuerte, & dicito. Quis cælum hoc fabricauit? Deus, qui pro me & crucifixus & mortuus est. Dein te per vniuersum orbem deuolue, & dicito. Quisnam orbem hunc condidit? Deus, qui in gratiam mei in crucem leuatus est, atq; mortuus. Cùm tu vel pransurus, vel cœnaturus abis, dicito. Ecquis mihi cibũ hunc & creauit & largitur? Deus mihi illum dat, qui pro me mortem oppetijt. Et in hunc modum per omnia discurrito, & contemplare grandem bonitatẽ, eximiamq; sapientiam Dei. Si florem inspexeris, dicito. Ecquis homo est in orbe qui florẽ aliquem ad hunc modum sciret facere. Sanè nullus. Et hac ratione in omni re minima cernes summam quandam sapientiam atque bonitatem Dei. Si tu id curaris, vt in omni re consideraueris, atque meditatus eris tui creatoris bonitatem, qui propter te mortuus est, vsque adeo grandem habitum acquisieris circa hoc, vt cùm tribulationes aduenient, ita tibi in ingenium ferè abierit sic esse in Deum animatum eiusque amore affectum, tantumque lucrifeceris luminis, vt calamitates, nulla te molestia aut dolore afficere queant, imò Dominus

Eucharistia

Lectio sacra.

Meditatio.

nus consolatione te pascet inter suos electos. Hic cibus est, quo te hoc mane vult Deus pascere. Audi modo vt te id ipsum edoceant verba prophetæ nostri. Quàm nos stulti sumus, qui non nouimus beneficium, quo nos in terra prosequutus est Deus, quamque grande sit lumen hoc, & qualis pastus iste, quem nobis Deus largitur. (Pasce populum tuum in virga tua.) Sunt aliqui, qui dicunt hîc patri filium loqui. Loquamur nos

Pascimur à Deo variè. nũc patri, & dicamus. Domine pasce populũ tuũ in virga tua, dicit populus tuus. hoc est. qui tuo lumine prædius est. Ecce quibus pastus præbendus est, i. his, qui

Psal. 22. lumen habẽt. (Pasce inquit in virga tua.) Et ecce tribulationem. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Ah quî consolari potero, si virga sum oppressandus atque ærumna? Atque ea re dicit, Pasce, Domine ne me tribulatione immersum deseras, sed pasce me. hoc est. solare me. Tantundem enim est dicere, pasce me. atque, si dicatur, dona me hoc lumine, & solatium habebo. Pasce me ergo domine lumine isto. Infunde illud animæ meæ. Pasce me amore tuo. Pasce me sa-

Psal. 77. cramento tuo. Pasce me pane viuo. Panem angelorũ manducauit homo. Pasce me etiam tuis scripturis & earum enucleatione. Pasce me tuis meditationibus. Si quidẽ si tu his me alimoniis pasces, quas ego dixi, ego absque labore ærumnas feram. At quid sibi vult monache, quod tu non dicis, pasce me pane naturali cùm instet modo vt cernis rerum caritas magna? Non opus mihi est id dicere, non opus est mihi pastum hunc petere dominum. Quippe ego Christo fidem adhibeo. Equidem haud scio quonam pactò tu facias. Ego scripturæ illius credo, & eidem scripturæ fidẽ adrogo, quæ

Matthæi. 6. dicit, Primùm quærite regnũ Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Ego credo Dei honorem bonumq; spirituale,

rituale,& credo vitalem mihi alimoniã haud defuturam. Accede hûc pauper homo,& paupercula mulier. Si caritatem rerum times, viue ſtudioſe, & Deus non patietur tibi aliquid deficere. Et ſi quando te quicquã deficeret,Deus tibi è lapidibus panem efficiendum curabit. Paſcet ergo Deus populum ſuum.(Et gregẽ hæreditatis tuæ habitãtes ſolos in ſaltu.) Paſcet Deus electos ſuos,& gregem hæreditatis ſuæ habitantes ſolos in ſaltu. Quid ſibi vult hoc habitare ſolos in ſaltu? Si leo aliquis duntaxat eſſet in ſylua, tametſi arbores ibi plures eſſent,tu diceres leonem illum ſolum eſſe. Solùm verò? Quo id pacto cum ibi tot ſint arbores? Reſpõdetur ſolum eſſe intelligi,quando ex illa ſpecie nihil eſt aliud. Sic etiam ſi vnus homo eſſet ſolus in ſylua aliqua,etiam ſi ibi multa alia eſſent animalia, diceres ipſum ſolũ eſſe, quòd nulli ſint alij ex ſpecie illius. Ita etiam electi Dei vocantur ſoli, quod tanquã vnus aliquis ſoluſq;,ſint. Eſt namq; illis cor vnum,& anima vna. Et dicuntur ſoli,quod licet de alijs ſpeciebus etiã aliquid reperiatur,tamen vocantur,ſoli. Infœlices arbores,quæ in hac ſylua reperiuntur ſunt tepidi. Reliquæ animantes,quæ in ſaltu huius mundi ſunt,ſunt improbi, qui reſidui manent. Electi Dei nõ habent alios ſuæ ſpeciei, ſoli ſunt in ſylua huius mundi, inter iſtas ſteriles arbores, atq; inter iſtas animantes, nempe in medio Dæmonum. Igitur paſce ò domine tuos iſtos electos. Paſce gregem hæreditatis tuæ. Paſce populũ tuum. Tu cernis bonos, & eos qui tuo lumine præditi ſunt,perſequutionem pati,& ærumnis conflictari. Domine paſce illos,ſolatio illis eſto. Audi modò, qua benignitate dominus reſpondeat.

Simile.

Trebi quemodo ſoli eſſe dicuntur.

¶Paſce illos domine in hiſce tribulationibus. Dominus reſpondet in medio Carmeli paſcentur Baſan &

Galaad iuxta dies antiquos. Secundum dies egreſsionis tuæ de terra ægipti, oſtendam ei mirabilia. Audi mirabilem rem, quam effatur Dominus. Ego volo paſcere dilectos meos iſtos in medio mõte carmelo. Erãt Carmeli duo. Alter ſterilis, vbi fuit Elias, & vbi fuerũt multi prophetæ mortui. Alter ſpecioſus & amænus, & fæcũdus. Et in hoc inquit, ego meos dilectos paſcã. Carmelus interpretatur mollis ſiue tenellus. Quod ſignat delicias, & cõſolationes quas à Chriſto recipiũt electi. Ego igitur eos paſcam, ait Dominus in medio Carmelo. Ideſt. Ego in medijs Chriſti vulneribus eos paſcam. In medijs illis dulcedinibus, quæ pectore illo Chriſti amore exeunt. Hæc erãt paſcua electorũ meorum. Carmelus etiam interpretatur ſcientia circuncisionis, quo ſignificantur angeli, & eccleſia triumphans qui circuncisi ſunt, & omnis maculæ puri. Ego eos paſcam, ait Dominus, in medio Angelorum. Signat etiã Carmelus eccleſiam militantem, circuncisam. Ideſt, peccatis mortalibus purã, tametſi abſque veniali peccato non ſit. Paſcam igitur illos in media eccleſia militante & triumphante. Et paſcam primò Baſan, quod nomen tripliciter interpretatur, ſiccitas, confuſio, pinguedo. Atque omnibus his tribus modis bene procedit contextus noſter, Principio ait Dominus. Ego paſcã Baſan, qui interpretatur ſiccitas. Quo ſignificãtur illi, qui ante ſicci erant, & abſque humore vllius gratiæ, qui poſtea cõfuſio facti ſunt, ſua peccata erubeſcẽtes, ad pœnitentiamque regreſsi. Vnde etiam in pinguedinem euaſerunt. Hoc eſt inceperũt ſcripturæ ſanctæ, & diuinarum rerum paſtu pinguefieri. Et lumen habere cæperunt. Iſti igitur per Baſan ſignificati, qui peccatores erant & modò pœnitentiam agentes, quique in viam Dei ingreſsi ſunt, paſcentur à Domino.

Ex diuo Hieronym. in. 1. c. Amos.

Christiani delitiæ quæ.

Eccleſiæ militantis triũphantiſq; typus.

Pœnitẽtiæ figura.

Paſtus

Paſtus etiam dabitur Galaad, quæ vox interpretatur transmigratio teſtium, quo ſignificantur illi, qui è vitiis ad virtutem migrant. Vel cumulus teſtimonij. Et ſignat eos, qui cumulati ſunt, atq; referti ſcriptura ſancta. Dñs eos, qui huiuſmodi ſunt conſolationibus paſcet, & ſpiritu replebit. (Iuxta dies antiquos ſerui dies egreſsiõis tuæ de terra ægipti.) Sicut inquit factũ eſt olim educto per Moyſen populo ex ęgipto. Mittet ergo Dominus in terram tantùm ſpiritum, vt boni atque electi Dei conſolati maneant in venturis ærumnis. Et quemadmodũ dixi olim, cùm tibi tribulationẽ prænuntiaui. Ecce gladius domini ſuper terra citò & velociter. Ita tibi etiam dico. Et ſpiritus Domini ſuper terram copioſè & abundanter. Deſcendet magna ſpiritus copia in terram ſimilis illi, quo repleti ſunt antiqui patres. Et dominus dicit. Ego paſcã electos meos iſtos magna ſpiritus copia & vbertate. (Et oſtendam ei mirabilia.) Ego electis meis mirabilia oſtendam. Nempe quo pacto ſapientes ſapientiam perdent, fortes fortitudinem amittent ſuam, victi remanebunt, cõfuſus quiſq; relinquet. Italia remanebit pudefacta, boni atq; electi mei manibus improborũ educẽtur. Ego illis gloriã meã oſtendam, paradiſiq; delicias & res illis mirabiles oſtendam. Hoc verbum tuum eſt, ò bone prædicteque Dei lumine. Scito illud aſſeruare. Vide quid facias. Attende bene hoc lumen, quo te Deus hylarem in iſtis ærumnis ſeruabit, & deinceps, per hoc ipſum infœlicem quietem deducet. Igitur hùc modò adeſto. Improbe homo. Volo enim tecum nũc agere, auſculta verbum tuum.

¶ Eſt ne aliquis ex hiſce prauis hîc? Equidem ſcirem ipſe digito indicare vnum aliquem, ſed nec

licet,nec libet.Sat ſcio nonnullum adeſſe. Volo tamē iſthuc me vertere verſus iſtas mulieres, ne quis dicere queat,me in aliquem plus quā in reliquos defixiſſe oculos.Mulieres equidem ſat ſcirem aliquē monſtrare digito.Ille putat,ſeq; lateat & ritu phaſidis auis faciat,non videri.Veni hûc igitur improbe. Tunc Chriſti quidem fidē credis,Quî ſic?méne illam non credere?Ego verò optimè illam credo. Imò non credis. Si illā crederes, cognoſceres, quo ſit aliquis purior, hoc eſſe etiam meliorem,& illos,qui te puriores ſunt,tibi etiam bonitate antecellere. Puram eam rē vocamus, quæ aliæ rei haud quâquam mixta eſt. Verbi gratia. Vinum vocitatur purum, cum non eſt admixtū aquę. Terra illa eſt pura,quæ aquæ haud immixta eſt.Aurū illud eſt purum, quod argento non eſt admixtum aut plumbo, aut aliqua alia re. Fingamus terram purgatā eſſe,qualis erit in die Iudicij,quādo nihil aliud ſibi admixtū habebit.Sic aqua,ſic aër,ſic ignis, ſic cælum,ſic angeli erunt.Hæc omnia vocarentur pura. Dic mihi an non aliqua ex his rebus purior,quam alia eſſet? Negabis.Nam ſi omnia pura ſunt, aliud non eſt alio purius.Nota verò hoc minimè verum eſſe.Imò quo plus ſcandas ſurſum,hoc purior eſt res aliqua ex his, quàm aliæ,quas tranſcendis.Quippe philoſophi iſti duo extrema conſiderant. Alterum eſt Deus, alterum eſt hyle.Alterum eſt puriſsimum,Ideſt, Deus, qui eſt actus purus,& eſſe ſuum.Alterum impurum, nēpe ipſa materia prima,quæ mera eſt potentia, quam vocāt, nec habet eſſe in ſe.Omnia deinceps creata ſunt inter duo hæc extrema.Et quanto aliquid amplius alteri extremo appropinquat,tātò plus particeps eſt puritatis,aut etiam,tantò minùs,quantò minùs accedit. Verbi gratia quātò, plus accedit aliqua res ad materiam primā, tantò

Purum quid in naturalibus & moralibus.

tantò minus purũ eſt,& tantò plus de materiali habet. Et quãto Deo fit propior, tantò purior & ſpiritualior eſt. Sic dicimus, quò intellect⁹ aliquis purgatior ſit ab hiſce terrenis rebus, quę materię primę proximæ ſunt, eò puriorem eſſe, pluſque intelligere. Siquidem quo purgatius eſt corpus, atque à materia abſtractius, hoc magis lucem poteſt ſuſcipere. Intuere aquam, quæ à materia remotior eſt, quàm terra, & ideo plus lucis, quàm terra ſuſcipiat. Dein aer, qui ſecretior eſt à materia, quàm aqua, magis lucem ſuſcipiat, quàm aqua. Poſteà ignis ſequitur, deinceps cælum, & mox cælum aliud alio purgatius, & magis ea gratia lucem potens ſuſcipere. Atque idcirco, quo hominis intelligẽtia purgatior eſt, magiſq; poteſt lucẽ ſuſcipere, atq; illuminationes. Quamobrem, qui homo & bonus eſt, & iuſtus, *Eccleſia.* 37 quique intellectum purgatum habet, ampliori illuſtratione pollet, quàm intellectus improborũ. Atque ea re ait Sapiens. Anima viri ſancti enuntiat aliquãdo vera, quàm ſeptẽ circũſpectores. Et hęc ratio eſt, quãobrem tu improbe, qui vitã agis impurã, & ſceleribus adopertus es, cogitare debes atq; dicere, profectò, qui purgatior viuit, vt reor, melius etiã intelligit rerũ diuinarũ veritatẽ, magiſq; illuminatur. Et ideo fortaſſis iſti, qui meliorẽ vitam agunt, verũ obtinent, & nõ ego. Et ſi tu id contẽplareris, cerneres, te errore detineri, & ęquius eſſe apud Deum, vt boni puriq; veritatẽ habeãt, quàm impuri & improbi. Sed tu neq; fidem credis, & male viuis. Et ideò nimirũ ſi nec iſta etiam credis. Tempore Eſaiæ propoſita fuit hęc quæſtio, dicentibus improbis, cur etiã nos non credimus? Reſpõdit Hieremias. Quibus creditis vos velle Deum veritatem ſuam pãdere? Cui aperiet aures? Cum ſuã creditis ipſum velle aperire aures, & quennam creditis illi cordi eſſe, edocere, & *Eſaiæ.* 28.

electi fueratis, vt populus ipsius essetis, & dicebat de vobis hæc requies mea. Populus hic mea erit requies. *Ibidem.* Sed vos nõ induxistis animũ verba illius intelligere. Imò ludos facitis & dicitis ridẽtes ea, quæ ex illo vobis prædicta sunt. Expecta, reexpecta, mãda remanda, modicũ ibi, modicũ ibi? Ego dico vobis aiebat Esaias pœnas vos luituros, & Deus etiã post vos irridebit, & vos, quæ ipsius erãt adũco naso suspẽdistis. Non enim voluistis electioni Dei acquiescere, qui vos vt popul⁹ ei essetis elegerat. Ita & ego vobis dico electos vos fuisse à Deo hoc tẽpore, vt populus eius essetis. Vos credere nõ vultis, nec intelligere, quod vobis Deus dicit. Et ideo flagro hoc vapulabitis, q̃d vos coget intelligere. Ieremias appropinquãtibus iã reb⁹ illis prænũtiatis, dicebat Sedechiæ regi. Ne regi Aegypti adhęseris, ne feceris, quippe venit Nabucodonosor, q eũ est extirpatur⁹ ne id facias, ne illi copuleris. Et Sedechias nolebat credere propheta demũ queritabat. Tu cõfidis in baculo arũdineo. Tu arũdini cõfidis. Arũdo hęc, cui innite ris, cõfringet, & manũ tibi pforabit. Ne cannæ isti, aio tibi, credas te ipsũ. Sedechias noluit adhibere fidẽ: sed potiùs pergere instituit, & regi Aegypti adiũgi. Venit deinceps Nabucodonosor, vidẽsq; se se periculo cõstrictũ Sedechias, dicebat populo. Expecta tãtisper, dum rex Aegypti suppetias nobis venit. Et vt ipsi priùs prophetã subsannârãt, ita deinceps Deus facta illorũ irridebat, & aiebat. Expecta, reexpecta, mãda, remãda. Et tandẽ illi pudefacti sunt, & nullũ illis præsidiũ fuit. Et rex Aegypti extirpatus est. Deusq; aduersus illos per prophetã dixit. Ego volo, vt improbi puniãtur, & retrorsum cadãt, non prorsum. Hoc est. Non libet mihi, vt intelligãt, quò recidãt. Quocirca improbe, qui vides actis tẽporibus illuminatos homines veritatẽ prę-

 fatos,

fatos, opórteret te etiã fidẽ adhibere. Sine me mòdo aliquãtiſper quieſcere, & ad rẽ ꝓpoſitã regrediemur.

Vita & ſpecies rerũ quomodo cognoſcuntur.

¶ Quidnã tibi vis Monache? Cùm tu cernis animal ſeſe mouẽs extẽplo dicis ipſum viuere. Igitur vita motu indicatur. Et propterea nos dicimus arborẽ viuere, quod per ſe ſe adoleſcat, ipſumq; adoleſcere mot⁹ nũcupatur. Ecce vides oliuã creſcẽtem. Tu ais ipſam viuere, & cognoſcis ipſam eſſe oliuã, ꝙ eadem folia proferat, atq; fructus, quos aliæ oliuæ. Sic vitẽ cognoſcis, ꝙ illa eundẽ florẽ producat, eadẽq; folia, & eaſdẽ vuas quas reliquæ vites. Cumq; id vides, tu dicis tunc, hæc vitis eſt. Et cùm illam adoleſcentem vides, ais ipſam viuere. Ita ergo hîc vſu venit. Aſpice omnes prophetas, omneſq; hiſtorias, & ſi cernis omnia hæc quæ tibi ſunt prædicta, & quæ hodie apud te fiũt, & ſunt, habere eadẽ folia, flores eoſdẽ, atq; fructus, & ea omnia in dies creſcẽtia motũq; in dies protrahentia, & ad eundem modũ procedẽtia, quo præterita illa, dicito & iudicato illis eandem eſſe animã atq; virtutem, quæ prę teritis fuit, & has oliuas viteſq; eſſe, vt illæ fuerunt. Attende pauliſper, & lege prophetas, inuenies ipſos populo res pręnũtiaſſe nomine Dei. Vnde multi illas credebant, & oriebãtur ex illa ipſorum doctrina virides frondes, & fructus, ideſt, viuæ atq; bonæ actiones, & ſtudioſa eorũ, qui credebãt, vita. Deinde exoriebatur perſequutio magna in eos, qui res illas prędicabant, & multi illudebãt, etiã multi obloquebantur. Tertiò res illę in dies procedebant, & vera cõprobabantur. Si igitur hoc ipſum ſic vſu venire cernis, & ab hac doctrina eundem prolatum fructum, & magnam in nos excitatam perſequutionem, rem autẽ ipſam magis magiſq; progredi re vera te credere par eſt rẽ hãc eſſe animatam atq; viuentem. Et quoniam illa eundem fructum affert,

Simile.

Prophetiarum quid cõſequutum.

affert, & frondes easdem, quas aliæ præteritæ prophetiæ. Idcirco tu credere atque dicere cogeris hanc esse eandem illam animã. Quod si nunc omnia adhuc non sunt rei euẽtu cõprobata vera, par est te credere comprobanda, & ventura omnia tibi prædicta. Et ideo si ita venturũ est, dic mihi, quæ erit sors tua? Attende quidnam vsu venerit illis, qui priscis vaticinijs fidem errogarunt. Præteriti prophetę in cælo sunt, vnà cum illis, qui eis crẽdiderũt, quiq; eos sequuti sunt, qui verò credere renuerunt, &, qui illos sunt insectati, in domo sunt Diaboli. De prophetis, & de his, qui illis adhibuerunt fidem scriptæ sunt laudes. De prauis verò, & de illis, qui prophetas persequebãtur non credẽtes eis, vilipendia, & opprobria memoriæ sunt prodita. Et ideo aspice tantisper sub quãto verseris discrimine. Si verũ non erit quod nos dicimus, & qualis eris id temporis? Ego tibi dico prorsum venturum & verum comprobandũ, quod tibi prædictum est, idq; ocyùs. Hoc quod tibi supra de Esaia dixi, plus centum quinquaginta annis nõ venit, & postea re ipsa verum est comprobatũ. Et illud quod de Ieremia attuli circiter viginti annos dillatum est. Porro illud, quod ipse tibi prædixi, longe citius aduenient, quã pro tua opinione. Expecta demũ tantisper dicebat Esaias. Qui credit expectet, veniet enim hoc penitus. Deus sensim tẽdit. At quia isti non credunt, ecce propheta noster ad electos conuertitur, & ait, isti nolunt credere & remanebunt pudefacti. (Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua.) Videbunt gentes inquit & pudefient, & omni fortitudine sua deficientur. Isti demum se putant Deo posse obsistere, & suis cohortibus & armis vincere. Et ego vobis dico pudefactos mãsuros, quod Deus ab illis non sit. Italia tu confusa manebis. Aio ti-

Punitio non credẽtiũ prophetis.

hi Deum non esse auxilio, tu actum ages, crede mihi. Ego id sæpius tibi replicaui, tandiu ipsa id cernes. Cũ hæc aduenient omnes isti pudefacti manebunt, nec audaciam habebũt, ad loquẽdum. (Ponent manum su per os.) Attende rerum euentum. Tu cernes multos vultus palescere, denigrescere labia ritu ollæ igni applicitæ. Tu istos inquam animo linqui videbis, omninoque intremescere, & loqui nescient, atque ipsorum opera labia illis compescent, nec ob id tamen vllus ad saniorem reducetur mentem. (Aures eorum surdæ erunt.) Ideſt. Deus illis non præstabit lumen, quod eorum crimina neutiquam merebuntur, vt ipsi conuertantur. Imò obstinati erunt, & venient intus occupati. (Lingent puluerem sicut serpentes.) Erunt intus & in cute pleni veneno, & puluerem lingent.

Puluis quod significet. Puluis terrena hæc innuit, quæ tanquam puluis sunt omia. Hoc est, tempore illo tribulationum ad terrena confugient, vt qui sine vllo consilio erunt, & dicent. Væ nobis, qui non credebamus, nunquam sic futurum putauimus. Et ad puluerẽ terrenarũ rerũ accurrẽt, & dicẽt numismatis & facultatibus suis. Vę nobis numismata nostra, ferte nobis opem. Ibunt ad amicos & dicent, amici nostri suppetias nobis venite, nec suffugiũ inuenient nec auxilium aduersus diuinam iram, sed

Reptilia typus hominũ terrenorum. contra diuersi agentur & vbiq; perturbabuntur. (Velut reptilia perturbabuntur de ædibus suis.) Erunt ritu animalium istorum reptantium, qui corpore serpunt humi, quæq; libidinosos portendunt, qui luto, terraq; perpetuo demersi sunt. Et erunt, qui huiusmodi sunt perturbati, & proiecti ex ædibus suis. (Dominum Deũ nostrum non desiderabunt.) Hoc est nec ob id tamen reuocabuntur ad bene agendum. Quod si vel tantillum ad Deum cõfugient, propter opes recuperandas

atq;

atq; facultates, quarum se iacturam facere videbunt, atq; adeo ne vitam amittant, id facient timentes. (Et timebunt te.) Timore seruili Dominum timebũt, voluntatem peccandi non deponẽtes, & timor hic nihil eis proderit. Hoc est verbum illud tuum, praue, quod tibi hoc manè dicturus eram, & ideo intellige opus tibi esse ad pœnitentiam regredi, antequam tribulatio tua adueniat. Neq; enim aliter postea quidquam tibi proderit. Alloquemur ergo modo tantisper Dominũ Deum nostrum.

¶Nos deniq; in fine sumus Michææ. Quid volumus facere? Orate hinc ad Dominicũ vsq; diem, id precantes, vt mihi Deus inspiret prælegendum vobis prophetam, qui & in Domini laudẽ & in vestram cedat salutem expositus. Interpellate etiam Deum pro ecclesia, & pro vestra ciuitate. Oporteret vos psalmum illum orantes dicere, quẽ decreuistis. Qui regis Israël intende, qui deducis velut ouem Ioseph. Orate Dominum, vt flagellum cito veniat. O monache, inopes quid facient? Inopes hũc venite. Ego vobis opitulor. Et de precibus, quæ pro flagello funduntur, non par est vos conqueri. Nam si nostræ precationes iustæ erũt, exaudiẽtur à Deo, sin minùs haud exaudiẽtur. Ego volo vobis patrocinari. Ego vobis dico, vt bene faciatis. Quòd si bene egeritis, ne extimescatis, fame vos obituros. Deus si quidẽ vobis ꝓspiciet, si boni eritis. Porrò praui ijdẽq; pauperes, qui in Deũ iactant cõuicia, & ludo sedulam indulgent operam, fame interibunt. Alius ille ait. Monachus in causa est caritatis rerum. Ipse multitudinem perterrefacit, quare labori nõ vacatur. Dicitote vos egeni locupletibus huiusce farinæ, qui vobis ista suadẽt, vosque ista docent, vt incipiant inopibus elargiri ea quæ per iniuriam abstulerunt ab incertis

Psal. 79.
Seueritas dei

certis modo dñis,&quę modò tã apud se habẽt. Paupe res vos sinitis vobis ipsis contrariũ ꝑsuaderi. Ego vos moneo vobis collata esse aureorũ plura millia his cõcionibus in causa existentibus. Idq; ab illis, qui ab bonam se viuendi rationem reduxerunt, & qui malè par ta reddiderũt. Væ vobis, ni ita factum fuisset. Porrò tu qui dicis nõ vacari labori ob meas cõciones, mihi nul lo pacto fidem adhibes. Quin tu laboras? Tu ista irrides. Tu ais Manda, remãda, expecta reexpecta. Modi cum ibi, modicũ ibi. Nihil euenit. Atq; ista rides, quæ dicimus. Quare par est te illis non perterrefieri. Quin igitur tu laboras? Homines egeni aspicite demum laborantes. Vos videbitis maiorem partem eorum, qui laborant, esse eos, qui credunt. Vos qui vbertati exhibendæ præfecti estis, curate frumenta, atq; annonam in vrbem conuehenda, & quisquis oret, vt posśint con uehi. Quod si vos feruidi precabimini, exaudiemini. Commendatos habetote pauperes Diui Martini. Pau peribus autem ludo vacãtibus minimè res dispertite. Regrediamur modò in propositam à nobis rem,

¶(Quis De⁹ similis tui?) Dñe quisnã Deus tibi est simi lis? Stupor me tenet Dñe mi. Equidẽ cogito, imo scio, te vnum esse illum, qui est. Reliqua abs te habent esse. Tu hunc mundum condidisti, vt tuam ipsius bonitatem in omnes res diffunderes, quas in ipso creasti. Atqui istud minime sat fuit. Homine enim ob suum scelus perdito, tu cælo delabi, & ad nostram humanitatem assumendam venire, & in crucem agi, & mori dignatus es, quò perditum hominem redimeres. (Quis Deus similis tui?) Quam admirabilis res es tu domine mi, quis tuam infinitam bonitatem capiat? Ex altera parte ego regiditatem tuã cogito. Siquidem propter vnum angelorũ erratum, nunquam illis parcere volui

sti.

sti. Ob vnum peccatũ Adæ, oẽs homines mundi sunt condemnati. Ob Sodomæ scelus totam ciuitatem sub uertisti; & tres tantum animæ ex illa saluę factæ sunt. Sub Noe tẽpore libuit tibi vt vniuersus orbis in aquis periret, & octo duntaxat animæ è tot millibus sospitatę sunt. Tempore peccatorum Israël quoties populus ille in captiuitatẽ est abductus, puellæ raptę, tã numerosa multitudo seruitio subiecta. Cum vastata fuit Ierusalẽ, tanta clades, tanta cædes fuit, vt mater proprium filium comederit, tãta sæuitia vt dici nõ queat. Igit̃ valde verũ est dictũ hoc. (Quis Deus similis tui?) Vbi etiam misericordia tua? Quãtum etiam tu Italię, toties q; malorum intulisti? Tempore Gotthorũ, Vandalorum, Hunnorum, toties ipsa dissipata est. O domine quid illi vis in pręsentia facere? Tu mihi Italiã vniuersam subuersã ostẽdisti, vniuersamq́; turbatã. Ego tot enses, tot cultros aere volitantes vidi. Tu mihi tantam monstrasti stragem, tantum sanguinis, tantam virorum fœminarumq́; cladem, tantum bellorum, tantum funerum à peste, tãtum famis. O domine quidnã vis tu facere? Non potest non mihi dolere. Nequeo facere quin plorem. Domine prorsus mihi dolet, dum ad peculiaria descẽdo. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarũ, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Equidẽ nequeo, aliter facere quin dolore afficiar cum ad particulare descendo, & tantũ flagellũ oculis haurio. O Monache si tã tibi dolet q̃ dicis cur igitur & oras & obsecras flagelli aduẽtum? O Dñe ego sum duplex homo, non sum vnicus. Ex altera parte cũ ad priuata deuenio, dolore premor, & ploro tantum funerum, tantã stragem. Ex altera parte ego cõsidero, & cerno te non honorari. In te iactantur conuicia, tu vilipẽderis. Serui tui, atque optimi

Genesis. 19. *Genesis. 6.* *Matth. 24.* *Luca. 17.* *1. Petri. 3.*

Ieremiæ. 9.

Zelus concionatorius.

optimi quiq; persequutionẽ patiũtur. Tu iam in terra nõ cognosceris. Et ideo ex hac parte ego te oro, quçso q; vt ocyus flagellũm immittas, quãdoquidẽ tu omnino illud missurus es. Prorsus vt veniat, expedit. Improbi nãq; nolũt cõuerti, sed deteriora in dies admittunt. Quapropter quãtò flagellũ magis distuleris, tãtò ipsũ deinceps mittes atrocius. Et quò citiùs mittes ipsum, hoc erit & minus, atq; tolerabilius. Quare te obsecro, vt flagellum adueniat. Dolet etiam mihi ad priuata delapso, tantamq; ruinam contemplanti. Nec possum non lachrimari plorareq; die ac nocte. Omnia video in exitum prolapsura. Ah domine, sine me interquiescere. Sine me tantillum ocio frui. (Quis Deus similis tui?) Quis dei nostri similẽ excogitare valeat? Quisnam ille est Deus, qui vnquã nostri Dei similis fuerit appellatus? O Domine tu nequaquam gẽtilibus tuis, nempe Hebræis pepercisti. Popule si Deus gentilibus suis, ramisq; natiuis non pepercit, subeat vobis nos ab ethnicis genus ducere, & nobis etiã ab ipso noxas non remittendas, si tales esse pergamus. Si Iudææ non pepercit, quid in te credis Italia ab ipso faciendum? Si ecclesiæ Orientali non pepercit, in occidẽtali parcet sic se gerenti? O Domine tu mihi videris similis figulo, qui fictilia vasa facit, & rotam prçstituit & apponit lutum, & circũuersat rotam, & affigit terram, & fingit vas quoddam. Cùm iam pene absolutum est vas, & lapidem fortè ille offendit, nititur aptare vas detracto prius lapide. Tandem cùm videt non posse vas aptè conformari, manus illi affert infringens destruensque ipsum, & omnia perturbans, & lapillum in terram iactat, & de alia argilla accipit, & denuo vas illud bene fingit. Tẽpore diluuij tu inuenisti vasa mala, lapidibꝰ plena. Tu oĩa in toto orbe ordine suo amouisti, perturbastiq;,

Simile.

turbastiq;,& postea vasa apta fecisti. (Quis Deus similis tui.)Quis ille est,qui tua possit iudicia capere?Tēpore Iudæorum, quoties omnia destruxisti,& postea reconcinnasti? Sic etiam tibi dico, Florentia, si intelligere nolueris,vniuersa,quæ in te sunt subuertentur, & turbatio quædam ordinis fiet, vnde postea magnus quidam ordo excitetur. Cape illum, illum alium interneca,& omnia postea aptabuntur. (Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem,& peccatum trāsis reliquiarum hæreditatis tuæ.)Quis ille est Dominus, qui tui similis sit, qui aufers peccata,& vniuersa reconcinnas, atque componis? Quocirca cùm vos omnia subuersa atque extra ordinem disiecta videbitis continuò dicite, peccata expianda, & vas fingendum, & omnia reconcinnanda. Et ideo quis Deus similis tui? Quis Deus tui similis reperiatur. Quænam sunt iudicia tua? Quis ille est, qui ea capere queat?Obcæcauit Deus Iudaicum populum,vt saluum faceret populum ethnicum. Modò vastat Italiā, vt paganos eruat, & vt ecclesiam Orientalem eripiat, excęcat occidentalem. Iudicia Dei abyssus multa. Cum primum autem hæc ipsa ecclesia salua erit, Deus etiam placabitur. (Et non immittet vltra furorem suum) nempe Deus ipse. Atqui non ita id perpetuò futurum capias. Sed ad tempus intelligitur,ecclesiam pace fruituram, & iubilaturam. (Quoniam volens misericordiam est.) Est enim Dominus misericors, & post hæc placabitur, misericordemque se exhibebit aduersus dilectos suos, in pace vti viuant, faciens. (Misericordiam volo, non sacrificium dicit Dominus.)Idest, potius misericordiam volo, quam sacrificium. Ad misericordiam igitur tunc temporis redibit Dominus,reuertetur,&miserebitur nostri.

Psal.35.

Videtur

Videtur quippe in præſentia à nobis abſceſsiſſe, videtur modo ipſe non nobis præſto eſſe. Reuertetur cū flagello vt in prauos animaduertat, & miſericorditer ſe gerat, erga bonos. (Deponet iniquitates noſtras & proiiciet in profundū maris omnia peccata noſtra.) Dicit hîc electis pœnas illas, quas nos ob noſtra peccāta luituri eramus, à Deo auferendas flagello & in barathrum eas proiecturum, ad dānatorum cruciatum. (Dabis veritatem Iacob & miſericordiam Abraam, quæ iuraſti patribus noſtri à diebus antiquis.) Domine tu veritatem dabis Iacob qui interpretatur ſupplantator, ideſt, illis qui peccata ſupplātarunt & reliquerūt, & miſericors eris aduerſus Abraam, qui interpretatur. videns, qui effigiat illos, qui vident, quiq; lumen habēt, tu miſericorditer teipſum erga iſtos tibi dilectos, geris, & ideò te precor domine huc emittas, atq; hanc veritatem infunde tuorum fidelium cordibus, & firmos eos tene in lumine tuo, vt in hiſce tribulationibus cōſolentur, & vt ipſe collauderis, ſiſq; in ſecula ſeculorum benedictus. Amen.

FINIS.

Index rerum memorabilium IN HOC OPERE contentarum.

A

B

Concionator

T

FINIS.

Castigationes grauiusculæ.

¶ Fol.5.b.præibis pro anteibis.17.b.lin.3.gentibus satra pro gentibus qui satra.17.a.ducebant pro ducebantur.29.superfu[illegible]s pro superfuso.30.b.& pro sed.detendi pro detrudi.ecclesia pro ecclesiam.46.videre pro viuere 56.a.amouetis pro amouebitis.57.a.quid pro quidã.60. in margine quinque pro quandoq;.66.a.subdito pro subito.72.lin.6.id pro eam.74. lõga pro lata.84.lin.12.deest,rebus.92.b.li.pen respondebit pro respondebut. fo.93.a.tantundem.94.addiscistis pro addiscitis.96.a.expungendũ,non, post quin,bis.100.b.li.8.deest,sunt.103.li.11.deest, delectat.105.b.canicu lo pro canaliculo.106.b.luna pro lana.115.a.in mar.verius pro varius.118. iuuat eos pro eas. illorum pro illarum 121. tamen eos pro tamen ad eos. 154.ereptus pro erepta.156.li.2.expunge,non.161.b.quæ pro qui.169.a.fidem pro finem.171.a.quod pro quo.173.a.in margi.factus pro facta. 173. b.ire pro iri.173.b.quicquam pro quenquam.178.b.lin.5. in pro ni.183.a. quoddam pro quendam.184.b.illum pro illos.189.li.25.superest,ex.190. a.li.10.quid istud pro dic quid istud & li.13.quid pro dic quid.194. b. habeas pro habeatis 195.a.chrisma pro schisma.201.a. quãq; pro quandoq;. 201.b.vocitantur accidentia pro vocitatur accidens.ibidem hîc pro hæc. 219.b.li.3.leges pro legem.221.& à deo,pro & intelligit adeo.237. b. improbos pro improbi.239. lupo pro lupo vorari.261. æquales pro equales itidem visum. 267.a. functi pro functa. 268. in vnum exercitumq; pro in vnumq; exercitum. 271. b. finis pro finem.270.b. supponis pro imponis. 277.a.ecce ad superest ad.73.a.cum sua pro quibusnam.283.b.prauos,auaros arrogantes pro prauis auaris arrogantibus.286.b.quisquis pro quisq;. 288.b.emittas pro emittas lumen hoc.

❧EXCVDEBATVR Salmanticæ in officina literaria Ioannis de Canoua Typographi longè accuratiſsimi, anno domini milleſimo quingẽteſimo quinquageſimo ſexto, 16. calendas Nouembris.




CONSILIO ET VIRTVTE CHIMÆRAN SVPERARI, ID EST, FORTIORES ET DECEPTORES.
I C
A